BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
27 L
3

*(Q).IV.12.
C VIII.4 2 Fb
T.II.53

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

8.27.L 3

DECRETA
SACROSANCTI
CONCILII TRIDENTINI

AD SVOS QVÆQVE TITVLOS SECVNDVM Iuris methodum redacta, adiunctis declarationibus, autoritate Apostolica editis, quæ habentur in quarto volumine decisionum nouissimarum Rotæ Romanæ.

PER MAGISTRVM F. PETRVM VINCENTIVM de Marzilla, Cæsaraugustanum, Ordinis sancti Benedicti, â Consilijs sanctæ Inquisitionis, & in V. I. Candidatum.

Cum quinque indicibus locupletissimis, remissionum, & rerum notabilium, emendatusque per eundem Autorem.

Anno 1618.

Collegij S. Blasij de Candi.

CVM PRIVILEGIO.

Vallisoleti, apud IOANNEM DE RVEDA.

Expensis Antonij Lopez.

Digitized by Google

Digitized by Google

IVSSV Regij Senatus, quà potui dexteritate perlegi librum cui titulus est, *Decreta sacrosancti Concily Tridentini ad Iuris communis titulos redacta vnacũ concordantijs decisionibus ac declarationibus Illustrissimorum Cardinalium sacri Concilij Interpretum*, edictũ à doctissimo patre Magistro F. Petro Vincẽtio de Marzilla, Cęsaraugustano, Ordinis Benedictini, eiusdemque Magistro Generali, & in Alma Vniuersitate Compostellana sacræ Theologiæ Primario Prælectore, ac etiã Iuris Põtificij Cãdidato. Qui liber nõ modò immunis est à quauis erroris, seu falsitatis nota, concorsque proprijs archetypis à quib⁹ est extractus, verũ etiã eius autor ita prudẽter segerit in omnimoda obseruãtia, & humili obedientia decreti Pij Papę IIII. prohibẽtis quoduis interpretationis genus propria autoritate emittendum super decreta Concilij Tridẽtini, vt neque in iota vno ipsum in ea re defeciſſe sentiam. Quo fit, vt satis tutè, ac summa cum legentium, pręsertim Iuri cõmuni incumbẽtium vtilitate, opus præfatum in publicum prodire, ad idque à Regio Senatu licentiam obtinere iure optimo mereatur. In Conuentu nostro Victoriano Madriti die nono mẽsis Iunij, anno Domini 1609.

F. Franciscus de Tamayo.

E L R E Y.

POR quanto por parte de vos el Maestro F. Pedro de Marzilla de la Orden de san Benito nos fue fecha relaciõ, que vos auiades compuesto vn libro intitulado *Decreta sacrosancti Concilij Tridentini ad iuris titulos redacta*: el qual auiades compuesto con mucho estudio y cuydado, y nos pedistes y suplicastes os mandassemos dar licencia y facultad para que le pudiessedes imprimir, y priuilegio por veynte años, ò como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mãdado se hizierõ las diligẽcias q̃ la pragmatica por nos vltimamẽte fecha sobre la impresion de los libros dispone: fue acordado, que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon: y nos tuuimoslo por bien. Por lo qual, por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad, para q̃ por tiempo de diez años primeros siguientes, que corran y se cuẽten desde el dia de la fecha della, vos, ò la persona que vuestro poder ouiere, y no otro alguno, podays imprimir, y vender el dicho libro, que de suso se haze mencion, por el original q̃ en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado y firmado al fin del de Christoual Nuñez de Leon nuestro Escriuano de Camara, de los que en el residen: con que antes que se vẽda lo traygays ante ellos juntamente con el dicho original, para q̃ se vea si la dicha impresiõ està conforme á el: ò traygays fee en publica forma, en como por Corrector por nos nombrado se vio y corrigio la dicha impresion por su original. Y mãdamos al Impressor que imprimiere el dicho libro no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro cõ el original al Autor, ò persona à cuya costa se imprimiere, y no otro alguno, para effecto de la dicha correction y tassa, hasta que primero el dicho libro estè corregido y tassado por los del nuestro Consejo. Y estando assi, y no de otra mane-

manera pueda imprimir el dicho libro, principio, y primer pliego, en el qual ſeguidamente ſe põga eſta nueſtra licencia y priuilegio, y la aprouacion, taſſa, y erratas, ſopena de caer, é incurrir en las penas contenidas en la pragmatica, y leyes de nueſtros Reynos, que ſobre ello diſponen. Y mandamos, q̃ durante el tiempo de los dichos diez años perſona alguna ſin vueſtra licencia no le pueda imprimir, ni vender, ſo pena que el q̃ lo imprimiere aya perdido y pierda todos y qualeſquier libros, moldes, y parejos que del dicho libro tuuiere: y mas incurra en pena de cincuẽta mil marauedis, la qual dicha pena ſea la tercia parte para nueſtra Camara, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentẽciare, y la otra tercia parte para la perſona que lo denunciare. Y mandamos à los del nueſtro Conſejo Preſidente y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra Caſa, y Corte, y Chancillerias, y à todos los Corregidores, Aſsiſtente, Gouernadores, Aldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nros Reynos y Señorios, aſsi à los que aora ſon, como à los que ſerã de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula, y contra ſu tenor y forma y de lo en ella contenido no vayan, ni paſſen en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nra Camara. Fecha en Lerma à onze dias del mes de Iunio, de mil y ſeyſcientos y diez años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor.

Iorge de Touar.

TASSA.

YO Geronimo Nuñez de Leon Escriuano de Cámara de su Magestad, y vno de los q̃ en su Consejo residen, doy fe, que auiendose visto por los señores del vn libro intitulado, *Decreta sacrosancti Concilij Tridentini, ad iuris titulos redacta.* Compuesto por el Maestro fray Pedro de Marzilla, dela Orden de san Benito, que con licencia de los dichos Señores fue impresso, tassaron cada pliego del dicho libro à cinco marauedis y parece tener sesenta y ocho pliegos y medio (sin tablas) que al dicho respecto monta onze reales y diez marauedis. Y al dicho precio mandaron se vendiesse, y no mas. Y que esta tassa se ponga al principio de cada libro de los que assi se imprimieren. Y para que dello cõste, de mandamiento de los dichos Señores del Consejo, y de pedimiento de la parte del dicho Fray Pedro de Marzilla, di esta fee, en Madrid à veynte dias del mes de Agosto de mil y seyscientos y trezeaños.

Geronimo Nuñez de Leon.

DIVIS

DIVIS VINCENTIO, VALERIO, ENGRATIÆ, LAMberto, eorumque ſocijs inn umeris Cæſarauguſtæ Martyribus. F. Petrus Vincentius de Marzilla Benedictinus, ſe ipſum, ſuaque opera dicat, & conſecrat.

Miſſurus in lucem decreta ſacroſancti Concilij Tridentini nulli cuipiam patrono, ac Mecœnati ea dicare cõſtitui, niſi vobis dumtaxat (Martyres inuictiſsimi) quippè qui in vrbe noſtra cõmuni Cæſarauguſtana proprium effundentes cruorẽ, varijſque & accerbiſsimis tormentorum generibus perpeſsis vitam cum morte commutantes, fidei Catholicæ veritati teſtimonium fortiter præbuiſtis, cunctas hæreſes intermiſtis, pacem & vnionem Eccleſiæ confirmaſtis, ac virtutum veſtrarum fulgoribus ita irradiaſtis Eccleſiam, vt exemplis veſtris morum cleri, & populi Chriſtiani reformationem mirum in modum commendaueritis: quibus profectò rebus, ceu ſcopis præſtantiſsimis vniuerſa huius œcumenici Cõcilij decreta innituntur. Vnde iure optimo hæc decreta à me tot ac tantis titulis in Paraphraſi intertexta ſuper Pentatheucum expreſsis, vobis deuincto, non niſi fœliciſsimæ veſtræ memoriæ dicari oportebat. Super

eſt modò athletæ fortiſſimi in eximiam huius munuſculi retributionem, vt ſimilia illis, quæ ſumma animi veſtri conſtantia in terra degentes pro huius Militantis Eccleſiæ incremento, ac fidei exaltatione perſtitiſtis modò in Eccleſia Triumphante commorantes veſtris orationibus, & interceſsionibus ab æterno Rege gloriæ impetrare non dedigneмini, vt innumerabilis veſtri cœtus auxilio muniti, ea quæ in hac vniuerſali Synodo Tridentina intenduntur, & quæ à vobis procul dubio ſummopere erga nos expetuntur, conſequi valeamus. Hinc enim fiet, vt expeditius ęternam veſtram ſocietatem, ad laudem, & gloriam omni potentis Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum adipiſci valeamus.

Amen.

AD

AD SACRATISSIMAM DEIPARAM VIRGINEM MARIAM, ANGELORVM REGINAM, AC DOMINAM NOSTRAM.

In ſacro Diui Laurentij Templo huius inſignis Valliſoletanæ vrbis.

Sacratiſsima Virgo.

QVI ingentium beneficiorum, quæ pro exiguis officijs tibi ſacratis conferens, largitatem fuerit expertus, Virgo ſanctiſsima, facile audaciæ meæ veniam donauit, quòd hunc tibi librum dedicauerim, ſub regioq; tuo patrocinio in lucem ediderim. Quæ quidem beneficia, ab hac vrbe quotidie accepta, generalis oſtendit deuotio, ac religio, quibus eius ciues tuam frequentant domum, agnoſcentes ſingularia auxilia, quæ eis præbes, qui ſeſe tibi fide non mortua tradunt, & ad te intercedentem in laboribus, & neceſsitatibus confugiunt, vbi leuamen ſemper, & ſolatium inuenere. Quod ſi vermiculo tuas dicendi laudes facultas datur, Maria Sacratiſsima, ego ſanè fateor, & agnoſco, me ex liberali tua manu accepiſſe, & accipere tēporalia, ac ſpiritualia beneficia infinita, meque domi ſalutem, & incrementum tuæ liberalitati & miſericordiæ debere.

bere. In præteritorum gratitudinem, & alia denuò recipiẽdi desiderio hunc librum, vt omnes intueantur, & æstiment, apud te colloco. Opus quidem est, quod ad Vnigenitũ tuum Dominum Deum nostrum attinet. Ne humilis oblatio, quòd sit propria, demereatur: qui enim causam suam Deo, eiusque Matri communem, fœlices quidem exitus poterit spectare, quos ego simul cum familia tibi, Sacratissima Domina, in Dei gloriam libenter offero.

Antonius Lopez.

ERRA-

Digitized by Google

ERRATA.

FOlio 6. columna 1. linea 13. nem,lege dem,fol,10.col.1.lin.10. naturalibus,natalibus,fol.11.col.2.lin.4.inordinitum,inordinatum,fol.33.col.1.lin.1.repertur,repertus,fol.37.col.1.lin.6.parochiales,parochialis,lin.9 quærat,queat,fol.56.col.1.linea.22.hoc,hos,fol.76.col.2.lin.21.executere,excutere,fol.101.col.1 lin 21.omnium,ouium,fol.109.col 2.lin.29 priuare,priuari,fol.131.col.2.li.13.cenda,cienda,fol.180.col.2.lin.28.ad ab fol.212.col.1.lin.13 iniquitate,inquinata,mones,mores fol.276.col.2 lin.5.ab ad fol.307.col.1.lin.12.miniſtrare,miniſtrare,fol.330.col.1.lin.2.ſoluere,ſoluere,fol.347.col.2.lin.30.fi,ſi.fol.360.col.2.lin.28.ſou,ſeu,lin.29.rotione,ratione.fol.362.col 2.lin.18.transſubſtantia,tio,transſubſtãtiationem,fol.411.col.2.lin.28.fint,ſint.fol.449.col.2.lin.vlt.altere,alterare,fol.480.col.2.lin.29 mulieres,muliere.

His animaduerſis,& ſublatis mendis,expurgatum erit opus ſuper Decreto Concil. Trident. ac archetypo ſuo cõſonans:ſic numeri meo ſatisfaciens ſubſcripſi.Valliſoleti nonis Martijs, 1618.

Doctor Vergara Barona.

RV-

RVBRICAE LIBRI PRIMI.



RV-

RVBRICAE LIBRI SECVNDI.

RES

Diuinæ. Scripturæ.
- Canonicis scripturis, & earum vsu, & interpr. Tit. I. p. 214.

Ecclesiasticæ.
- Constitutionibus à Concilijs edendis. Tit. II. p. 220.
- Omnibus ad Concilium inuitandis sub fide publica, siue saluoconductu. Tit. III. p. 233

Reliquiæ & imagines Sanctorum.
- Reliquijs, & veneratione Sanctorum. Tit. IIII. p. 245.

Sacræ.

Templa & loca Deo dicata.
- Immunitate Ecclesiarũ, cœmeterij, & rerum ad eas pertinẽtium. Tit. V. p. 248.
- Religiosis domibus, vt Episcopi sint subiectæ. Tit. VI. p. 251.
- Ecclesijs ædificandis, vel reparãdis. Tit. VIII. p. 259.

Beneficia Ecclesiastica.
- Præbẽ. & dign. Tit. VIII. 266.
- Contes præb. vel Ecclesiæ non vacantis. Tit. IX. p. 289.
- Vt Ecclesiastica benefi. sine dimin. confer. Tit. X. p. 290.
- Pluralitate beneficiorum. Tit. XI. p. 292.

Reditus Ecclesiastici.
- Decimis, primitijs, & oblationibus. Tit. XII. p. 305.

Diœceses, vel parochiæ.
- Parochijs, & alienis parochianis Tit. XIII. p. 308.

Nonsacræ.

Priuilegia & dispensationes
- Priuilegijs, & excessi. priuilegiatorum. Tit. XIIII. p. 312

Testamenta, & legata.
- Testamentis, & vltimis voluntatibus. Tit. XV. p. 330.

RV-

Digitized by Google

ACTIONES. Studio ſq. XI. Turpes

Sanctificatiuæ — Iuſtificatio. — Iuſtificatione. Tit. I. pag. 333.
Merito bonorum operū. Tit. II. pag. 347.

Sacramētis in genere. Tit. III. pag 349.
Baptiſmus. — Baptiſmo, & eius effectu. Tit. IIII. pag 352.
Confirmatio. — Sacramēto Cōfirmationis. Ti. V. pag. 356.

Venerabili Euchariſtiæ Sacramento. Tit. VI. p. 378.
Cōmunio. — Cōmunione ſub vtraque ſpecie. Tit. VII. pag. 379.
Celebratione Miſſarum, & diuinis officijs. Tit. VIII. 382

Pœnitentijs, & remiſsionibus. Tit. IX. pag. 395.
Pœnitētia. — Indulgentijs, & ſuffragijs mortuorum. Tit X. p. 426.
Vnctio. — Extrema vnctione. T. XI. 429

Ordo ſacer. — Sacram. Ordin. T. XII. p. 432.
Temporibus ordinationū, & qualitatibus ordinandorū. Tit. XIII. p. 437.

Diſponentes ad ſanctitatē. — Matrimoniū — Spōſalibus, & matrimonijs. T. XIIII. p. 451.
Clāde. deſpon. T. XV. p. 460.
Cognatio ſpirituali. Ti. XVI. 473.
Conſanguinitate, & affinitate. Tit. XVII. 477.

RV-

Digitized by Google

RVBRICAE LIBRI QVARTI.

ACTIONES

Studiosæ — Sanctificatiuæ — Cõmunes omnibus:
- Maioritate, & obedientia. Tit. I. p. 448.
- Obseruatione ieiuniorum, & eleemosynis. Tit. II. p. 493.
- Ne Sede vacante aliquid innouetur. Tit. III p. 495.
- Locato, & cõducto. Tit. IIII. pag. 500.

Studiosæ — Sanctificatiuæ — Disponentes ad sanctitatem — Peculiares iudicibus:
- Iudicjs. Tit. V. p. 501.
- Foro cõpetenti. T. VI. p. 512.
- Accusationibus, inquisitionibus, & denũt. T. VII. p. 515.
- Pœnis. Tit. VIII. p. 557.
- Sententia excommunicationis Tit. IX. p. 560.
- Appellationibus. T. X. p. 566.

Turpes — Peccatum in genere:
- Peccato actuali, vel originali. Tit. XI. 573.

Turpes — Simonia:
- Simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur. Tit. XII. p. 577.

Turpes — Homicidium:
- Homicidio voluntario, vel casuali. T. XIII p. 581.

Turpes — Adulterium:
- Adul. & cõcub. T. XIIII. 585.

Turpes — Sacrilegium:
- Cohabitatione clericorum, & mulierum. Tit. XV. p. 587.

Turpes — Raptum:
- Raptoribus. T. XVI. p. 584.

Turpes — Furtum:
- Furtis. Tit. XVII. p. 585.

Prauæ vocum intellectio:
- Verbo signif. T. XVIII. 586.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

PVTABIT fortè quiſpiam quantum ad diſpoſitionẽ decretorum Sacroſancti Concilij Tridentini (candide Lector) me nihil aliud in præſenti opere, quàm iá acta agere: etenim vir doctiſsimus, & iuris vtriuſque cõſultiſsimus D. Antonius Philoteus de Homodæis Siculus compilationem decretorum, & canonũ Sacroſancti Oecumenici, & generalis Tridentini Concilij in ſex libros iuxta materiarum affinitatem, diſtinctam prẹlo mandauit, quæ vniuerſis Iuris profeſſoribus adeò placuit, vt meritò timere potuiſſem me in caſum laboraſſe. Cæterùm ſi attentiori ſtudio vtriuſque laborẽ conſideres, facilè inuenies, me quantùm ad ordinem, ac rerum diſpoſitionem plurimum ab eo receſsiſſe: tùm, quia ego quidem Rubricas, ſu titulos iuris Canonici, quàm fieri potuit, obſeruaui: quod tamen ille non præſtitit: tum præterea diſpoſitionem, & procedendi methodũ, quam Imperialium inſtitutionum compoſitores ſummo ſtudio, ac diligentia repererũt, in hac decretorum ſacri Concilij Tridentini editione amplexatus ſum. Sicut enim ius commune, quo vtimur, vel ad perſonas ſpectat, vel ad res, vel ad actiones, vt iuris Ciuilis inſtitutiones edocent: ita pariter quidquid ſancta Synodus Tridentina ad incrementum, & exaltationem Fidei, & Religionis Chriſtianæ, ad extirpationem hæreſum, ad pacẽ, & vnionem Eccleſiæ, ac denique ad reformationem Cleri, & populi Chriſtiani decernere inſtituit, ad perſonas, res, vel actiones pertinere proculdubio cõſtat. Iuxta quæ tria capita in quatuor libros partiti ſumus decreta ſacri Concilij, quorum Rubricę eam connexionem, & affinitatem ſecum habent, quam ſteratæ partitiones in tribus tabellis ſuperius appoſitæ oſtendunt.

Quantùm verò attinet ad gloſſas textui Concilij ſuperaddi

tas ſcitò me ad vnguem obſeruaſſe decretum S.D.N. Pij IIII. expeditum ſeptimo Kalen. Februarij, anno 1563. quo cautum eſt, ne quis vllos cõmentarios, gloſſas, annotationes, ſcholia, vllũve omninò interpretationis genus ſuper ipſius Cõcilij decretis quocunque modo edat, ſine autoritate Apoſtolica: nullatenus enim auſus fui quippiam horum ex proprio marte inferere; ſed abij ad locum, quem elegit Dominus, ſanctam videlicèt Sedem Apoſtolicam, quæſiuique iudicij veritatem circa nonnulla dubia, quæ hactenus ſuborta ſunt in verbis ſacri Concilij, & quæ eiuſdem ſacroſancti Concilij meritiſsimi Interpretes à Sede Apoſtolica cõſtituti nobis tradidere, quæque in quarto volumine deciſionum nouiſsimarum Rotæ Romanæ, & alibi hac de re habẽtur, in medium vice gloſſę propono. Quibus nolo malorem fidem dari, quàm quę eorum Archetypo, præfato ſcilicet volumini deciſionum ſacri Palatij Romani, & in alijs auctoribus iam prælo mandatis, ex quibus extracta ſunt, iure debetur: eiſque adiunxi, per modum etiam gloſſæ, concordantias illas vtriuſque Teſtamenti, ac ſacrorum Canonum, quæ in alijs editionibus Cõcilij in margine circumferebãtur. Mihi ergò nihil, niſi diſpoſitio prędictarũ rerum tribuenda eſt, ingenſque deſiderium pauperculos adiuuandi: idque totum ſubijcio correctioni ſacroſanctę Matris Eccleſię, necnon & cuiuſuis melius ſentientis iudicio.

Vale.

IN DE-

IN DECRETA SACROSANCTI CONCILII Tridentini, ex Bulla Pij Papæ IIII. super confirmatione eiusdem Concilij.

PROOEMIVM.

Pius Episcopus, seruus seruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam.

QVM Sancta Synodus Tridentina pro sua erga sedem Apostolicam reuerentia, antiquorum etiã Conciliorum vestigijs inhærens, decretorum suorũ omnium, quæ nostro, & prædecessorum nostrorũ tempore facta sunt, confirmationem à nobis petierit, decreto de ea re in publica sessione facto: nos ex legatorũ literis prius, deinde post reditum eorum ex ijs, quæ Synodi nomine diligenter retulerunt, postulatione ipsius Synodi cognita, habita super hac re, cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, sanctique Spiritus in primis auxilio inuocato, cùm ea decreta omnia Catholica, & populo Christiano vtilia, ac salutaria esse cognouissemus, ad Dei omnipotentis laudem, de eorundem fratrum nostrorũ consilio, & assensu, in Consistorio nostro secreto illa omnia, & singula autoritate Apostolica hodie confirmauimus, & ab omnibus Christi fidelibus suscipienda, ac seruanda esse decreuimus, sicut harum quoque literarum tenore ad clariorem omnium notitiam confirmamus, & suscipi, obseruariq; decernimus. Mandamus autem in virtute sanctæ obedientiæ, & sub

pœnis à sacris canonibus constitutis, alijsque grauioribus, etiã priuationis arbitrio nostro infligendis vniuersis, & singulis veneralibus fratribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & alijs quibusuis Ecclesiarum Prælatis, cuiuscunque status, gradus, ordinis & dignitatis sint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, t eadem decreta, & statuta in Ecclesijs suis, ciuitatibus, & diœcesibus in iudicio, & extraiudiciũ diligẽter obseruẽt, & à subditis quisque suis, ad quos quomodolibet pertinent, inuiolabiliter faciant obseruari; contradictores quoslibet, & contumaces per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, etiam in ipsis decretis contentas, apellatione postposita compẽscendo, inuocato etiam (si opus fuerit) brachij secularis auxilio. Ipsum vero charissimum filium nostrum Imperatorem electum, cæterosq; Reges, Respublicas, ac Principes Christianos monemus, & per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi obtestamur, vt qua pietate Concilio per oratores suos affuerunt, eadem pietate, ac pari studio, diuini honoris, & populorum suorum salutis causa, pro sedis quoque Apostolicæ, & sacræ Synodi reuerentia ad eiusdem Concilij exequenda, & obseruanda decreta Prælatis (cùm opus fuerit) auxilio, & fauore suo ad sint; neque aduersantes sanæ, ac salutari Concilij doctrinæ opiniones à populis ditionis suæ recipi permittant, sed ad eas penitus interdicant. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M.D.LX.IIII. septimo Kal. Febr. Pontificatus nostri anno quinto.

DECRE-

Digitized by Google

DECRETORVM SACRI CONCILII TRIDENTINI,

LIBER PRIMVS.

De ſumma Trinitate, & Fide Catolica.

TITVLVS PRIMVS.

¶ In ſeſsione tertia Concilij Tridentini.

In celebratione Concilij ante omnia præmit enda eſt cõfeſsio fidei. Hoc dicit.

CAPVT PRIMVM.

IN nomine ſanctæ & indiuiduę Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Hęc ſacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, in ea præſidentibus tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarum conſiderans, præſertim earũ, quæ duobus illis capitibus de extirpandis hæreſibus, & moribus reformandis, continentur, quorum cauſa præcipuè eſt congregata: agnoſcens autem cum Apoſtolo: a *Non eſſe ſibi colluctationem aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus ſpirituales nequitias in cœleſtibus:* cum eodem omnes & ſingulos in primis hortatur, vt confortentur in Domino, & in potẽtia virtutis eius in omnibus ſumẽtes ſcutũ fidei, in quo poſsint omnia tela nequiſsimi ignea extinguere, atque galeã ſpei ſalutis ac-

cipiãt, cũ gladio ſpiritus (quod eſt Verbũ Dei) itaq; vt hæc pia eius ſolicitudo principiũ & progreſſum ſuũ per Dei gratiam habeat, ante omnia ſtatuit, & decernit, præmittendam eſſe cõfeſsionem fidei, *b* Patrum exemplũ in hoc ſecuta, qui ſacrationibus Concilijs hoc ſcutum contra omnes hæreſes in principio ſuarum actionum apponere conſueuere: quo ſolo aliquando & infideles ad finem traxerunt, hæreticos expugnarunt, & fideles confirmarunt.

De Summa Trinitate, &c.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Non eſſe ſibi colluctationem.* Concordat Apoſtolus ad Epheſ. 6. cap. *Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinẽ, ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.* Et parum inf. *In omnibus ſumentes ſcutum fidei: in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt Verbum Dei.* Concordat etiã tex. in cap. Qui reſiſtit, 11. quæſt. 3.

b ¶ *Patrum exemplum.* Concordat Conciliũ Nicenũ. Concil. Romanũ ſub Iul. I. Cõcil. Hipp. in princ. Concil. Cõſtant. VI. actio. 17. cum ſimil. c. 1. diſt. 19. cap. Baptizandos cum ſequent. de conſecr. diſt. 4. cap. 1. de Summa Trinitate.

¶ Eadem ſeſsionem tertia.

Recitatur Symbolum Concilij Nicæni. Hoc dicit.

CAPVT II.

SYmbolũ fidei, quo ſancta Romana Eccleſia vtitur, tanquam principiũ illud, in quo omnes qui fidem Chriſti profitentur, neceſſariò conueniunt; ac fundamẽtum firmum, & vnicũ cõtra quod portæ inferi nunquam præualebunt, totidem verbis, quibus in omnibus Eccleſijs legitur, exprimendum eſſe ſancta Synodus cenſuit: quod quidem eiuſmodi eſt.

CREDO in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, & viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum IESVM Chriſtum. Filium Dei vnigenitũ & ex Patre natũ ante omnia ſæcula Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtãtialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit

dit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt: crucifixus etiam pro nobis, ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundùm Scripturas: & aſcēdit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus, eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus eſt per Prophetas. Et vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnū baptiſma in remiſsionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi. Amen.

SVPER CAPVT II.

t ¶ *Portæ infieri.* Concordat illud Matth. 16. *Portæ inferi nō præualebunt aduerſus eā.* Concordat. etiam, tex. in c. in nouo. 21. diſt. c. Saluator, 1. quæſt. 3.

De ætate, & qualitate, & ordine præficiēdorum.

TITVLVS II.

¶ In ſeſsione ſexta Concilij Tridentini. cap. 1. de reform.

Reformatio morum populi Chriſtiani ab ijs, qui maioribus Eccleſijs præſunt, debet initium accipere. Hoc dicit.

CAPVT I.

SAcroſancta Synodus præſidētibus Apoſtolicę Sedis Legatis ad reſtituendam collapſam admodum Eccleſiaſticam diſciplinam, deprauatoſque in Clero, & populo Chriſtiano mores emēdandos ſe accingere volens, abijs, qui maioribus Eccleſijs præſunt initium cenſuit eſſe ſumendum: a Integritas enim præſidentiū ſalus eſt ſubditorum.

De ætate, & qualitate, &c.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Integritas enim.* Concordat cap. Optandum, infr. de vita, & honeſtate Clerico. cum ibi citatis.

¶ Eadem ſeſsione ſexta, cap. 1, de reformat.

Maio-

ACTIONES.

Studiosæ XI

Turpes

Sanctificatiuæ

Iustificatio.

Iustificatione. Tit. I. pag. 333.
Merito bonorum operũ. Tit. II. pag. 347.

Baptismus.

Sacramẽtis in genere. Tit. III. pag 349.
Baptismo, & eius effectu. Tit. IIII. pag 352.

Confirmatio

Sacramẽto Cõfirmationis. Ti. V. pag. 356.

Communio.

Venerabili Eucharistiæ Sacramento. Tit. VI. p. 378.
Cõmunione sub vtraque specie. Tit. VII. pag. 379.

Pœnitẽtia.

Celebratione Missarum, & diuinis officijs. Tit. VIII. 382
Pœnitentijs, & remissionibus. Tit. IX. pag. 395.
Indulgentijs, & suffragijs mortuorum. Tit X. p. 426.

Vnctio.

Extrema vnctione. T. XI. 429

Ordo sacer.

Sacram. Ordin. T. XII. p. 432.
Temporibus ordinationũ, & qualitatibus ordinandorũ. Tit. XIII. p. 437.

Dispo. nentes ad sanctitatẽ.

Matrimoniũ

Spõsalibus, & matrimonijs. T. XIIII. p. 451.
Clãde. despon. T. XV. p. 460.
Cognatio spirituali. Ti. XVI. 473.
Consanguinitate, & affinitate. Tit. XVII. 477.

RV-

Digitized by Google

RVBRICAE LIBRI QVARTI.

ACTIONES

Studiosæ — Sanctificatinæ — Cõmunes omnibus:
- Maioritate, & obedientia. Tit. I. p. 448.
- Obseruatione ieiuniorum, & eleemosynis. Tit. II. p. 493.
- Ne Sede vacante aliquid innouetur. Tit. III p. 495.
- Locato, & cõducto. Tit. IIII. pag. 500.

Studiosæ — Sanctificatinæ — Disponentes ad sanctitatem — Peculiares iudicibus:
- Iudicjs. Tit. V. p. 501.
- Foro cõpetenti. T. VI. p. 512.
- Accusationibus, inquisitionibus, & denũt. T. VII. p. 515.
- Pœnis. Tit. VIII. p. 557.
- Sententia excommunicationis Tit. IX. p. 560.
- Appellationibus. T. X. p. 566.

Turpes — Peccatum in genere:
- Peccato actuali, vel originali. Tit. XI. 573.

Turpes — Simonia:
- Simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur. Tit. XII. p. 577.

Turpes — Homicidium:
- Homicidio voluntario, vel casuali. T. XIII p. 581.

Turpes — Adulterium:
- Adul. & cõcub. T. XIIII. 585.

Turpes — Sacrilegium:
- Cohabitatione clericorum, & mulierum. Tit. XV. p. 587.

Turpes — Raptum:
- Raptoribus. T. XVI. p. 584.

Turpes — Furtum:
- Furtis. Tit. XVII. p. 585.

Prauæ vocum intellectio:
- Verbo signif. T. XVIII. 586.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

PVTABIT fortè quiſpiam quantum ad diſpoſitionẽ decretorum Sacroſancti Concilij Tridentini (candide Lector) me nihil aliud in præſenti opere, quàm iá acta agere: etenim vir doctiſsimus, & iuris vtriuſque cõſultiſsimus D. Antonius Philoteus de Homodæis Siculus compilationem decretorum, & canonũ Sacroſancti Oecumenici, & generalis Tridentini Concilij in ſex libros iuxta materiarum affinitatem, diſtinctam prẽlo mandauit, quæ vniuerſis Iuris profeſſoribus adeò placuit, vt meritò timere potuiſſem me in caſum laboraſſe. Cæterùm ſi attentiori ſtudio vtriuſque laborẽ conſideres, facilè inuenies, me quantùm ad ordinem, ac rerum diſpoſitionem plurimum ab eo receſsiſſe: tùm, quia ego quidem Rubricas, ſeu titulos iuris Canonici, quàm fieri potuit, obſeruaui: quod tamen ille non præſtitit: tum præterea diſpoſitionem, & procedendi methodũ, quam Imperialium inſtitutionum compoſitores ſummo ſtudio, ac diligentia repererũt, in hac decretorum ſacri Concilij Tridentini editione amplexatus ſum. Sicut enim ius commune, quo vtimur, vel ad perſonas ſpectat, vel ad res, vel ad actiones, vt iuris Ciuilis inſtitutiones edocent: ita pariter quidquid ſancta Synodus Tridentina ad incrementum, & exaltationem Fidei, & Religionis Chriſtianæ, ad extirpationem hæreſum, ad pacẽ, & vnionem Eccleſiæ, ac denique ad reformationem Cleri, & populi Chriſtiani decernere inſtituit, ad perſonas, res, vel actiones pertinere procul dubio cõſtat. Iuxta quæ tria capita in quatuor libros partiti ſumus decreta ſacri Concilij, quorum Rubricę eam connexionem, & affinitatem ſecum habent, quam ſteratæ partitiones in tribus tabellis ſuperius appoſitæ oſtendunt.

Quantùm verò attinet ad gloſſas textui Concilij ſuperaddi

tas ſcitò me ad vnguem obſeruaſſe decretum S.D.N. Pij IIII. expeditum ſeptimo Kalen. Februarij, anno 1563. quo cautum eſt, ne quis vllos cõmentarios, gloſſas, annotationes, ſcholia, vllũve omninò interpretationis genus ſuper ipſius Cõcilij decretis quocunque modo edat, ſine autoritate Apoſtolica: nullatenus enim auſus fui quippiam horum ex proprio marte inſerere; ſed abij ad locum, quem elegit Dominus, ſanctam videlicet Sedem Apoſtolicam, quæſiuique iudicij veritatem circa nonnulla dubia, quæ hactenus ſuborta ſunt in verbis ſacri Concilij, & quæ eiuldem ſacroſancti Concilij meritiſsimi Interpretes à Sede Apoſtolica cõſtituti nobis tradidere, quæque in quarto volumine deciſionum nouiſsimarum Rotæ Romanæ, & alibi hac de re habẽtur, in medium vice gloſſę propono. Quibus nolo malorem fidem dari, quàm quę eorum Archetypo, præfato ſcilicet volumini deciſionum ſacri Palatij Romani, & in alijs auctoribus iam prælo mandatis, ex quibus extracta ſunt, iure debetur: eiſque adiunxi, per modum etiam gloſſæ, concordantias illas vtriuſque Teſtamenti, ac ſacrorum Canonum, quæ in alijs editionibus Cõcilij in margine circumferebãtur. Mihi ergò nihil, niſi diſpoſitio prędictarũ rerum tribuenda eſt, ingenſque deſiderium pauperculos adiuuandi: idque totum ſubijcio correctioni ſacroſanctę Matris Eccleſię, necnon & cuiuſuis melius ſentientis iudicio.

Vale.

IN DE-

IN DECRETA SACROSANCTI CONCILII Tridentini, ex Bulla Pij Papæ IIII. super confirmatione eiusdem Concilij.

PROOEMIVM.

Pius Episcopus, seruus seruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM Sancta Synodus Tridentina pro sua erga sedem Apostolicam reuerentia, antiquorum etiã Conciliorum vestigijs inhærens, decretorum suorũ omnium, quæ nostro, & prædecessorum nostrorũ tempore facta sunt, confirmationem à nobis petierit, decreto de ea re in publica sessione facto: nos ex legatorũ literis prius, deinde post reditum eorum ex ijs, quæ Synodi nomine diligenter retulerunt, postulatione ipsius Synodi cognita, habita super hac re, cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, sanctique Spiritus in primis auxilio inuocato, cùm ea decreta omnia Catholica, & populo Christiano vtilia, ac salutaria esse cognouissemus, ad Dei omnipotentis laudem, de eorundem fratrum nostrorũ consilio, & assensu, in Consistorio nostro secreto illa omnia, & singula autoritate Apostolica hodie confirmauimus, & ab omnibus Christi fidelibus suscipienda, ac seruanda esse decreuimus, sicut harum quoque literarum tenore ad clariorem omnium notitiam confirmamus, & suscipi, obseruariq; decernimus. Mandamus autem in virtute sanctæ obedientiæ, & sub

pœnis à sacris canonibus constitutis, alijsque grauioribus, etiã priuationis arbitrio nostro infligendis vniuersis, & singulis veneralibus fratribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & alijs quibusuis Ecclesiarum Prælatis, cuiuscunque status, gradus, ordinis & dignitatis sint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, t eadem decreta, & statuta in Ecclesijs suis, ciuitatibus, & diœcesibus in iudicio, & extraiudiciũ diligẽter obseruẽt, & à subditis quisque suis, ad quos quomodolibet pertinent, inuiolabiliter faciant obseruari; contra dictores quoslibet, & contumaces per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, etiam in ipsis decretis contentas, apellatione postposita compẽscendo, inuocato etiam (si opus fuerit) brachij secularis auxilio. Ipsum vero charissimum filium nostrum Imperatorem electum, cæterosq; Reges, Respublicas, ac Principes Christianos monemus, & per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi obtestamur, vt qua pietate Concilio per oratores suos affuerunt, eadem pietate, ac pari studio, diuini honoris, & populorum suorum salutis causa, pro sedis quoque Apostolicæ, & sacræ Synodi reuerentia ad eiusdem Concilij exequenda, & obseruanda decreta Prælatis (cùm opus fuerit) auxilio, & fauore suo ad sint; neque aduersantes sanæ, ac salutari Concilij doctrinæ opiniones à populis ditionis suæ recipi permittant, sed ad eas penitus interdicant. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M.D.LX.IIII. septimo Kal. Febr. Pontificatus nostri anno quinto.

DECRE-

Digitized by Google

DECRETORVM SACRI CONCILII TRIDENTINI,

LIBER PRIMVS.

De ſumma Trinitate, & Fide Catolica.

TITVLVS PRIMVS.

¶ In ſeſsione tertia Concilij Tridentini.

In celebratione Concilij ante omnia præmit-enda eſt cõf ſsio fidei. Hoc dicit.

CAPVT PRIMVM.

IN nomine ſanctæ & indiuiduę Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Hęc ſacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, in ea præſidentibus tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarum conſiderans, preſertim earũ, quæ duobus illis capitibus de extirpandis hæreſibus, & moribus reformandis, continentur, quorum cauſa præcipuè eſt congregata agnoſcens autem cum Apoſtolo: *Non eſſe ſibi colluctationem aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus ſpirituales nequitias in cœleſtibus:* cum eodem omnes & ſingulos in primis hortatur, vt confortentur in Domino, & in potẽtia virtutis eius in omnibus ſumẽtes ſcutũ fidei, in quo poſsint omnia tela nequiſsimi ignea extinguere, atque galeã ſpei ſalutis ac-

dit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine, & homo factus est: crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundùm Scripturas: & ascēdit in cœlum, sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus, est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnū baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

SVPER CAPVT II.

t ¶ *Portæ infieri.* Concordat illud Matth. 16. *Portæ inferi nō præualebunt aduersus eā.* Concordat. etiam, tex. in c. in nouo. 21. dist. c. Saluator, 1. quæst. 3.

De ætate, & qualitate, & ordine præficiēdorum.

TITVLVS II.

¶ In sessione sexta Concilij Tridentini. cap. 1. de reform.

Reformatio morum populi Christiani ab ijs, qui maioribus Ecclesijs præsunt, debet initium accipere. Hoc dicit.

CAPVT I.

SAcrosancta Synodus præsidētibus Apostolicę Sedis Legatis ad restituendam collapsam admodum Ecclesiasticam disciplinam, deprauatosque in Clero, & populo Christiano mores emēdandos se accingere volens, abijs, qui maioribus Ecclesijs præsunt initium censuit esse sumendum: a Integritas enim præsidentiū salus est subditorum.

De ætate, & qualitate, &c.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Integritas enim.* Concordat cap. Optandum, infr. de vita, & honestate Clerico. cum ibi citatis.

¶ Eadem sessione sexta, cap. 1, de reformat.

Maio-

Maioribus Ecclesijs præficiendi ab ante acta laudabili vita testimonium habere debent. Hoc dicit

CAPVT II.

CONfidit sancta Synodus per Domini ac Dei nostri misericordiam, prouidamque ipsius Dei in terris Vicarij sólertiam omnino futurum, vt ad Ecclesiarum regimen, onus quippè Angelicis humeris formidandum, qui maximi digni fuerint, quorũque prior vita, ac omnis ætas à puerilibus exordijs vsque ad perfectiores annos per disciplinę stipendia Ecclesiasticæ laudabiliter acta, testimonium præbeat, secundum venerabiles beatorum *b* Patrum sanctiones assumantur.

SVPER CAPVT II.

b ¶ *Patrum sanctiones*. Concordat text. in cap. In Sacerdotibus, cap. Episcopum. distinct. 61. cap. fin. distinct. 79.

¶ Item sessione septima cap. primo de reformatio.

Assumendi ad Cathedrales Ecclesias quales esse debeant. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Ad Cathedralium ς Ecclesiarum regimen nullus nisi ex legitimo matrimonio natus, & ætate matura, grauitate morum, literarumq; scientia, iuxta constitutionem Alexandri III. quæ incipit: *d Cûm in cunctis*, in Concilio Lateranensi promulgatã, præditus assumatur.

SVPER CAPVT III.

c ¶ *Ad Cathedralium*. Concordat cap. Quicunq; inf eod. cum ibi cita.

d ¶ *Cum in cunctis*. Constitutio ista habetur in cap. Cum in cunctis, de electione. Cuius tenor talis est. *Cûm in cunctis sacris ordinibus, & Ecclesiasticis ministerijs sint ætatis maturitas, grauitas morũ: & literarum scientia, inquirenda: multo fortius in Episcopo hæc oportet inquiri, qui ad curam aliorum positus, in seipso debet ostendere qualiter alios in domo Dei oporteat conuersari. Ea propter, ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur â posteris in exemplum, præsenti decreto statuimus, vt nullus in Episcopum eligatur, nisi qui iam trigesimũ annum ætatis exegerit, & de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam vita, & scientia commendabilis demonstretur.*

§. CVM VERO.

¶ *Cum verò electus fuerit, & confirma-*

ſtimationem electionis acceperit, & Eccleſiaſticorum bonorum adminiſtrationem habuerit: decurſo tempore, de conſecrandis Epiſcopis à Canonibus diffinito, is, ad quem ſpectant beneficia, quæ habebat, de illis diſponendi liberam habeat facultatem.

§. INFERIORA.

¶ *Inferiora etiam miniſteria, vt putà Decanatum, Archidiaconatũ, & alia, quæ curam animarum habent annexam, nullus omninò ſuſcipiat, ſed neque parochialis Eccleſiæ regimen, niſi qui iam vigeſimum quintum annum ætatis attigerit, & ſcientia, & moribus commendandus exiſtat. Cùm autem aſſumptus fuerit, ſi Archidiaconus in Diaconum, & Decanus, & reliqui admoniti nõ fuerint, præfixo à Canonibus tempore in presbyteros ordinati: & ab illo remoueantur officio, & alijs conferatur, qui & velint, & poſſint illud conuenienter implere. Nec proſit eis appellationis refugium, ſi forte in conſtitutionis iſtius tranſgreſſionem per appellationem voluerint ſe tueri. Hoc ſanè non ſolùm de promouendis, ſed etiam de his, qui iam promoti ſunt, ſi Canones non obſiſtant, præcipimus obſeruari.*

§. CLERICI.

¶ *Clerici ſanè, ſi contra formam iſtam quemquam elegerint, & eligendi tunc poteſtate priuates, & ab Eccleſiaſticis beneficijs triennio nouerint ſe ſuſpenſos. Dignum eſt enim vt quos Dei timor à malo non reuocat, Eccleſiaſticæ ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ* ¶ *Epiſcopus autem ſi contra hæc fecerit, aut conſenſerit fieri: in conferendis prædictis officijs, & beneficijs poteſtatem amittat & per Capitulum, aut per Metropolitanum (ſi Capitulum concordare nequiuerit) ordinentur.*

¶ Eadem ſeſſione ſeptima, c. 9. de refor.

Electus in Epiſcopum debet conſecrari intra tempus ſtatutum à iure. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

¶ Ad minores Eccleſias promoti munus cõſecrationis intra tempus à iure ſtatutum ſuſcipiant, & prorogationes vltra ſex menſes conceſſæ nulli ſuffragentur.

SVPER CAPVT IIII.

• ¶ *Munus conſecrationis.* Concordat tex. in c. Eccleſijs, infrà, eod. cap. Quoniam quidem, 75. diſtin. Concil. Chalcedon. c. 24.

¶ Item ſeſſione vigeſima ſecunda, cap. 2. de reform.

Assumendus in Episcopum debet in sacro ordine saltem sex mensium spatio esse constitutus, & probatus idoneus ad alios docendos. Quarum rerum debent testimonium præstare Legati, vel Nuncij Prouinciarum, vel ordinarij. Hoc dicit.

CAPVT V.

¶ Quicunq; post hac ad Ecclesias Cathedrales erit assumẽdus, [f] is nõ solũ naturalibus, ętate, moribus, & vita, ac alijs, quę à sacris Canonibus [g] requiruntur, plenè sit præditus, verũ etiã in sacro ordine anteà, saltem sex mensium spatio constitutus. Quarum rerum instructio, si eius notitia nulla, aut recens in Curia Fuerit, à Sedis Apostolicæ Legatis, seu Nũcijs Prouinciarum, aut eius Ordinario, eoque deficiente, à vicinioribus Ordinarijs sumatur. Scientia verò præter hęc eiusmodi polleat, vt muneris sibi iniungendi necessitati possit satisfacere: ideoque anteà in Vniuersitate studiorum Magister, siuè Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico meritò sit promotus, aut publico, alicuius Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostẽdatur. Quod si regularis fuerit, à superioribus suæ Religionis similem fidem habeat. Prædicti autem omnes, vnde instructio, seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter, & gratis referre teneantur: alioquin eorũ conscientias grauiter oneratas esse scient, ac Deum, & superiores suos habebunt vltores.

SVPER CAPVT V.

f ¶ *Erit assumendus.* Declarat Card. *An principalis dignitas in Collegiata Ecclasia exempta, cui ordinaria iurisdictio cum omnibus iuribus quasi Episcopalibus competit, necessario conferri debeat Licenciato, vel Doctori, vt principalis Cathedralis? Congregatio Concilij die 21. Decembris, 1585. censuit negatiuè. Concilium enim, quando loquitur de dignitatibus, cap. 12. Sessio. 24. hortatur, vt conferatur Doctoribus, non præcipit, hoc nullibi cauetur esse necessarium.*

g ¶ *Sacris Canonibus.* Concordat tex. in cap. Cùm in cunctis, c. Cùm à nobis, de electione, c. Graue nimis, de præbend. cap. Ad Cathedralium. sup. eod. & c. Omnes & singuli, infr. eod. Concil. Sardicen. c. 13. Concil. Roman. sub Nicol. versic. *vt nullus laicus*, Concil. Bracharen. in cap. 38. c. si Syracusanæ, 28. distinct. & dist. 61. per tot. Concil. Lateranen. sub Leo. X. de refor. Curiæ, in princip. sess. 9.

¶ Item Sessione vigesima tertia, cap. 2. de reform.

Electus

Electus in Episcopum tenetur cõsecrari intra tres menses sub pœnis in capitulo positis. Hoc dicit.

CAPVT VI.

¶ Ecclesijs Cathedralibus, [b] seu superioribus, quocunque nomine, ac titulo præfecti, etiamsi S.R.E. Cardinales sint, si munus consecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuũ præceptorum restitutionem teneantur. Si intra totidem menses postea id facere neglexerint, Ecclesijs ipso iure sint priuati. Consecratio verò si extra Curiam Romanam fiat, in Ecclesia, ad quam promoti fuerint, aut in Prouincia, si commodè fieri potuerit, celebretur.

SVPER CAPVT VI.

b ¶ *Ecclesijs Cathedralibus.* Cõcordat cap. Ad maiores, sup. eodem. Concil. Chalcedonen. cap. 24. Concil. Vvormat. cap. 76. cap. Quoniam, 75. dist. cap. Quoniam. 100. dist.

¶ Item Sessione vigesima quarta, cap. 1. de reformat.

Sede vacante debent publicè fieri supplicationes, ac preces pro bono Pastore impetrando. Hoc dicit.

CAPVT VII.

¶ Si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus prouidenter, scienterq; curandum est, vt in Domini domo nihil sit inordinitum, nihilq; præposterum, multo magis elaborãdum est, vt in electione eius, qui suprà omnes gradus constituitur, non erretur. Nam totius familiæ Domini status, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vnde etsi aliàs sancta Synodus [i] de promouendis ad Cathedrales, & superiores Ecclesias nonnulla vtiliter decreuit: hoc tamen munus huiusmodi esse censet, vt si pro rei magnitudine expẽdatur, nunquam satis cautum de eo videri possit. Itaque statuit, vt cùm primum Ecclesia vacauerit, supplicationes, ac preces publicè, priuatimque habeantur: atque à Capitulo per ciuitatem, & diœcesim indicantur: quibus clerus populusque bonum à Deo pastorem valeat impetrare.

SVPER CAPV VII.

i ¶ *Sancta Synodus.* Concordat cap. confidit, cap. ad Cathedraliũ, cap. quicunque, super eodem.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, cap. 1. de reformat.

Electores præficiendorum magno

pere ſtudere debent, vt digniores in paſtores promoueantur. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

¶ Omnes & ſinguli, qui ad promotionem præficiendorum, quodcunque ius, quacunque ratione, à Sede Apoſtolica habent, aut alioquin operam ſuam præſtant, nihil in his pro præſenti tẽporum ratione innouando, hortatur, & monet, vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutẽ vtilius poſſe facere, quàm ſi bonos paſtores & Eccleſiæ gubernãdæ idoneos promoueri ſtudeant, eoſque alienis peccatis communicãtes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles, ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint: & quos ex legitimo matrimonio natos & vitæ, ætate, doctrina, atque alijs omnibus qualitatibus præditos ſciant, [k] quæ iuxta ſacros Canones, & Tridentinæ huius Synodi decreta requiruntur.

SVPER CAPVT VIII.

k ¶ *Quæ iuxta ſacros.* Concordat cap. Quicunque ſup. eodem, cum allegatis, ibidem.

¶ Eadem ſeſſione vigiſsima quarta, cap. de reform.

Forma inquiſitionis faciendæ de vita, & moribus promouendi, debet præſcribi in Synodo prouinciali, & per Papam approbari: inquiſitio que ſecundùm eam formam perfecta ſimul cum teſtimonio profeſſionis fidei debet ad Papam trãſmitti. Hoc dicit.

CAPVT NONVM.

¶ Quoniam inſumendo de prædictis, omnibus qualitatibus graui, idoneoque bonorum, & doctorum virorum teſtimonio, non vniformis ratio vbique ex nationum populorum, ac morũ varietate poteſt adhiberi: mandat ſancta Synodus, vt in prouinciali Synodo per Metropolitanum habenda præſcribatur quibuſque locis, & prouincijs propria examinis, ſeu inquiſitionis, aut inſtructionis faciẽde forma, ſanctiſsimi Romani in Põtificis arbitrio approbanda, quæ magis eiſdem locis vtilis, atque opportuna eſſe videbitur: ita tamen, vt cùm deinde hoc examen, ſeu inquiſitio de perſona promouẽda perfecta fuerit, ea in inſtrumentum publicum redacta, cum toto teſtimonio, ac profeſſione fidei ab eo facta, quàm primum ad ſanctiſsimum Romanum Pontificem omni-

omninò trànſmittatur: vt ipſe Sũmus Pontifex, plena totius negotij, ac perſonarum notitia habita, pro gregis Dominici cõmodo de illis, ſi idonei per examen, ſeu per inquiſitionem factam reperti fuerint, Eccleſijs poſsit vtiliùs prouidere.

SVPER CAPVT IX.

¶ *Ac profeſsione fidei.* Declaratio Cardina. Profeſsio fidei ab Epiſcopo emittenda, iuxta Bullam Pij Quarti publicatam die 9. Decembris 1564. ſic ſe habet. *Ego. N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in ſymbolo fidei, quo ſancta Romana Eccleſia vtitur, videlicet: Credo in vnum Deum Patrem, omnipotentẽ, factorẽ cæli & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium, & in vnũ Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitũ, & ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deũ de Deo, lumen de lumine, Deũ verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, qui propter nos homines, & propter noſtrã ſalutẽ deſcẽdit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt, crucifixus etiã pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die, ſecundũ Scripturas, & aſcendit in cœlum: ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui loquutus eſt per Prophetas: & vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſsionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam vitam venturi ſæculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſsimè admitto, & amplector. Item ſacram Scripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretationes ſacrarum Scripturarum admitto, neque eam vnquam niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè & propriè Sacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis, neceſſaria ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiã, & Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre. Et ex his Baptiſmum, Confirmationem & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni ad*

min ſtratione recipio, & admitto omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in ſacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo, verum, proprium, & propiciatoriũ ſacrificium pro viuis, & defunctis, atque inſantiſsimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, in corpus, & totius ſubſtãtiæ vini, in ſanguinem quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantûm ſpecie, totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtãter teneo purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas, fidelium ſufragijs iuuari. Similiter & Sanctos vna cũ Chriſto regnantes venerandos, atq, inuocandos eſſe, eoſq, orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe, venerandas. Firmiſsimè aſſero imaginis Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam: Indulgentiarum etiam poteſtatem, á Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumq; vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco, Romanoque Pontifici, beati Petri, Apoſtolorum principis, ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac iuro. Cæteraſtem omnia á ſacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè á ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſalnus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inuiolatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum, conſtantiſsimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque á meis ſubditis, vel illis, quorum curam ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voueo, ac iuro, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta D. i Euãgelia

Hoc decretũ extenditur etiã ad eos, qui de monaſterijs, conuentibus, domibus, & aliis quibuſcunque Ordinum, etiam militiarum quocunque nomine, vel titulo prouidentur, vt conſtat in prædicta Bulla Pij Quarti. ¶ Idẽ Pius Quartus per eliam Bullam ad hanc fidei profeſsionem tenere voluit omnes Doctores, Magiſtros,

Digitized by Google

gistros, Regentes, & alios cuiuscunque artis, & facultatis professores, siue clerici, siue laici, vel cuiuscunque ordinis regulares sint, qui doceri, vel promoueri voluerint. ¶ Ordinarij eorum locorũ vbi studia vigem, negligentes hanc fidei professionem exigere puniendi sunt.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, cap. 1. de reformat.

Forma renuntiandi Summo Pontifici instructionem factam de qualitatibus promouendi. Hoc dicit.

CAPVT X.

¶ Omnes inquisitiones, informationes, testimonia, ac probationes quæcunque de promouẽdi qualitatibus, & Ecclesiæ statu à quibuscunque etiam in Romana Curia habitæ per Cardinalem qui relationem facturus erit, in consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, ac relatio ipsa Cardinalis relatoris, & trium Cardinalium subscriptione roboretur: in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirment, se adhibita accurata diligentia, inuenisse promouendos qualitatibus à iure, & ab hac sancta Synodo requisitis præditos, ac certo existimare sub periculo salutis æternæ ideneos esse, qui Ecclesijs præficiantur, ita vt relatione in vno consistorio facta, quo maturius inter ea de ipsa inquisitione cognosci possit; in aliud consistoriũ iudiciũ differatur, nisi aliud beatissimo Pontifici videbitur expedire.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, cap. 1. de reform.

Eadem exigũtur in creatione Cardinalium, quæ seruari præcipiuntur in promotione Episcoporum. Hoc dicit.

CAPVT XI.

¶ Ea omnia, & singula, quæ de Episcoporum præficiendorũ vita, ætate, & doctrina, & cæteris qualitatibus, aliàs in eadem Synodo constituta sunt, decernit eadem, etiam in creatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, etiamsi Diaconi sint, exigenda. Quos sanctissimus Romanus Põtifex ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commodè fieri poterit, prout idoneos reperit, assumet.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, cap. 1. de refor.

Papa debet maximam solicitudinem gerere, vt lectissimi Cardinales, & Episcopi promoueantur. Hoc dicit.

CAPVT XII.

¶ Eadem sancta Synodus tot grauissimis Ecclesiæ incommodis commota non potest non cõmemorare, nihil magis Ecclesiæ Dei esse necessarium, quàm vt beatissimus Romanus Pontifex, quam solicitudinem vniuersæ Ecclesiæ, ex muneris sui officio debet, eam hic potissimum impẽdat, vt lectissimos tantum sibi Cardinales asciscat, & bonos maximè, atque idoneos pastores singulis Ecclesijs præficiat: idque, eo magis quod ouium Christi sanguinẽ, quæ ex malo negligentiũ, & sui officij immemorum pastorum regimine peribunt, Dominus noster Iesus Christus [m] de manibus eius sit requisiturus.

SVPER CAPVT XII.

m ¶ *De manibus eius.* Concordãt verba illa Ezechiel. c. 3. & cap. 33. *Ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Concordat etiam text. in cap. Ephesijs. 43. distinct. cap. 1. inf. de cleric. non resident.

¶ Eadem sessione vigesima quarta. cap. 12. de reform.

Promouendus ad dignitates curam animarum habentes debet saltem vigesimũ quintum annum attingere & iam Clericus existere. Hæc dicit.

CAPVT XIII.

¶ Cum dignitates in Ecclesijs præsertim Cathedralibus, ad conseruandam, augendamque Ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ, vt qui eas obtinerent pietate præcellerẽt, alijsque exemplo essent, atq; Episcopos opera, & officio iuuarent: meritò, qui ad eas vocantur, tales esse debẽt, qui suo muneri respondere possint. Nemo igitur deinceps ad dignitates quascũque quibus *n* animarum cura sub est promoueatur, nisi qui saltem vigesimum quintum suæ ætatis annum attigerit, & in clericali ordine versatus, doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur, iuxta constitutionem Alexandri III. in Concilio Lateranẽsi promulgatam, quę incipit, *Cũm in cunctis.*

SVPERCAPVT XIII.

n ¶ *Animarum cura subest.* Decisio, 101. Cardinalium Congregatio Concilij censuit in obtinente dignitatem nullam habentem principaliter curam animarum, sed tamen pervnionem parochialium, quæ ipsi dignitati accessoriæ sunt vnitæ, non requiri vt attige-

tigerit vigesimum quintum annum.

o ¶ *Cùm in cunctis.* Hãc Constitutionẽ habes supra in glo. c. Ad Cathredralium, supra eodem, cum qua concordat Diuus Clemens I. in epist. 1. ad Iacob. Anacletus epist. 1. cap. Diaconi. 93. distinct. capit. Ad hæc, de officio Archidia.

¶ Eadem sessione vigesima quarta. c. 12. de reform.

Professio fidei, & iuramentum obedientiæ â quibus, & intra quod tẽpus præstari debeat. Hoc dicit.

CAPVT XIIII.

¶ Prouisi de beneficijs *p* quibuscunque curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses, ¶ in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito, coram generali Vicario, seu officiali orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem *r* & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se per manuros spondeant, ac iurent. Prouisi autem de Canonicatibus *s* & dignitatibus in Ecclesijs Cathredralibus *t* non solum coram Episcopo, seu eius officiali sed etiam in capitulo idem facere teneãtur: alioquin prędicti omnes prouisi fructus non faciant suos *v*, nec illis possessio suffragetur *x*.

SVPER CAPVT XIIII.

p ¶ *Prouisi de beneficijs.* Decisio. 15. Cardina. Congregatio Concilij censuit, scribentes ad Nuntium Hispaniarum, ei, qui professionem fidei nõ emisit, possessionem non suffragari quoad fructus faciendos suos tantum, quoad cæteros autem effectus commodo possessionis & cæteris iuribus, si quæ habet non priuari. ¶ Item decisio. 135. Card. Congregatio Concilij censuit prouiso de dignitate, vel Canonicatu, qui fidei professionem nõ emisit possessionem ad fructus faciendos suos minimè suffragari. ¶ Item decis. 138. Card. Congregatio Concilij censuit, illa verba Concilij, quæ habentur in cap. 12. sessio. 24. eiusdem Concilij, *videlicet possessio eis non suffragetur*, intelligenda esse, quoad fructus percipiendos, & faciendos suos, ideoq, emissionem professionis fidei non priuare Canonicum suprà narratis possessionis effectibus, sed ipsum & vocem in capitulo, & ius procedendi à die adeptæ possessionis habere, nisi aliud obstet, quamuis professionem fidei minimè emiserit. ¶ Itẽ in declaratione Cardinali. Comprehenduntur etiam Canonici, & aliæ dignitates, & personæ exi

ſtentes in Cathedrali ante Concilium.

q. ¶ *Ad minus intra duos menſes.* Declar. Card. Hæc longiſsima nedum triennalis profeſsio prodeſt ei, qui non emiſit profeſsionem fidei, quoad fructus percipiendos, quandiu infra dictam profeſsionem non emiſerint.

r ¶ *Suæ fidei publicam facere profeſsionem.* Declar. Card. Per ſe ipſum, etſi abſens accedat ad Eccleſiã. ¶ Ad hanc fidei profeſsionẽ tenentur etiam illi Magriſtri, qui Grammaticam in domibus priuatis docent, & expenſis aliorum viuunt. ¶ Ad emittendam profeſsionem fidei, omnes docentes artes liberales tenentur, qui ante quam ad docendum admittantur, poſſunt arbitrio Epiſcopi prohiberi, donec de eorum moribus informationem ſuſceperit. Idem dicendum eſt deijs, quibus per aliquam Vniuerſitatem teſtimonium conceditur; & hoc non ſolùm eſt conforme Bullæ Pij Quarti, ſed etiam decreto Pij V. ¶ Dubitatur, An facturi publicã fidei profeſsionẽ ad formam huius cap. ſi ſint abſentes poſsint illam emittere per procuratorem? Nõ poſſunt, reſpõdet Congregatio, ſed debent profeſsionem emittere per ſe ipſos. ¶ An Bulla Pij IIII. 13. Nouembris. 1564. de profeſsione fidei ſingulorum Doctorum, & profeſſorum, comprehendat etiam docentes principia Grammaticæ, & artium liberalium, etiam priuatim? Congregatio cenſuit, & iſtos comprehendi dicta Bulla Pij IIII. ¶ An capienda ſit informatio, & faciendus proceſſus ſummariè ſuper fide Catholica iſtorum, ante quam admittantur ad profeſsionem fidei? Congregatio reſpondit, ita faciendum, ſed quantum Epiſcopo ſufficere videbitur. ¶ An Ordinarij non obſtantibus contentis in dicta Bulla, incurrant pœnas ſibi impoſitas habentibus facultatem doctorandi? Congregatio cenſuit in locis, in quibus ſunt Gymnaſia publica, dictam Bullam videri has pœnas non impoſuiſſe Ordinarijs, li patiuntur quemquam quoquomodo docere literas, prius quam fidei profeſsionem faciant.

ſ ¶ *De canonicatibus.* Declar. Card. Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ in Romana ciuitate dignior eſt Canonicatu Cathedralis alterius ciuitatis. Hoc procedit etiam in capitulis exemptis, ſi ſpecialiter ſint circa hoc priuilegiata.

t ¶ *In Eccleſijs Cathedralibus.* Declar. Card. Congregatio cenſuit non extendit ad Canonicos in Collegiatis.

v ¶ *Fructus non faciunt ſuos.* Declar. Cardi. Per omiſsionem profeſsionis fidei amittũtur tantum fructus

fructus præbendarum, non autem distributiones quotidianæ, quas inseruiendo quis ac qui sinuit. Vnde congregatio censuit, distributiones quotidianas non cõprehendi verbis Cõcilij hic, quoniam dantur ratione ministerij personis, ac propter operas suas, & illas percipiens facit suas, ita vt possit de eis testari, & aliàs ad libitum disponere, tradunt omnes c. 1. de clericis non resident. in 6. quòd non veniunt appellatione fructuum, Oldrald. consilio 118. Rot. de præbend. in nou. decis. 2. & decisio. 23. de re iud. in antiq. Cassad. decis. vni. de Cleric. non resident. in addit. ad 10. Monach. d. consi. 23. n. 35. & communiter omnes c. licet. de præb. late Paris. consi. 32. & 33. volu. 4. & Gigas in respons. de prębend. respons. 39.

x ¶ *Neque illis post sisio suffragatur*. Declar. Card. Comprehenduntur, & si fuerint regulares, & computandi sunt duo menses à die electionis, vel quo admittuntur ad participationem mensę capitularis.

¶ Eadem sessione vigesima quarta. cap. 18. de reformat.

Habita notitia vacationis Ecclesiæ parochialis debet Episcopus idoneũ in ea Vicarium constituere, donec de Rectore prouideatur. H. d.

CAPVT XV.

¶ Expedit maximè *a* animarum saluti à dignis, atque idoneis parochis gubernari: id vt diligentius, ac rectiùs perficiatur, statuit sancta Synodus, vt cùm parochialis Ecclesiæ *b* vacatio etiamsi cura Ecclesiæ, *c* vel Episcopo incũbere dicatur, & per vnum, vel per plures administretur, etiam in Ecclesijs patrimonialibus, seu receptiuis nuncupatis in quibus consueuit Episcopus vni, vel pluribus curam animarũ dare, *d* quos omnes ad infra scriptum examen teneri mandat per obitum, vel resignationem *e*, etiam in Curia, seu aliter quomodocunque contigerit, etiamsi ipsa parochialis Ecclesia reseruata, *f* vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu priuilegij in fauorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu Abbatum, *g* vel Capitulorum: *h* debeat Episcopus *i* statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium *K* cum cõgrua, *l* eius arbitrio, fructuum portionis assignatione, constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur.

SVPER CAPVT XV.

a ¶ *Expedit maximè*. Decis. 127.

Cardin. Congregatio Concilij censuit inferiorem Episcopo, qui omnimodam iurisdictionem habet Episcopalem, nec alicui subdatur, & sit immediatè subiectus Sedi Apostolicæ, nullius diœceseos proprium habeat territorium, habeatque eius congregandi Synodum, & legitimè constet illam congregasse, & delegisse examinatores, vtique posse cõcursum instituere, examinare, & aprobare, & œconomos, ac Vicarios deputare, omniaque alia agere, quæ capite 18. session. 24. de reformatione continentur.

Item decisione 130. Cardinalium Congregatio Concilij censuit nominationem Vicariorum secularium amouibilium in beneficijs curatis vnitis spectare ad Episcopos. Vicariorũ verò regularium in vim certæ constitutionis à Pio Quinto emanatæ spectare ad eosum quorum Ecclesijs vnitis ipsi Vicarij ponẽtur, illosque non esse præuio concursu, sed tantùm examine, & aprobatione Episcoporum deputãdos: & quando dicti regulares in Vicarios deputabuntur, ipsos teneri cum alio regulari cohabitare.

Item decisione 150. Cardinalium Congregatio Concilij censuit in collatione Canonicatus, quamuis ei vnita sit parochialis, non oportere obseruare formam examinis per concursum.

b Cùm parochialis Ecclesia. Declaratio Cardin. Non dignitati cui parochialis vnita est.

Idem si fuerit capellania pro coadiutoria in parochiali sita, quia in ea conferenda seruatur hoc decretum.

Idem etiamsi ex antiquissima consuetudine hæ parochiales solitæ essent commendari ad sex menses, & qui semel instituti fuerint etiam ad præsentationem, non possint amoueri ad nutum.

c Etiam si cura Ecclesiæ. Declar. Cardinal. Etiam in Ecclesijs Cathedralibus vel Collegiatis, in quibus exercetur cura animarum per capellanos amouibiles ad nutum capitulorum, & per ipsosmet Canonicos absque examinatione ab immemorabili tempore, quo non obstante, omnes tenentur ad subijciendum se examini Episcoporum.

In vacationibus Ecclesiarum parochialium, licet earum collatio pertineat ad Canonicos, edicta tamen, examina, atque electio personarum, quæ sunt magis idoneæ, propriè ad Episcopos ordinarios spectat: collatio autem parochialium ab his facienda est postea, ad quos pertineat ea conferre.

Episcopo resignantes proprias parochias informa dignum resignent iudicio, & prouisione vicinioris Episcopi.

¶ *Vni*

d ¶ *Vni vel pluribus curam animarum.* Declarat Card. Sed non intelligitur de Canonicis Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ, quibus cura animarum incumbit, & per quos ipsa cura animarum exercetur.

e ¶ *Vel resignationem.* Declarat Card. S.D N. Gregorius XIII. noluit licere Canonicis regularibus Congregationis Lateranensis, etiam de licentia sui generalis absque permissu Summi Pont. assumere curam animarum, etiam ad tempus; multoque minus beneficium curatum ad tempus.

¶ Decretum Concilij Tridentini, quod dicit, vacationes omnes de Ecclesijs parochialibus, etiam per resignationem examine per concursum prævio ab ordinario conferre ei, quem aptiorem iudicauerit, locum non habet in resignationibus factis in manibus Papæ in favorem certæ personæ, cùm non possint dici proprie vacare. ¶ Concilium Tridentinum loquens de examine per cõcursum faciendo non habet locum in vacatione parochialis per resignationem factam in manibus Papæ, in favorem, quam idē Pontifex admiserit, & mandauit expedire in forma dignum. ¶ Ei qui exhibuit Bullam parochiæ sibi resignatæ Episcopo Cesenatensium, & reiectus est ab examine, de quo fidem examinatorum affert, iussum est eandem appellationem ad suffraganeum Rauennatensium deferre ¶ Resignatione facta in manibus Papæ in favorem certæ personæ ab eo admissæ, ille, in cuius favorem resignatum est, non est examinandus per concursum, sed sufficit si examinetur eo genere examinis, quod vocatur in forma dignum. ¶ Cùm parochialis Ecclesiæ resignatio fit in favorem in manibus Sanctissimi. Quia tunc non dicitur vacare, antequam alteri acquiratur, neque in ea potest statim Vicarius deputari, nõ est necessarium examen per concursum, & aptiorem esse eligendum, sed satis est resignatarium ab examinatoribus in Synodo deputatis simul cum Ordinario probari idoneum. ¶ In prouisionibus faciendis de beneficijs ex causa permutationis non est necessarium nouum examen, potestque apponi clausula, vt non obstantibus beneficijs, dummodo permutatio sit vera, & nõ fraudulenta, neque de simplici ad curatum, nec in valore sit magna inæqualitas, vel aliquid simile, aliàs fieri debet examen. ¶ Declaratio, vt in permutatione parochialium eiusdem diœcesis, non fiat examen alterius diœcesis, fuit concessa.

¶ Ad literas Episcopi non probantis examen eius presbyteri,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

cui resignatio facta est, quia præsumptio est pro presbytero. Respondetur à reuerendissimo Domino Datario, vt Episcopus testes examinet, & si quid contra eum habet, quod indignum reddat transmittat. ¶ In concessione iurium in fauorem eius, qui prætendit habere ius, neque examen, neque expressio beneficiorum, aut valoris est necessaria, si vera lis fuerit.

f ¶ *Ecclesia reseruata.* Declarat Card. In beneficijs curatis reseruatis Sedi Apostolicæ, etiã quibusuis alijs, etiam ex antiqua consuetudine, Ordinarij proponũt edicta concursus, & à Sede Apostolica prouisio fit approbato ab examinatoribus in Synodo diœcesana diputatis, si habet fidem approbationis suę ab Ordinario, & de hoc ex Bulla Pij V. iam dicta.

g ¶ *Abbatum.* Declarat Card. Abbatis prouisione curata beneficia, cùm vacauerint, Ordinarij edicta concursus proponere debent, & Abbas collationem facere debet. ¶ Quoties aliqua Ecclesia parochialis vacauerit, ad quam Abbas aliquis habet ius nominandi, quemcũque Abbas nõminauerit, eum ad examen. Ordinarius admittere debet: si autem Ecclesiæ vacabunt, ad mortẽ Rectorum, in quibus Abbas habet ius conferendi, qui earum curationem susciperevolunt, eos Ordinarius probare debet illo examinis genere, quod vocatur per concursum: neque Abbas eam ob causam vllum examinis edictum proponere potest, neque illius officij partem vllam attingere: sed id pertinet ad Ordinariũ, qui & ipse proponere debet edicta, & examinatores ex Concilio præfato deputatos adhibere, à quibus omnibus istius modi cõcursus examinantur, quo examine confecto, ex his, quos vitæ integritas, & doctrina commendabit, Ordinarius debet eligere magis idoneos, ac postea Abbati relinquere, vt ex illis, cui maluerit, curam conferat. ¶ Licet aliqui Patriarchæ habeant collationem parochialium existentium in aliqua diœcesi, Ordinarius illius diœcesis edicta concursus proponere debet, & collatio postea approbata debet fieri à Patriarcha. Habens ius conferendi aliquas parochiales, quę sunt in diœcesi Episcopi, siue Prouincię, nõ potest eas cõferre, nisi his, qui approbati & examinati fuerint ab examinatoribus deputatis, per Episcopum eius diœcesis, in qua sitæ sunt istæ parochiales, & interim dum dictæ parochiales vacant, Episcopus illius diœcesis, in qua sunt, ius habet constituendi in eis Vicarium cum congrua arbitrio suo fructuum portionis assigna-

Nota

ſignatione, qui dictæ parochiæ inſerviat, donec de Rectore fuerit prouiſum. Neque poteſt Patriarcha in aliena diœceſi, licet ea, ſit Epiſcopi ſuæ Prouinciæ, Capellanos ad animarum curationē conſtituere, niſi ad eiuſdem Epiſcopi cōſenſum, & examine eius præeunte, quod per eum, aut eius executorem faciendum eſt, & cùm prædictus Epiſcopus Prouincialis dicto Patriarchæ Synodum diœceſanam habebit, Patriarcha nihil poteſt committere, quam obrem Eccleſiarum Rectores, quorum electio ad ipſum Patriarcham ſpectat, alijque præterea, qui curam animarum in eis gerunt, vel Synodo interſint, vel decretis Epiſcopi minus optēperent. ¶ Neque poſtea idem Patriarcha aliquos Epiſcopos in diœceſim Epiſcopi ſui Prouincialis inducere ad Eccleſias benedicendas, vel conſecrandas, vel vt ſacrum extremæ vnctionis oleū conficiant, vel chriſma adminiſtrent, aut aliqua Pontificalia munera obeant atque exerceant, niſi de Epiſcopi, cuius ipſa diœceſis eſt conſenſu.

b ¶ *Capitulorum* Declarat Cardin. Et ad illos collatio, inſtitutio, ſeu præſentatio pertineat. ¶ An quando collatio parochialis etiā ab immemorabili tempore pertinet ad capitulum Cathedralis, vel Collegiatę Eccleſiæ, vel ad aliam inferiorem, an ad idem concurrente illius vacatione pertinere poſsit edictorum appoſitio aduocandas oppoſitiones, an verò ad Epiſcopum? Congregatio cenſuit pertinere duntaxat ad Epiſcopum, ſi in eius diœceſi parochialis ſita ſit. ¶ Vacanti parochiali eius collatio ſpectat ad Archidiaconum, ius examinandi eligendique virum idoneum, ac edictorum proponendorum ad Ordinarium ſpectat, non ad ipſum Archidiaconum. ¶ Archidiaconus cuius territorium eſt in vna diœceſi, parochiales Eccleſias, cō ferre poteſt tantùm illis, quos Epiſcopus eiuſdem diœceſis, in qua territorium eſt, elegerit magiſque idoneos iudicauerit ex his, qui ab examinatoribus in diœceſana Synodo deputatis idonei renūtiati ſunt. ¶ Quoties vacauerit aliqua Eccleſia parochialis, cuius collatio ſpectat ad Præpoſitum alicuius collegiatæ, debet idem Præpoſitus curare, vt fiat edictum publicum, in quo ſit adſcriptus certus dies, & huius tenoris, videlicet, quod præſtetur ſe in ipſa Eccleſia conferenda Ordinarium Epiſcopum præuenire, ipſamque conferre illi, quem Epiſcopus idoneum elegerit ex his, quos examinatores approbauerint; atque ideò ſe ei denuntiare, vt edicta proponantur, vt curet vt examen fiat ſuo tempore.

¶ In vacatione parochialis Ecclesia, cuius collatio ad inferiorem pertinet, examen, & electio personæ idoneæ, ac edictorum appositio ad Ordinarium spectat.

¶ *Debeat Episcopus statim.* Hoc examen, & edicta proponere, & alias prouisiones facere, prout in hoc decreto, spectat tantum ad Episcopum, & non ad alium inferiorem, vel Capitulum, non obstante, quacunque immemorabili consuetudine, etiam quod ipse inferior ex immemorabili consuetudine haberet huiusmodi ius cumulatiue in loco suæ iurisdictionis, dummodò in ipsius Episcopi diœcesi parochialis posita sit, etiam Vicarium constituere, & omnia alia facere, nisi inferior Ordinarius haberet ius congregandi Synodum, vt inferius annotatum est.

¶ *Idoneum in ea Vicarium.* Declarat Card. Qui Vicarius debet habere custodiam, & administrationem omnium bonorum, vt infra, & Ecclesiæ, cuius institutio spectat ad Episcopum, sed ad inferiorem spectaret, non obstantibus his, quæ traduntur per Doctores in cap. Cum vos, de offic. Ordin. ¶ Deputatio Vicarij donec prouideatur parochiali de Rectore spectat ad Episcopum, in cuius diœcesi parochialis est. Marcenarij vt Bregantij, ex antiquissima consuetudine ab Ordinario commendari solent ad sexmenses Sacerdotibus pervicinos præsentatis, quibus elapsis nunquam, vel raro Sacerdos ipse prorogationem, vel nouam prouisionem requirit, sed vigore dictæ primæ expeditionis ad Rectores, vel hominum libitum ipso mun re iure pertilit. ¶ An ergo huiusmodi commendæ post Concilium Tridentinum amplius locum habeant, vel potius ex eodē debeant deputari Vicarij amouibiles: Congregatio censuit non habere, sed in eis seruandam esse formam præscriptam à decreto Concilij Tridentini præsenti, c. si interim vicini illi probarent legitimè ius patronatus validum, prout Concilium requirit, sessio. 25. c. 9. permittendum est illis præsentare instituendos, præuio tamen examine, ex hoc capit. ad denegandam expressè illis facultatem semel institutos amouendi ad eorum nutum. ¶ Congregatio cēsuit pro collatione, & institutione harum Ecclesiarum curatarum, seu deputatione Vicarij, vt sessio. 6. c. 2. & sessio. 6. c. 5. & c. 7. & c. Cancellarium posse in singulas accipere mercedem suo laborio conuenientē, quæ tamē pro scriptura, sigillo, & cæteris omnibus computatis vnum aureum non excedat, & dummodo ipsi Chancellario salarium nullum

pro

pro oficio ſuo exercendo præſtitum ſit, & ex pecunia, quam accepit, nihil prorſus emolumēti collatores, aut inſtitutores nullo modo directè, vel indirectè percipiant.

l ¶ *Cùm congrua*. Declar. Cardin. Duorum aureorum pro ſingulis menſibus viſa fuit congrua portio fructuum portionis aſſignatione conſtituere, &c. Hoc ipſum poteſt, ſede vacante Capitulum. ¶ Quod ſi in penſionis aſſignatione grauamen intulerit, poterit vicinus Epiſcopus corrigere.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quarta, cap. 18. de reformat.

Per edictum publicum vocari, vel aliter nominari debent nonnulli Clerici ad regendam Eccleſiam, de quorum moribus, & vita ſit diligens inquiſitio. Hoc dicit.

CAPVT XVI.

¶ Epiſcopus *m*, & qui ius patronatus, *n* habet intra decem dies, vel aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam Eccleſiam coram deputandis examinatoribus *o* nominet. Liberū ſit tamen etiam alijs, qui aliquos ad id aptos nouerint, eorum nomina deferre, vt poſsit poſtea de cuiuslibet ætate, moribus, & ſufficientia, fieri diligens inquiſitio. Et ſi Epiſcopo, aut Synodo prouinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiā publicum *p* vocentur, qui volent examinari.

SVPER CAPVT XVI.

m ¶ *Epiſcopus*. Deciſ. Card. Cōgregatio Concilij cenſuit etiam in iure patronatus, quod pro duabus partibus pertinet ad laicos, & pro vna ad Eccleſiaſticos ſeruandum eſſe concurſum ex Decreto, c. 18. ſeſsio. 24. ¶ Item deciſ. 109. Cardin. Congregatio Concilij cenſuit Vicarios perpetuos in parochialibus capitulo vnitis non eſſe præuio concurſu inſtituendos. ¶ Item deciſ. 116. Cardin. Congregatio Concilij cē ſuit Epiſcopum poſſe occurrente vacatione beneficij curati, vocare & admittere ad cōcurſum poſſidentē aliud beneficiū curatum; ſed ſi obtinuerit illud per concurſum, & poſteà vacauerit primum beneficiū per adeptā poſſeſſionem pacificam alterius curati, poterit Epiſcopus iterum ponere edicta pro concurſu. ¶ Itē deciſ. 266. Cardin. Congregatio Concilij cenſuit beneficia curā animarum habentia, quæ verè

ſunt dignitates non ſubiacere cõ curſui. ¶ Item declar. Card. Hoc examen omnino ad Epiſcopum ordinarium ſpectat, in cuius diœceſi parochialis eſt. Collatio autem ſit ab eo ad quem de iure ſpectabat; & ſi inferior haberet præuentionem cum Ordinario debet habita notitia vacationis parochialis corã notario declarare ſe velle dictum parochialem conferre, & ideo rogare Epiſcopum, prònonat edicta; & hac ratione tuebitur prouiſionis ſuæ ius.

n ¶ *Et qui ius patronatus* Declar. Cardin. Congregatio iam dudũ cenſuit hoc caput non requirere examen per concurſum ad parochialem, quæ ſit iuris patronatus laicorum validè, ideò admittendum ad eam illum qui intra tempus iuris patronatus laicis præfixum fuerit ab ipſis præſentatus, & à deputatis examinatoribus idoneus repertus fuerit.

o ¶ *Coram deputatis examinatoribus nominet.* Declar. Card. Cum nominatio à patrono Eccleſiæ facta faerit, poteſt Epiſcopus etiam idoneus ad cõcurſum admittere.

p ¶ *Per edictum etiam publicum vocentur, qui volunt examinari.* Declar. Cardin. Congregatio cenſuit, ſi vnus tãtùm ad concurſum comparuerit intra terminum, poſſe ſolum examinari, & aprobari. Item an vno comparente poſſit prorogari terminus, & proponi aliud edictum: Congregatio cenſuit, aliud edictum non eſſe proponendum, ſed ille, qui comparuerit, examini ſubijciendus, & ſi idoneus reperius fuerit, eidem beneficium eſſe conferendum, niſi qui deſcripti ſunt excuſent ſe legitimo impedimento detineri, quominùs valeant, ad concurſum accedere: tunc enim Epiſcopus potuit, legitimè terminum prorogare. ¶ Item ſi Epiſcopus ſemel edictum propoſuit per concurſum, & ex multis examinatis nullus repertus ſit idoneus, licèt Concilium non videatur neceſſario requirere edictum per concurſum, fuit tamen tutius iudicatum aliud edictum proponi, & ſi nemo comparuerit idoneus, tũc alicui præuio examine ſine concurſu beneficium conferetur.

Hoc decretum de concurſu, nõ habet locum in beneficijs regularibus, quę regularibus conferri conſueuerunt. ¶ Examen concurſus in parochialibus eſt neceſſarium, etiam in illis locis vbi ſunt factiones & partialitates, ob quas timentur ſcandala in concurſibus peragendis. ¶ Doctor, ſiue Licentiatus in Theologia, ſiue in Iure Canonico, & in publica Vniuerſitate graduatus, non excuſatur ab examine, quando petit prouideri ab aliqua Eccleſia parochiali. ¶ Omnis cura, & diligentia adhibenda eſt, ne-

Digitized by Google

ne praua consuetudine vsus inducatur apud Episcopos iurisdictionis Venetæ, vt in parochialium vacationibus non adhibeãt examen per concursum, sed curandum est vt decretum Concilij Tridentini, & Motus proprij S. D. N. in huiusmodi omninò seruetur. Examen concursus non est necessarium in dignitate, quæ parochialem perpetuò, & accessoriè vnitam habet. In parochialem per resignationem, in fauorem, quam appellant, vacãtibus, concursus fieri non debet, cùm propriè non dicantur vacare: prouisiones istarum Ordinarijs committantur, qui examinatis; non autem per concursum, prouisis siue resignatarijs, & idoneis repertis parochiales huiusmodi conferãt. Ad Episcopum enim in resignatione facta in fauorem certæ personæ non esse necessarium examen per concursum, sed satis esset resignatarium ab examinatoribus in Synodo deputatis simul cum Ordinario probare idoneum. In prouisionibus à sede Apostolica factis in forma dignum non est necessaria, neque de iure debet fieri examinatio, quæ fit per concursum. Familiaris Papæ, qui de eiusdem commissione examinatus, & approbatus fuit Romæ, ab Ordinario debet haberi, tanquam si fuerit approbatus, & examinat⁹, Archiepiscopo Cæsaraugustano, qui habentem titulum parochialis à Papa per obitum in Curia, aliàs ab ipso archiepiscopo approbatum in eadem Ecclesia, noluit ad examen recipere, scribatur, vel ipse cùm examinatoribus examinet in forma dignum, vel committat Ordinario viciniori.

Resignans parochialem cuidã, qui per multos annos in Curia permansit, petit vt examinetur in Curia, etiam deputatis examinatoribus in partibus, concessum fuit.

Habens parochiam si trienniũ seruiunt, ab Ordinario approbatus, modo non fuerint examinatores in Synodo constituti, remittatur examinandus ad Ordinarium viciniorem, & vna ad eiusdem examinatores.

S. D. N. etiam ex sententia Cõgregationis Concilij declarauit examen, quod ex decreto hoc faciendum est per concursum in collatione parochialium nõ oportere fieri in prouisione dignitatis nuncupatæ, licèt ei sit vnita parochialis Ecclesia, dummodo hæc vnita autoritate sedis Apostolicæ, ac perpetua, & accessoria sit.

Petentibus Iesuitis, An parochia Toletana in Monasterium erecta, & vnita eorum Collegio deputari possit à deputato ab ipsis, modo sit approbatus ab Ordinario; cẽsuerunt posse. ¶ Ita edi

ctum solus Episcopus apponere potest, etiam pro parochialibus, quarum collatio ad inferiores, vel capitula etiam Cathedralia spectat.

¶ Eadem sessione vigesima quarta. cap. 18. de reform.

Descripti omnes debent saltem coram tribus examinatoribus examen subire. Hoc dicit.

CAPVT XVII.

¶ Transacto constituto tempore, *q* omnes, qui descripti fuerint, *r* examinentur ab Episcopo, *s* siue, eo impedito, ab eius Vicario Generali, *t* atque ab alijs examinatoribus non paucioribus, quàm tribus, *v* quorum votis, *x* si pares, aut singulares fuerint, *y* accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur.

SVPER CAPVT XVII.

q ¶ *Constituto tempore.* Decisione 23. Cardinalium Congregatio Concilij censuit, à reprobatione examinatorum dari appellationem ad effectum deuolutiuum à die scientiæ. ¶ Item decisione 60. Cardinalium, Congregatio censuit illum, qui termino elapso comparuit, minimè esse admittendum ad concursum parochialis.

Item decisione 256. Cardinalium Congregatio Concilij censuit, à reprobatione examinatorum, qui aliquem ex concurrentibus ad parochialem Ecclesiam vacantem minus idoneum renuntiarunt, dari appellationem ad effectum deuolutiuum, nō autem suspensiuum.

r ¶ *Descripti fuerint.* Concordat caput Liceat, infrà, de iure patronatus.

s ¶ *Examinetur ab Episcopo.* Declarat Cardinal. Licet Episcopis Capellanos, seu coadiutores ad exercendam curam animarum deputatos à capitulo, seu à quocunque id authoritatis habente examinare, & non permittitur illis absque eius approbatione curam exercere, nec Sacramenta ad ministrare. ¶ Hoc decreto comprehenduntur parochiales seculares, quarum collatio spectat ad Abbates, & alios collatores inferiores.

t ¶ *Ab eius Vicario generali.* Declarat Cardinal. Vicarius sede Episcopali vacante, in locum examinatorum absentium, vel defunctorum alios authoritate propria sufficere potest, sed curare debet, vt elapso anno, alij in loco demortuorum sufficiantur, seu eligantur in Synodo

Digitized by Google

nodo, alioquin pro legitimis non habebuntur, qui supererunt

¶ In permutationibus Ecclesiarum parochialium, non requiritur examen, si tamen adsit aliqua inæqualitas numeri parochianorum, vel permutantes non fuissent examinati, eo tempore, quo parochiales adepti sunt, tunc eos examinandos esse, sed absque concursu. Sic etiam si fiat permutatio cum beneficio simplici erit necessarium examen, sed non per concursum.

v ¶ *Non paucioribus, quàm tribus.* Declarat Cardin. Tres examinatores etiam adhiberi omnino debent, in parochialibus modici valoris. Satisfactum fuit huic decreto, si tertius examinauerit, & sit præsens in approbatione, licèt, votum suum non applicauerit. In examine per concursum, quos examinatores ex prædictis deputatis in Synodo honestiùs sit conuocare, & idem numerus in omnibus examinibus, tam ad terminos, quàm ad maiores parochiales seruandus, Concilium satis clare expressit, quot adhibendi sunt hoc cap. vnde congregatio censuit, eundem numerum seruandum esse in omnibus.

x ¶ *Quorum votis.* Decla. Cardin. Vota singulorum palam inter ipsos dicantur, sed notario dicatur eum approbatum.

y ¶ *Accedere possit Episcopus.* Declarat Cardin. In hoc casu Episcopus tantùm, vel eius vicarius habet votum decisiuum. Episcopus non potest admittere in parochialibus in suis manibus resignatis consanguineos familiares, tâm suos, quàm resignantium ex Bulla Pij Quinti, anni eius tertio Kalend. April. Licèt Concilium non expresserit, an vota examinatorum palam, aut secretè fieri debeant: magis tamen expedit, vt examinatores palam inter se sua vota conferant, deinde notario iubeant, vt in actis suis simpliciter scribat, Titium approbatum idoneum, vt Romæ fit; secus verò reprobatum.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, c. 18. de reform.

Forma eligendi examinatores, & de pœna dantium, vel recipientium quidquam occasione examinis. Hoc dicit.

CAPVT XVIII.

¶ Examinatores y singulis annis in diœcesana Synodo x ab Episcopo, vel eius Vicario ad minus sex proponantur: qui Synodo satisfaciant, a & ab ea probentur. Aduenientesque

vacatione *b* cuiuſlibet Eccleſiæ, tres ex illis eligat Epiſcopus, *c* qui cũ eo examen perficiant, indeque ſuccedente alia vacatione, aut eoſdem, aut alios tres, quos maluerit ex prædictis illis ſex eligat. Sint verò hi Examinatores, Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licẽciati in Theologia, aut Iure Canonico, vel alij Clerici, ſeu regulares, etiam ex Ordine Mendicãtium, aut etiam ſeculares, qui ad id videbuntur magis idonei, iurentque omnes ad ſancta Dei Euangelia, ſe, quacunque humana affectione poſtpoſita, fideliter munus executures; *d* caueantq; ne quidquam prorſus occaſione huius examinis *e* nec ante, nec poſt accipiant, alioquin in ſimoniæ vitium, tàm ipſi, quàm alij dantes incurrant, à qua abſolui nequeant, niſi dimiſsis beneficijs, quæ quomodocunque etiam antea obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non ſolùm coram Deo, ſed etiam in Synodo prouinciali, ſi opus fuerit, rationem reddere teneantur, à qua ſi quid contra officium eos feciſſe compertum fuerit, grauiter eius arbitrio puniri poſsint.

SVPER CAPVT XVIII.

v ¶ *Examinatores.* Deciſ. Cardin. 63. Congregatio Concilij cenſuit, examinatores minimè quidquam etiam poſt examen accipere poſſe. ¶ Item deciſ. 50. Cardin. Congregatio Concilij cenſuit examinatores Synodales durare, donec alij in Synodo deputati fuerint, verum ſi anno elapſo aliqui ex his mortui fuerunt, officium omnium expirare.

x ¶ *In diœceſana Synodo.* Declarat Cardin. Eligendi ſunt examinatores, qui examinent, promoueri volentes ad parochiales, eligendi ſunt; & iudices Eccleſiaſtici, quibus Eccleſiæ cauſæ ex Cõcilij Tridentini decreto cõmittendæ ſunt.

a ¶ *Qui Synodo ſatisfaciant.* Declarat Cardi. Quorum officium non expirat per mortem Epiſcopi.

b ¶ *Adueniente vacatione.* Declarat Cardin. Datarius teſtatur Papam prouidere de beneficijs vacantibus in menſibus non reſeruatis ſede Epiſcopali vacante, licèt de his nulla habeatur reſeruatio, vel in corpore iuris, vel extrauagantibus, vel in regulis.

c ¶ *Tres ex illis eligat Epiſcopus.* Declarat Cardin. Quod ſeruandum eſt in Eccleſijs tenuioris reditus. Item in Parochialibus modici valoris. Non ſtatuit præciſè, vt examinatores ſint tres, ſed quòd non poſsint eſſe pauciores tribus, vt ſupra dicitur. Itaque ſi tres ſunt tantum examinatores, vota

vota non possunt esse paria, sed singularia, quando singuli singula approbant.

d ¶ *Caucantque*. Concordat tex. in cap. quando, 24. dist.

e ¶ *Nec ante, neque post accipiant*. Declarat Cardin. Quacunque etiam consuetudine immemorabili non obstante.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, cap. 18. de reform.

Ex his, quos prædicti examinatores indicant idoneos, tenetur Episcopus digniorem eligere. Hoc dicit.

CAPVT XIX.

¶ Peracto examine [f] renuntiantes, quotcunque ab his examinatoribus idonei iudicati fuerint [g] ætate, [h] moribus, doctrina, [i] prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis; ex hisque Epicopus eũ eligat, [k] quem cæteris magis idoneum [l] iudicauerit, atque illi, & non alteri [m] collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eã conferre.

SVPER CAPVT XIX.

f ¶ *Peracto examine*. Decis. Cardin. 14. Congregatio Concilij cẽ fuit licuisse Episcopo secundum ea, quæ proponuntur, eligere ex duobus inhabilibus inhabilem, quamuis vnum duntaxat suffragium examinatorum tulerit, illũ tamen amplius erudiri curabit Episcopus. Item decis. Card. 136. Congregatio Concilij censuit, si ex duobus concurrentibus ad parochialem vacantem, & à tribus examinatoribus Synodalibus examinatis, alter eorum ab omnibus tribus fuerit approbatus; alter verò ab vno approbatus, & à duobus reprobatus debere vtique Episcopum tanquam magis idoneum eligere illum, qui omnia suffragia pro se tulisse proponitur, itaque in hunc modum ad electionem procedentem, atque approbato petenti acta omnia ab ipso Episcopo esse exhibenda. Ita declarat Cardin. 230. Congregatio Concilij censuit, examinatores Synodales debere renuntiare quotquot idoneos repererint ad vacantem parochialem Ecclesiam gubernandam, sed ad Episcopum, non autem ad eosdem examinatores pertinere, iudicare, quis inter eos sit magis idoneus. Item decis. Cardin. 246. Congregatio Concilij censuit, non pertinere ad examinatores, sed solum Episcopum iudicare, quis ex concurrentibus ad parochialem vacantem sit magis idoneus. Item decisio. Card. 276. Congregatio Cõcilij censuit relatione examinatorum

renuntiantium vnum ex approbatis idoneum quoad ſcientiam tantum, & quoad vitam, & mores approbationem reijcientium ad Vicarium Archiepiſcopi, nō eſſe ſatisfactum decreto d. cap. 18. ſeſſ. 24. verſi. *peractis.*

g ¶ *Idonei iudicati fuerint.* Declarat Card. An obtinentem beneficium curatum oporteat eſſe Diaconum, vel ſaltem Subdiaconum, cum intra annum debeat promoueri ad Sacerdotium? Cō gregatio cenſuit: non oportere.

b ¶ *Ætate.* Declarat Card. Epiſcopo Cremonenſi poſtulanti, an ijs, qui à ſe ſcriptum teſtimoniū auferre volunt, quod ſint idonea ætate adminiſtrandi parochiales, dare debeat in genere, an in ſpecie? Illi parochiæ cenſuerunt examinandos eſſe in genere.

i ¶ *Moribus doctrina.* Declarat Cardin. Præferendus minus doctus, modò idoneus, quando eius mores ſunt noti, & approbati doctiori, cuius vita ignoratur.

k ¶ *Ex hiſque Epiſcopus cum eligat.* Declarat Cardi. Non ideò prohibetur, quòd ſi vnus tantùm comparuerit in concurſu, atque repertus fuerit idoneus, ei debeat Eccleſia conferri.

l ¶ *Magis idoneum.* Declarat Cardin. Et ſi collatio pertineat ad Abbates, & alios inferiores collatores.

m ¶ *Illi & non alteri.* Declarat Cardin. Conſtitutiones ſanctæ memoriæ Pij Quinti ſuper collatione parochialium Eccleſiarum 15. Kalen. Apri. 1566. S. D. N. Gregorius XIII. audita relatione Congregationis Concilij reſpondit, non habere locum, niſi in his diœceſibus, in quibus fuit coacta Synodus diœceſana, & in ea iuxta formam huius capitis fuerunt deputati examinatores.

¶ Eadem ſeſſione vigeſima quarta, c. 18. de refor.

Eccleſia iuris patronatus, cui conferri debeat. Hoc dicit,

CAPVT XX.

¶ Si iuris patronatus *n* Eccleſiaſtici *o* erit Eccleſia parochialis ac inſtitutio ad Epiſcopum, & nō ad alium pertineat, is, quem patronus dignorem *p* inter probatos ab examinatoribus iudicabit. Epiſcopo præfētare teneatur, vt ab eo inſtituatur. Cū verò inſtitutio ab alio, quam ab Epiſcopo, *q* erit facienda: tunc Epiſcopus ſolus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat. Quod ſi iuris patronatus laicorum *r* fuerit, debeat, qui à patrono præſentatus erit, ab eiſdem deputatis, *ſ* vt ſuprà, examinari, & non, niſi idoneus

Digitized by Google

neus repertus fuerit admitti.

SVPER CAPVT XX.

¶ *Si iuris patronatus.* Decis. 12. Card. Congregatio Concilij censuit, si beneficium liberum, si quidem vnitum sit monasterio Monialium, Vicarium in eo constituendum esse perpetuum, vel amouibilem à Monialibus præsentandum, & ab Episcopo approbandum, iuxta capit. 7. sessio. 7. Si verò non sit vnitum, sed pertineat ad collationem Monialium, & personas seculares de seruire sit solitum, esse vtique cõferendum à Monialibus illi, qui ab Episcopo prævio examine per cõcursum fuerit approbatus. Quod si de iure patronatus Monialium fuerit, seruandum esse, quod statuit decretum Concilij, c. 18. sess. 24. versi. *Sive vero iuris patronatus Ecclesiastici.* Nempe vt si institutio ad Episcopum pertineat, is, quem Moniales digniorem inter probatas ab examinatoribus iudicauerint, Episcopo præsentẽt, vt ab eo instituatur, si verò institutio ab alio, quã ab Episcopo erit facienda, Episcopus sol' ex dignis eligat dignioré, quẽ patronus ei præsentet, ad quẽ spectat institutio. ¶ Itẽ decis. Cardinal. 38. Congregatio Concilij cẽsuit, verba illa, *ab alio*, posita in c. 18. sessio. 24 de reform. ver. *Cũ vero*, &c. intelligenda esse de inferiori collatore. Item decis. Card. 129. Congregatio Concilij censuit, quòd si plures fuerint præsentati super parochiali de iure patronatus laicorum existente, requiratur examen per concursum inter eos præsentatos tãtũ, vt ex his qui peracto examine idonei ab examinatoribus Synodalib' renũtiati fuerint, Episcopus eũ eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illum, & non alterum instituat. ¶ Item decis. Cardin. 231. Congregatio Concilij censuit decretum cap. 18. sessio. 24. de reformatione. ver. *Si verò iuris patronatus*, non habere locum aduersus parochiales institutionem, vel fundationem, vt exigere præsentati idoneitatem, si præscripta fuerit, eam vtique omninò esse obseruandam, cæterum ius patronatus debeat hoc casu ab Ordinario examinari, & approbari citra concursum quatenus lex fundationis repugnaret. ¶ Item decis. Cardin. 237. Congregatio Concilij censuit, beneficia curata iuris patronatus Ecclesiastici esse conferenda prævio concursu, ad cumque omnes, qui concurrunt esse admittẽdos, tametsi à patronis non fuerint nominati, ideòque appellationem præsentatorum ab ipsis patronis Ecclesiasticis prætendẽtium, alios ad concursum admitti

non debere, cõcursum, dũmodo aliàs legitimè constitutus, & habitus fuerit, impedire non potuisse. ¶ Item decisio. Card. 261. Congregatio Concilij censuit in collatione parochialium, quæ iure deuolutiuo conferuntur, seruãdã esse formã examinis per cõcursum; quia patronus non læditur, & quia sublato obstaculo presentationis, & iuris patroni, illa vice excluso res cedit ad Ordinarij potestatem. ¶ Item decision. 263. Cardin. Congregatio Concilij censuit, inter plures à patrono ad parochialem iuris patronatus laicorum cumulatiue præsentatos, obseruandam esse formam examinis per concursum.

δ ¶ *Iuris patronatus Ecclesiastici.* Declar. Cardin. Idem in collatione, & institutione iuris patronatus, mixti, scilicèt, partim laici partim Ecclesiastici. ¶ Non habet locum hoc decretum contra institutionem & fundationem, sed seruanda est lex in institutione posita: sed tamen præsentatus est examinandus ab Ordinario citra cõcursum siue repugnaret institutioni, siue fundationi. ¶ Episcopus instituere debet in beneficio presentatum ab Ecclesiæ patrono, si digniorem elegerit ex approbatis ab examinatoribus.

ρ ¶ *Quem patronus digniorem.* Declar. Card Ad eundem patronũ Ecclesiæ spectabit quando duo æquè idonei ab examinatoribus fuerint iudicati. ¶ An ad obtinendum in mensibus Papæ reseruatis ius eligendi, & præsentandi digniorem in beneficijs curatis, ius patronatus Ecclesiæ competat patronis, & institutio ad Episcopum? Congregatio censuit, si institutio ad parochiales Ecclesias, quæ iuris patronatus Ecclesiæ sint facienda erit à Summo Pontifice, quia fortè in mensibus reseruatis vacauerit, ius eligendi digniorem ad solum Episcopum pertinet, qui trãsmittere debet attestationem examinis facti per concursum, quotque in eo fuerint approbati, & quem ex approbatis vti digniorem, cui Sanctitas sua gratiam faciat, nominare. Si beneficium curatum iuris patronatus Ecclesiæ in mensibus Apostolicæ sedi reseruatis vacauerit, Episcopus ipse Ordinarius nulla habita ratione patronorum, debet edicta concursus proponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere eum fide ordinarij à Summo Pontifice instituendum, sicut fit in alijs curatis, quæ non sunt de iure patronatus.

σ ¶ *Ab alio eũdem Episcopo.* Declar. Card. Etiam si institutio esset facienda à Papa, quia tunc solus Episcopus eligit. Ita congregatio censuit, & Sanctissimus voluit, quia Episcopus melius cognoscit personas. Si institutio istarũ pa-

parochialium de iure patronatus Ecclesiæ ad inferiores pertineat, licèt exemptos & Abbates, nihilominus Episcopus Ordinarius debet edicta concursus proponere, & inferior instituat magis idoneum approbatũ ab Episcopo: quod si secus factum fuerit, collatio est nulla.

r ¶ *Quod si ius patronatus laicorum.* Declar. Cardi Speciale est in iure patronatus laicorum; vt non requiratur concursus in collatione Ecclesiæ parochialis, quæ sit iuris patronatus, partim Ecclesiastici, partim laici; seruanda est forma examinis per concursum hic posita, quam Concilium præstitit, in cõferendâ parochiali, quæ sit iuris patronatus merè Ecclesiastici. Idem dicendum est, quando patronatus ex duabus partibus pertinet ad laicum, & pro vna tantùm ad Ecclesiasticum. Examen per concursum fieri non debet, in vacatione parochialium quæ sunt iuris patronatus laicorũ, sed sufficit, quod deputatus â patronis examinetur ab examinatoribus in diœcesana Synodo deputatis, & idoneus iudicetur, prout statuit hic Concilium Tridentinum. §. *Quod si ius patronatus.* ¶ Eueniente vacatione parochialium de iure patronatus laicorum, quando plus sunt præsentati, requiritur examen per concursum inter ipsos præsentatos tantũ, vt ex his, qui peracto examine idonei ab examinatoribus renuntiati sunt, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneũ iudicauerit, atque illum, & non alterum instituat iuxta hoc decretum. ¶ Poterit & debebit Episcopus cogere prouisos post Concilũ de beneficio iuris patronatus ad ostendendum titulum prouisionis, & illos, quos inuenerit habere parochiales huiusmodi sine approbatione Ordinarij admittere ad nouum examen, & eis idoneis deputatis dare cõfirmationem. ¶ In illis non requiritur examen per concursum, & instituti non possunt amoueri ad nutum etiam ante consuetudine. Et semel Rector deputatus non poterit ad nutũ amoueri à patronis, etiam quod allegarent esse in possessione ita faciendi, & ius patronatus esset alicuius cõmunitatis, sed perpetuò illius Ecclesiæ remanebit. Hoc idem fuit declaratum in præsentatione cõmunitatis Campi Tosti, quæ allegabat antiquam cõsuetudinem amouendi Rectorem ad libitum, non cuiquam alteri.

An iurisdictio, & quasi possessio immemorabili tempore prescripta à capitulo exercendi curã in ciuitate, & deputandos ad id Capellanos adiutores ad nutum amouibiles, possint se tueri post Cõcilio, quòd nõ liceat Episco-

po eos examinare, & approbare? Congregatio censuit, Ordinario licere.

s ¶ *Deputatis*. Concordat cap. trãsfacto, sup. eod. cap. licet inf. de iure patronatus.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, cap. 18. de refor.

Omnes prouisiones Ecclesiarum parochialium præter supradictam formam factæ subreptitiæ esse censentur. Hæc dicit.

CAPVT XXI.

¶ In omnibus suprà dictis casibus non cuiquã alteri, quam vni ex prædictis examinatis, & ad examinatoribus approbatis, iuxta suprà dictam regulam, de Ecclesia prouideatur: neque prædictorũ examinatorum relationem, quominus executionem habeat, vlla dubitatio aut appellatio *t*, etiam Sedẽ ad Apostolicam, siue eiusdem Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuntios, seu Episcopos aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas inter posita impediat, aut suspendat, alioquin Vicarius, quem Ecclesiæ vacanti antea Episcopus arbitrio suo ad tempus deputauit, vel forsan posteà deputabit, ab eius Ecclesia, custodia, & administratione non amoueatur, donec aut eisdẽ, aut alteri qui probatus, & electus fuerit, vt suprà, sit prouisum: cãs prouisiones omnes, seu institutiones, præter suprà dictam formam factæ, subreptitiæ esse censeantur *u*, non obstantibus huic decreto exemptionibus, indultis, priuilegijs, præuentionibus, affectionibus, nouis prouisionibus, indultis concessis quibuscunque *x* Vniuersitatibus, etiam ad certam summam, & alijs impedimentis quibuscunque.

SVPER CAPVT XXI.

Quam vni ex prædictis examinatis. Declarat Card. An iurisdictio vt supra.

t *Aut appellatio.* Declar. Cardina. Datur nunc appellatio ex Bulla Pij Quinti.

u ¶ *Subreptitiæ esse censeantur.* Declar. Cardinal. Examen omissum in parochialibus per concursum vitiat collationes, & prouisiones parochialium Ecclesiarum factas post publicationem Concilij Tridentini, ab Ordinarijs absque examine per concursum nullas, sed prædictæ parochiales ita collatæ vacant earumque collatio ad Sedem Apostolicam spectat, vt expressè cautum est in Bulla Pij Quinti suprà dicta.

x ¶ *Quibuscunque Vniuersitatibus.* Concordat cap. præsentati infrà de præb, & dignitat.

Eadem

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quarta, cap. 18. de refor.

Priuatum examen ſufficit aliquando. Hoc dicit.

CAPVT XXII.

¶ Si adeò exigui redditus dictæ parochiales fuerint, vt totius huius examinationis operam nõ ferant, aut nemo ſit, qui ſe examini quærat ſubijcere, aut ob apertas factiones, ſeu diſsidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facilè grauiores rixæ, ac tumultus poſsint excitari, a poterit Ordinarius, ſi pro ſua cõſcientia cum deputatorum conſilio, ita expedire arbitrabitur, hac forma omiſſa, priuatum aliud examẽ, cæteris tamen vt ſuprà ſeruatis adhibere.

SVPER CAPVT XXII.

a ¶ *Poterit Ordinarius.* Declar. Cardin. Ex hoc verbo, *Ordinarius* intelligitur hoc decretum locum habere etiã in inferioribus Prælatis, vnde inferior Epiſcopo, qui omnimodam habet iuriſdictionem Epiſcopalem, nec alicui ſubditur, ſed eſt immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiectus, nullius diœceſis proprium territorium habens, ſi habet ius congregandi Synodum, & legitime conſtet illum congregaſſe, & elegiſſe examinatores, poterit concurſum inſtituere, examinare, ac œconomos Vicarios deputare, denique omnia illa, quæ per hoc decretũ, præcipiuntur, præſtare. ¶ Epiſcopus vacante parochiali propoſuit edicta ex hoc capite, & infra decem dies quatuor comparuerunt, qui adſcripti fuerunt, iuxta formam Concilij, ſed in die pro concurſu, & examine deputato, ex ipſis quatuor duo tantum cõparuerunt, qui examini ſe ſubiecerunt, & idonei reperti ſunt. Dubitatum fuit, an examen prædictum ſubſiſtat, ex quo duo alij adſcripti non fuerunt examinati, cum Concilium præcipiat, quòd omnes adſcripti, examinentur? Congregatio cenſuit ſubſiſtere, quia verba Concilij intelliguntur, quatenus veniant ad examen, aliàs in poteſtate vnius eſſet nolle venire, impedireq; ne vlterius procederetur. ¶ Non examinatus, qui obtinet parochialem, in qua hoc iure Concilij nullum ius habet; ſi examini ſe ſubijcere vult, audiendus eſt. ¶ Collationes, prouiſiones, & quaſuis deputationes parochialium Eccleſiarum ab Epiſcopis, Archiepiſcopis, & à quibuſuis alijs collatoribus tàm ordinarijs, quàm delegatis & S. R. E. Cardinalibus, & Sedis Apoſtolicæ delegatis, vel Nuntijs, præter, & contra formã à Concilio Tridentino traditam, præſertim in examine per concurſum faciendo præſcriptam, fa-

ctas, aut faciẽdas in futurũ, nullas irritas, & nullius valoris, vel momenti fore, & esse, nullumque ipsis ius, aut titulum, etiam coloratum possidendum præbere, & parochiales Ecclesias huiusmodi, vt prius ante collationes istas vacabant, & nunc vacant, easque omnes pro tempore sic vacantes, nostra & Sedis Apostolicæ, siue eorum quibus suis conferendi, præterquam Episcopus, & Archiepiscopus, qui curam dicti examinis iuxta decretum Concilij Tridentini habere debent, competit, dispositioni reseruamus. ¶ Si Episcopus minus habilem, post habitis magis idoneis, post examen ver concursum debitum elegerit; possunt ij, qui fuerunt reiecti à mala electione huiusmodi, ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exẽptus fuerit, ad viciniorem Ordinarium, vti Sedis Apostolicæ delegatum, aut aliàs ad dictam Sedem Apostolicam appellare, & præelectum ad nouum examen coram ipso appellationis iudice, & eius examinatoribus prouocare, & constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato, parochialis magis idoneo per eundem iudicem apellationis autoritate Apostolica, quatenus collatio ad Episcopũ, à quo fuit appellatum spectaret, conferatur: aliàs eidem magis idoneo per iudicem apellationis approbato conferenda remittatur ad eum, ad quem collatio, prouisio, vel institutio spectabit.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, cap. 18. de reform.

CAPVT XXIII.

¶ Licebit Synodo Prouinciali, si qua in supra dictis circa examinationis formam addenda, remittendáve esse censuerit.

¶ Item Sessione vigesima quarta, cap. 6. de regul.

Superiores regularium eligi debent per vota secreta: & non licet suffragia absentiũ ab alijs suppleri. Hoc dicit.

CAPVT XVIIII.

¶ In electione superiorum quorumcũque Monasteriorum, Abbatum temporalium, aliorum officialium, ac Generalium, & Abbatissarum *b*, atque aliarum præpositarũ, quò omnia rectè, & sine vlla fraude fiant, in primis sancta Synodus districtè præcipit, omnes suprà dictos eligi debere per vota secreta: ita vt singulorum eligentium nomina, nunquam publicentur *d*. Nec in posterum liceat. Prouinciales, aut

aut Abbates, Priores, aut alios quoſcunque titulares e ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere. Si verò contra huius decreti conſuetudinem aliquis electus fuerit, electio irrita ſit, & is, qui ad hunc effectum ſe in Prouincialem, Abbatem, aut Priorem creare permiſerit, deinceps ad omnia officia, in Religione obtinenda inhabilis exiſtat: facultas, quę ſuper his conceſſæ, eo ipſo abrogatæ cenſeantur: & ſi in poſterum aliæ concedantur, tanquam ſubreptitiæ habeantur.

SVPER CAPVT XXIIII.

b ¶ *Et Abbatiſſarum*. Declar. Cardin. In electione Abbatiſſarum, de qua hic; Epiſcopus poteſt cum ſuo Vicario, vel Secretario, vel alio ab ipſo aſſumpto; vota ſingularum Monialium ore tenus expreſſè audire. ¶ In electione Abbatiſſarum vota ore tenus accipi nõ poſſunt à ſuis ſuperioribus cũ duobus teſtibus non. Procuratores legitimi conſtituti, cum generali mandato ad eligendum ab ijs, qui legitimè impediti ſunt non excluduntur dummodo non habeant ſpècialem mandatum, de eligenda certá perſona, quia tunc votum non poteſt eſſe ſecretum, prout in hoc decreto. ¶ Vbi ſunt tres vocales, quorum vnus poteſt eligi in diſcretum, & per conſequens, neceſſe eſt, vt alter aliorum duorum, qui remanet, det alteri vocem ſuam, & ita electio non poteſt eſſe ſecreta. Dubitatum fuit an poſſit fieri electio diſcreti, quæ non ſit contra huius decreti formam? Congregatio cenſuit, poſſe, ſi ita ſtatus religionis permitit, &c. Si electi fuerint in ſuperioribus aliqui, vt putà quatuor, qui vota omnium recipiant, electio reputabitur Canonica, & ſecreta, cap. Quapropter, de electione. ¶ Electio Abbatiſſæ facta per vota non ſecreta per ignorantia huius decreti non valeat. S.D.N. tamen diſpenſat conſideratis circunſtantijs.

c ¶ *Per vota ſecreta*. Declar. Cardin. Congregatio cenſuit electionem eſſe nullam, quando aliqui ex electoribus vnam ſchedulam recipiunt, vnico nomine ſcriptã, & nomen electi notum ſcribæ, vel alteri reponunt in capſula. Similiter, qui accipiunt de manu ſcribæ duas ſcedulas, & vnam, quã voluerint, reponunt, alteram ſcindunt. Quia ſcriba poterit reuelare talem: qui habuit tantùm vnã ſchedulam, vel talem, qui habuit duas, monendus hic electus, non legitimè electũ fuiſſe. Et ſi fuiſſet cõſcius fraudis, eſſet puniendus, & admonendus, vt petat à Santiſ

Digitized by Google

simo confirmationem.

d ¶ *Nomina nunquam publicentur.* Declar. Cardin. Ita stricte hoc decretum est intelligendū, quod si post electionem factam in Bullis cōfirmationis, seu patentibus, exprimerentur nomina eligentium, electio esset nulla.

e ¶ *Aut alios quoscunque titulares.* Declar. Cardin. Omnes titulares, quamuis principaliter ad effectum electionis faciendæ cōstituti sint, sunt tamen prohibiti sua ferre suffragia in electione superiorum; non tamen ij, qui titulares perpetuò sunt, habentes veros titulos suarum Ecclesiarum, â quarum professione vi excluduntur, & sunt priores Angliæ, Vngariæ, Hierosolymæ. Procuratores verò legitimè cōstituti cū generali mandato, ad eligendum non excluduntur, dummodò nō habeat mandatum de certa persona eligenda, tunc enim votum nō esset secretum.

¶ Eadem Sessione vigesima quinta. cap. 7. de refor.

De ætate, & qualitate eligendi in Præpositam Monialium, & alijs in huiusmodi electionibus seruandis. Hoc dicit.

CAPVT XXV.

¶ Abbatissa, *f* & Priorissa, & quocunque alio nomine præfecta, vel præposita appelletur, eligatur nō minus annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Quod si his qualitatibus nō reperiatur *g* in eodem Monasterio, ex alio eiusdem Ordinis *h* eligi possit. Si hoc etiam in commodum superiori, qui electioni præest, videatur, *i* ex ijs, quæ in eodē Monasterio annum trigesimū excesserint, & quinque saltem annis *k* rectè vixerint Episcopo, vel alio superiore consentiente, eligatur. Duobus verò Monasterijs *l* nulla præficiatur. Et si quæ duo, vel plura, *m* quocunque modo obtinent; cogantur, vno excepto intrà sex menses cætera resignare. Post id verò tēpus, nisi resignauerit, omnia ipso iure vacent. Is verō qui electioni præest, Episcopus, siue alius superior *n* claustra Monasterij nō ingrediatur, *o* sed ante cancellorum fenestellā, vota singularum audiat *p*, vel accipiat. In reliquis seruētur singulorum ordinum, vel Monasteriorum constitutiones.

SVPER CAPVT XXV.

f ¶ *Abbatissa*, Concord, Cōcil. Carr

Carthag. III. Concil. Agathen. c.19.tex.in c.Sanctimonialis, 20. quæſt.1.

g ¶ *Si his qualitatibus non reperiatur.* Declarat Card. Quando in Monaſterio non ſunt Moniales, quæ habeant qualitates requiſitas à Concilio, vt in Abbatiſſam eligi poſsint, neque eſt neceſſaria facultas Apoſtolica, vt egredi poſsint.

h ¶ *Ex alio eiuſdē Ordinis.* Decla. Cardin. Vt egredi poſsit hodie, neceſſaria eſt licentia Papæ, quia obſtat Pij Quinti Bulla ſuper Monialium clauſura edita.

i ¶ *Ex his quæ in eodem Monaſterio.* Concordat tex. in c. indemnitatibus, de electione, in 6.

K ¶ *Et quinque ſaltem annis.* Decla. Card. Licèt per quinquēniū Abbatiſſa nō permanſerit in Religione, dū tamen excedat 30. annos, & id facit ad requiſitionē ſuarū Monialiū, de licentia ſecūdæ dignitatis Eccleſiæ Cathedralis, & earum ſuperioris regularis (dūmodò laudabiliter anno ſuperiori ſe geſſerit) debet cōfirmari per bienniū in officio, quodſi cō firmationi dictæ Abbatiſſæ deeſſet cōſenſus ſuperioris regulariū propter abſentiā, ſeruatis his, quę hoc c. præſcribuntur, ad dictā cō firmationem procedendum eſt.

l ¶ *Duobus verò Monaſterijs.* Concordat Concilium Agathē. cap. 57. & Concil. Epaunen. cap. 9. cap. vltim. 20. quæſt. vltim. cap. vnum, 21. quæſt. 1. Concil. Cabil. cap. 22.

m *Duo vel plura.* Declarat Cardin. Congregatio cēſuit procedere in Monaſterijs Canonicorum regulariū, & etiā procedere, vbi conſuetudo immemorabilis eſt, & contrarium, quia talis eſt immemorabilis. Epiſcopus benedicere debet Abbatiſſam, quæ intrà annum à die, quo ad illud Monaſterium fuit electa, petijt ab Epiſcopo benedici, & ſit ſolitum illis Abbatiſsis benedici, Epiſcopus benedicit Abbatiſſam, & cōſecrat Moniales exemptas, & cōpellit ſi procraſtinentur.

n *Epiſcopus, ſiue alius ſuperior.* Declarat Cardin. Hic actus accipier. di vota in electione Abbatiſſæ delegari poteſt.

o *Non ingrediatur.* Declarat Cardin. Conſecratio, & benedictio Monialium fieri poteſt in Eccleſia exteriori adhibitis his Monialibus tantùm, quæ erunt neceſſariæ.

p *Vota ſingularum audiat.* Declar. Card. Superior, qui electioni Abbatiſſarum præeſt, poteſt vna cum Vicario, vel Secretario, vel alio ab Epiſcopo aſſumpto, vota ſingularum Monialium ore tenus expreſſa audire.

Eadem Seſsione vigeſima quinta, c. 21. de regul.

Monasterijs commendantis præficiendi sunt Religiosi eiusdem Ordinis, & approbatæ vitæ. Hæc dicit.

CAPVT XXVI.

¶ Cum pleraque Monasteria q etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpositurae, ex mala eorū, quibus commissa fuerūt administratione non leuia passa fuerint tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus detrimenta, cupit sancta Synodus ea ad congruam monasticæ vitæ disciplinam omnino reuocare: verum adeò dura difficilisque est præsentium temporum conditio, vt neque statim omnibus, neque commune vbique (quod optaret) remedium possit adhiberi. Vt tamē nihil prętermittat, vnde prædictis salubriter aliquādo prouideri possit; primum quidem confidit Sanctissimum Romanum Pōtificem pro sua pietate, & prudentia curaturum, quantūhæc tempora ferre posse viderit, vt ijs, quæ nunc cōmendata reperiūtur, & quæ suos conuentus habent regulares personæ eiusdem ordinis r expressè professæ, & quæ gregi præire, & præesse possint, præficiantur. Quæ verò in posterum vacabūt, non nisi regularibus spectatæ virtutis, & sanctitatis conferantur. Quoad ea verò monasteria, quæ capita sunt, ac Primates Ordinū siue Abbatiæ, siue prioratus filiæ illorum capitum nuncupantur, teneantur illi, qui in præsenti ea in commendam obtinent, nisi sit eis de regulari successore prouisum, infrà sex menses Religionē illorum Ordinum propriam solemniter profiteri, aut ijs cedere: aliàs commendæ prædictæ ipso iure vacare censeantur. Ne autē in prædictis omnibus, & singulis fraus aliqua adhiberi possit, mandat sancta Synodus, vt in prouisionibus dictorum monasteriorum qualitas singulorum nominatim exprimatur, aliterq; facta prouisio subreptitia esse cēseatur, nullaque subsequenti possessione etiam triennali adiuuetur.

SVPER CAPVT XXVI

q ¶ *Cum pleraque Monasteria.* Concordat Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 9. & Bulla de reformat. Curiæ.

r ¶ *Regulares personæ eiusdem Ordinis.* Declaratio Cardinalium. Quærebatur, an vbi monasteria cōmendata habent certum numerū professorū, & nouitiorū, quibus decedentibus in loca ptæ morientium ad portiones perpetuas vacantes alij subrogātur, ius admittendi nouitios ad loca prefata, & ad alias portiones perpetuo instituendi pertineat ad Priores, & Monachos ex hoc decreto,

Digitized by Google

to, vel ad commendatarios, quibus talium monaſteriorum regimen eſt, & adminiſtratio in ſpiritualibus, & temporalibus plenario committi ſolet? Congregatio Concilij die 14. Auguſti 1586. cenſuit tale iuſsita demum pertinere ad commendatarios, ſi monaſteria non exiſtant ſub aliqua Congregatione habente ſuos regulares ſuperiores, & conſuetudo commendatariorum excluditur, licèt ex pluribus videbatur dicendum, hoc pertinere ad cõmendatarios. Hoc decretum reſtringitur ad ea monaſteria, quæ membra ſub ſe habent, non autem ad ea, quæ licèt capita Ordinum dicãtur, ſine membris ſunt.

De officio & poteſtate iudicis delegati.

TITVLVS TERTIUS.

In ſeſsione vigeſima quinta Concilij Tridentini, cap. 10. de reform.

In Concilijs Prouincialibus vel diœceſanis ſunt nominandæ perſonæ idoneæ, quibus cauſæ Eccleſiaſticæ delegentur. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Quoniam ob malitioſam petentium ſuggeſtionem, & quãdoque ob locorum longinquitatem perſonarum notitia, quibus cauſæ mandantur vſque adeo haberi non poteſt, hincque interdũ iudicibus, non vndequaque idoneis cauſæ in partibus delegãtur ſtatuit ſancta Synodus in ſingulis Concilijs Prouincialibus, aut diœceſanis aliquot perſonas, quę qualitates habeant iuxta conſtitutionem Bonifacij Octaui, *ſ* quæ incipit, *Statutum*, & alioquin ad id aptas deſignari, *t* vt præter ordinarios locorum ijs etiã, poſt hac cauſæ Eccleſiaſticæ, ac ſpirituales, & ad forum Eccleſiaſticũ pertinentes, in partibus delegandæ committantur.

De officio, & poteſtate, &c.

SVPER CAPVT I.

ſ ¶ *Iuxta conſtitutionem Bonifacij Octaui.* Conſtitutio iſta habetur in c. ſtatutum, de reſcrip. cuius tenor talis eſt. *Statutum quod circa iudices â Sede Apoſtolica deputandos nuper edidimus: cum quædam contenta in eo, quæ pro communi vtilitate credebantur inducta (ſicut experientia docuit) tendere dignoſcantur ad oxam; ſanctione præſenti (quam irrefragabi iter obſeruare mandamus) ſuadente vtilitate in melius*

melius duximus reformandum. Sancimus igitur, vt nullus nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis causæ authoritate literarum Sedis Apostolicæ, vel legatorum eiusdem de cætero committantur, neque audiantur alibi, quàm in ciuitatibus, vel locis insignibus, vbi possit commodè copia peritorum haberi.

§. CVM VERO.

Cum verò eiusdem ciuitatis, seu diœcesis fuerint actor, & reus, extra ipsas causa non committatur, neque conueniatur aliquis eorundem, nisi ab Episcopo contra aliquem de sua diœcesi, vel ab aliquo contra eum, aut contra eius capitulum, seu contra Vniuersitatem, ciuitatis, villæ, aut castri fuerit actio dirigenda: vel nisi actor eandem ciuitatem, seu diœcesim intrare non audiens, aut sui aduersarij potentiam merito perhorrescens, eum infra ipsas nequeat conuenire securè. In his quippè casibus extra dictas ciuitatem, & diœcesim p̃ sint contra prædictos causa committi: nullus tamen eorum contra vnam dietam â fine suæ diœcesis valeat conueniri. Sed & in duobus vltimis casibus, nisi impetrans de prædicto timore (quem in literis commissionis exprimere teneatur) primò fecerit iudici facta fide per proximum iuramentum: iudex ipse nulla tenus in causa procedat: sed partes à sua iurisdictione dimittens impetrãtem eundem in expensis legitimis alteri parti condemnet.

§. CVM AVTEM.

Cum autem actor & reus, ciuitatum, & diœcesum fuerint diuersarum: si actor in ciuitate, vel diœcesi rei iudicem habere recuset, ipsum non in sua, sed in alia ciuitate, vel diœcesi liberè impetrare valeat, reumque trahere ad eandem: dummodò locus, ad quem eum traxerit vltra vnam dietam (sicut in casu alio præmittitur) minimè sit remotus.

§. IN NVLLO.

In nullo quoque casuum prædictorum iudex extra ciuitatem, seu diœcesim, in quibus deputatus fuerit citet partes, nec de causa sibi commissa cognoscat. Nisi ad id expressus accesserit earũdem assensus. Neque alibi quàm infra illas, & personis dumtaxat designatis superius, cõmittat quomodolibet vices suas.

§. INSVPER.

Insuper vt gratis, & cum omni puritate iudiciũ coram ipso procedat, nullum munus, vel quidquid aliud (nisi forsan esculentum, vel poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis consumi possit diebus,

Digitized by Google

bus, vel niſi cûm ipſum propter cauſam ſibi commiſſam contigerit extra ſuum domicilium proficiſci moderatas expenſas (recipere, ab eiſdem partibus qualitercunque præſumat. Prouiſurus attentê, quod in ipſis expenſis modum nequaquam excedat, nec plus ab vna parte, quâm ab alia exigat: cûm commune gerat negotium vtriuſque, quodque vbi cauſæ ſibi commiſſæ vtilitas, vel neceſſitas non exegerit) occaſionem propter habendas expenſas proficiſcendi vltra domicilium non aſſumat: ſed & vbi notabiliter fuerint pauperes litigantes, etiam pro expenſis nihil prorſus exigat ab eiſdem.

§. ASSESSOREM.

Aſſeſſorem autem, vt quandoq; faciunt aliqui fraudulenter (niſi eo indigeat, quod conſcientiæ relinquatur eiuſdem) ſibi nequaquam adiungat, alioquin de ſuo proprio prouidere teneatur eidem. Si autem indigeat ipſi neutri parti ſuſpectum aſſumens ei de competenti ſalario prouidê moderando, ab eo faciat â partibus communiter prouideri.

§. NOTARIVM.

Notarium verò, vel notarius in cauſa ſibi commiſſa ſcribentes: qui vt plurimum in exigente ſalario metas rationis excedunt (vt ad ipſius ſpectat officium) prudenter refrænet. Nec cum ipſis aut cum aſſeſſore profacto lucrum participet vllo modo.

§. SIQVID AVTEM Contra.

Siquid autem contra conſtitutionem præſentem recepit, ad ipſius reſtitutionem integram teneatur. Nulla eorum, quibus reſtitutio facienda fuerit remiſſione vllatenus profutura eidem.

§. PRO FERENDO
Quoque teſtimonio.

Pro ferendo quoque teſtimonio, prætextu cuius aliqui alios fraudulenter interdum â iudicibus vocari procurant, vt eos laboribus, & expenſis fatigent, aut extorqueant aliquid ab eiſdem, nullum vllatenus conuocet, niſi quando conditio, & ſtatus cauſæ requirent. Sed neque tũc niſi â producente cõpetentes vocato pro teſtimonio, veniendo, & ſtando, & redeundo, faciat miniſtrari expenſas.

§. QVIDQVID AVTEM.

Quidquid autem contra præmiſſa, vel eorum aliquid contigerit, attentari, ſit ipſo iure irritum, & inane.

t ¶ *Ad id aptas deſignari.* Decla. Card. Quorum nominationem ad

ad Episcopum quidem principaliter, non tamen priuatiuè, quoad alios spectare. Congregatio respondit. An is, qui tempore comissionis reperiebatur constitutus in dignitate, & designatus inter iudices Synodales, si eam resignauerit possit de eadem causa cognoscere, vel potius, qui eam dignitatem obtinuit, vel neuter? Cõgregatio censuit die 21. Martij, 1587. etiamsi eam resignasset de ea causa cognoscere posse, quia sufficit ab initio fuisse capacem.

¶ Eadem sessione vigesima quinta, c. 10. de refor.

Si aliquis ex designatis obierit, Ordinarius poterit alium substituere. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Si aliquem interim ex designatis mori contigerit, ɣ substituat Ordinarius loci cum consilio capituli x alium in eius locum, vsque ad futuram prouincialem, aut diœcesanam Synodum: ita vt habet quæque diœcesis quatuor saltem, aut etiam plures probatas personas, ac vt suprà qualificatas: quibus huiusmodi causæ à quolibet Legato, vel Nũtio, atque etiam à Sede Apostolica committantur.

SVPER CAPVT II.

ɣ ¶ *Ex designatis mori contigerit.* Declarat Cardin. Habet etiam locum in diuturna absentia, quæ æquiparatur morti.

x ¶ *Substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli.* Declarat Cardin. Congregatio censuit cõsilio requiri pro forma. Felin. in cap. ex parte, de constitution. Quod consilium Ordinarius nõ poterit præterire, sed non tenentur illud sequi.

Eadem sessione vigesima quinta, cap. 10. de refor.

Designationes factæ præter formam Concilij, censetur subreptitiæ. Hoc dicit.

CAPVT III.

Post designationem factam, quam statim Episcopi ad Summum Romanum Pontificem transmittant, delegationes, quæcunque aliorum iudicum aliis, quàm his, factæ subreptitiæ censeantur.

De

De verbi Dei concionatoribus.

TITVLVS IIII

Item ſeſsione quinta. Concil. Trident.cap.2.de refor.

Prælati per ſe ipſos tenentur prædicare Euangelium, ſi verò impediti fuerint Prædicatores idoneos aſſumere debent. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Quia Chriſtianæ Reipublicæ non minus neceſſaria eſt prædicatio Euangelij, quàm lectio, *a* & hoc eſt præcipuum Epiſcoporum munus, *b* ſtatuit & decreuit ſancta Synodus, omnes Epiſcopos, *c* Archiepiſcopos, Primates, & omnes alios Eccleſiarum Prælatos teneri per ſe ipſos, ſi legitimè impediti non fuerint, ad Prædicandum ſanctum IESV Chriſti Euangelium. Si verò contigerit Epiſcopos, & alios prædictos legitimo detineri impedimento: iuxta formam generalis Concilij, *d* viros idoneos aſſumere *e* teneantur *f* ad huiuſmodi prædicationis officium ſalubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempſerit diſtrictæ ſubiaceat vltioni.

De verbi Dei concion, &c.

SVPER CAPVT I.

a *Prædicatio Euangelij, quàm lectio.* Concordat cap. prædicationis, infrà eod. Concil. Tolet. XI.cap.2.Cōcil. Carthag. IIII. cap.20.Concil. Rem. cap. 14. c. Epiſcopus nullam. 88.diſtin.

b *Præcipuum Epiſcoporum munus.* Deciſ. Cardin. 157. Congregatio Concilij cenſuit, eſſe in electioni Epiſcopi, vel deputari in ſua Cathedrali Prędicatorem, etiam quò populus illum ab immemorabili tempore eligere conſueuiſſet, vel præteritam nominationem ipſi populo relinquere, ita vt ſi Epiſcopus prædicatorem eligat, populum ad eleemoſynas Prædicatori erogandas, non cōpellat; verûm ſi populum prædictum facultati eligendi Prædicatorem vti permiſerit, tunc populum ad ſolitas eleemoſynas præſtandas Epiſcopus cogere poterit. ¶ Item deciſ. Cardin. 201. Congregatio Concilij cenſuit in alijs, Eccleſijſque Cathedralibus non eſſe ſublatam conſuetudinem immemorabilem præſentandi, vel nominandi pro eis Prædicatorem Epiſcopo.

c *Omnes Epiſcopos.* Declar. Cardin. Epiſcopus vel debet per ſe ipſum prædicare, vel ſumptibus ſuis

ſuis alium conducere, qui id munus exequatur.

d ¶ *Ita ſa formem generalis Cõcilij.* Scilicet, Cõcilij Lateranen. ſub Innocent. III. cap. 10. & refertur in cap inter cætera, de officio iudicis ordinarij, cuius tenor talis eſt. *Inter cætera, quæ ad ſalutem ſpectant populi Chriſtiani pabulum verbi Dei per maximè ſibi noſcitur eſſe neceſſarium: quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur: eo quòd non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et inde cum ſæpè contingat, quòd Epiſcopi propter occupationes multiplicies, vel infirmitates corporales, aut hoſtiles incurſus, ſeu occaſiones alias (ne dicamus defectum ſcientiæ, quod in eis reprobandum eſt omninò, nec de cætero tolerandum) per ſe ipſos nõ ſufficiunt miniſtrare populo verbũ Dei, maximè per amplas diœceſes, & effusas. Generali conſtitutione ſancimus, vt Epiſcopi viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potentes, in opere, & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum (cũ per ſe eadem nequiuerint) ſolicitè viſitantes eas verbo ædificent, & exẽplo, quibus in ſe cũm indiguerint congrue & neceſſaria ſubminiſtrent, ne pro neceſſariorum defectu compellantur diſcedere abinde. Vnde præcipimus in Cathedralibus, quãm in aliis conuentualibus Eccleſijs, viros idoneos Ordinarij, quos Epiſcopi poſſint coadiutores, & cooperatores habere, non ſolùm in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confeſſionibus, & pœnitentijs iniungendis, ac cæteris, quæ ad ſalutem pertinent, animarum. Si quis autem hoc adimplere neglexerit, districtè ſubiaceat vltioni.*

e ¶ *Viros idoneos aſſumere.* Declarat Cardin. A ſe ipſis ſolis abſque conſenſu Capituli, vt infrà notatur ſeſsio. 14. cap. 4. ¶ Dubitatum fuit. An ſtante decreto Cõcilij hoc cap. & cap. 4. ſeſsio. 24. deputatio Prædicatoris in Cathedrali Eccleſia pertineat ad ſolùm Epiſcopum, ita quod Canonici, & Capitulum non poſsint ſe intromittere in huiuſmodi deputatione, nec in conſultò, vel contradicente Epiſcopo aliquem ad prædicandum in Cathedrali, etiã ex prædicatoribus ab Epiſcopo approbatis approbare, deputare, ſeu admittere. Cõgregatio cenſuit ad ſolùm Epiſcopũ pertinere in ſua Cathedrali nulla habitatione conſuetudinis etiam immemorabilis, qua competerit capitulo, vel de conſilio capituli.

f ¶ *Teneantur.* Declarat Card. Dubium eſt, quorum ſumptibus conducẽdus ſit concionator pro Quadrageſima, debet Epiſcopus eum interim proprio ſumptu conducere. ¶ Epiſcopus debet ſumptibus proprijs conducere

in

in Eccleſia Cathedarli alium Prędicatorem, non obſtantibus quibuſcunque conſuetudinibus, & immunitatibus, vide cap. 4. ſeſs. 24. de reformatione. ¶ Si communitas alicuius loci ſolet eximmemorabili cōſuetudine de mercede Prædicatores prouidere ad eam de cætero tribuendam cogēda eſt.

¶ Eadem Seſsione quinta, c. 2. de reform.

Curam animarum habentes per ſe, vel per alios plebes ſuas ſalutaribus verbis paſcere debent. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Archipresbyteri, Plebani, & quicunq; parochiales, vel aliàs curam animarum habentes Eccleſias quocunque modo obtinent, per ſe, vel alios idoneos [g], ſi legitimè impediti fuerint, [b] diebus ſaltim Dominicis, & feſtis ſolemnibus, plebes ſibi commiſſas, pro ſua & earũ capacitate paſcant ſalutaribus verbis docendo quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annunciandoque eis cũ breuitate & facilitate ſermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & cœleſtem gloriam conſequi valeant. Id verò ſi quis eorum præſtare negligat, etiam ſi ab Epiſcopi iuriſdictione, quauis ratione exemptũ ſe eſſe prætēderet, etiamſi Eccleſiæ quouis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monaſterio, etiā extra diœceſim exiſtenti forſan annexæ, vel vnitæ, modo re ipſa in diœceſi ſint, prouida paſtoralis Epiſcoporum ſolicitudo non deſit, ne illud impleatur; paruuli petierunt panem & non erat, qui frangerit eis. Itaq́, vbi ab Epiſcopo moniti trium menſium ſpatio muneri ſuo de fuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas; ſeu alias ad ipſius Epiſcopi arbitrium cogantur, ita vt etiam, ſi ei ſic expedire viſum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præſtet, honeſta aliqua merces perſoluatur, donec principalis ipſe reſipiſcens officium ſuum impleat. Si quæ verò parochiales Eccleſiæ repeRiantur ſubiectæ monaſterijs in nulla diœceſi exiſtentibus, ſi Abbates & Regulares Prælati in prędictis negligentes fuerint, à Metropolitanis, in quorum Prouincijs diœceſes ipſæ ſitę ſunt, tanquam quoad hoc Sedis Apoſtolicæ delegatis, cōpellantur: neque huius decreti executionē conſuetudo, vel exēptio, aut appellatio, aut reclamatio, ſiue recurſus impedire valeat, quouſq; deſuper à cōpetēti iudice, qui ſumarie, & ſola facti veritate in ſpectaprocedat cognitum, & deciſum fuerit.

SVPER CAPVT II.

g ¶ *Per se vel alios idoneos.* Decl. Cardina. Ordinarius debet ipse eligere prædicatores, nisi in contrarium sit consuetudo ab immemorabili tempore citrà: & si curatores animarum per se volunt munus prædicationis obire, non debent impediri.

h ¶ *Si legitimè impediti fuerint.* Concordat Concil. Constant. VI. c. 8. c. exijt. § habetur etiam, de verb. sign. Concil. Lateranen. vlt. sessio. 11.

i ¶ *Parvuli petierunt panem.* Declar. Cardin. Habentur hæc verba in Threnos Hierem. cap. 4.

¶ Eadem sessione quinta. cap. 2. de reform.

Regulares sine suorũ superiorũ licẽtia nequeunt prædicare, neque etiã sine licentia Episcopi in alienis Ecclesijs prædicabunt. Hoc dicit.

CAPVT III.

Regulares cuiuscunque Ordinis k nisi à suis superioribus de vita moribus, & scientia, examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum, l prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, anteà quã prædicare incipiant. m In Ecclesijs verò n quæ suorum ordinum non sunt, vltrà licentiam suorum superiorum, o etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesijs nõ suorum Ordinum nullo modo prædicare possint: ipsam autem licẽtiam gratis Episcopi concedant. p

SVPER CAPVT III.

k *Cuiuscunque Ordinis.* Concilij Lateran. sub Leone Decimo. sessione 11.

l *Etiam in Ecclesijs suorum Ordinum.* Decis. Card. 170. Congregatio Concilij censuit, Regulares in Ecclesijs suorum Ordinum prędicare volentes, non teneri ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum à suis superioribus de vita, moribus, & scientia examinari & approbari debere, ac ab eis habere licentiam, & cum ea se personaliter coram Episcopo præsentare, ab eoq; peterebenedictionẽ; tametsi eam minimè obtinuerint.

m *Prædicare incipiant.* Declar. Card. Si præsentatus fuerit prædicator idoneus ordinario, iuxta hoc decretum non est ei denegãda licentia. Non poterit ordinarius, & ad libitum, & sine rationabili causa suspendere à prædicatione.

n ¶ *In Ecclesijs verò.* Declar. Card.

Card. Consuetudine præposita Prædicatorem deputatū ab Ordinario in aliquo populo prædicare in Ecclesijs regularium, etiā si esset alterius Ordinis, Episcopus potest regulares compellere, si noluerint admittere extorum in eorum Ecclesia ad prædicandum, vt seruetur consuetudo: sed si prædicatores eiusdem Ordinis haberi possunt, cæteris patibus sunt præferendi.

o ¶ *Vltra licentiam suorum superiorum.* Concordat text. in cap. excō municamus. §. quia verò, de hæreticis.

p ¶ *Concedant.* Declar. Card. Et quando exprimitur de licentia sui superioris in Ecclesia seculari semper intelligitur Episcopus, nisi esset Ecclesia nullius diœcesis: neq; obstat, si istè superior esset exemptus.

¶ Eadem sessione vigesima quinta. cap. 2. de reform.

Contra Prædicatorem errores disseminantem, etiam quantumcunque exemptum, potest Episcopus procedere. Hoc dixit.

CAPVT IIII.

¶ Si, quod absit, prædicator errores, aut scandala disseminauerit in populum, etiamsi in monasterio sui, vel alterius ordinis præ dicet Episcopus ei prædicationō interdicat: quod si hæreses prædicauerit contra eum secundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat, q etiam si Prædicator ipse generali, vel speciali priuilegio exemptum se esse prętenderet, quo casu Episcopus autoritate Apostolica, & tanquā Sedis Apostolicę delegatus procedat. Curent autem Episcopi, ne quis Prædicator, vel ex falsis informationibus, vel alias calumnio se vexetur, iustàmve de eis conquerendi occasionem habeat.

SVPER CAPVT IIII.

q ¶ *Procedat.* Declar. Card. Congregatio Concilij censuit per cō firmationē priuilegiorum regularium à sancta Sede Apostolica non esse derogatum huic decreto Cōcilij, nisi in ipsis priuilegijs appareat expressa dispositio, quę contraria sit dispositioni Cōcilij.

Eadem sessione quinta, cap. 2. de reformat.

His dumtaxat, qui moribus, ac doctrina probati sunt prædicare conceditur. Hoc dixit.

CAPVT V.

¶ Caueant Episcopi, ne aliquē vel eorum, qui cum sint nomine regulares, extra claustra tamen, & obedientiam religionum sua-

rum viuunt, vel presbyterorum ſecularium, niſi ipſis noti ſint, & moribus, atq; doctrina probati, etiam quorũlibet priuilegiorum prętextu, in ſua ciuitate, vel dioeceſi prædicare permittant, donec ab ipſis Epiſcopis ſuper ea re ſancta Sedes Apoſtolica conſulatur, à qua priuilegia huiuſmodi, niſi tacita veritate & expreſſo mẽ datio ab indignis extorquere veriſimile non eſt.

Eadem ſeſsione quinta, cap. 2. de reform.

Quæſtuarij prohibentur prædicare. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Quęſtores eleemoſynarij, qui etiam quæſtuarij vulgò dicũtur, cuiuſcunque cõditionis exiſtãt, nullo modo per ſe, nec per alium prędicare præſumant: & contra facientes ab Epiſcopis, & Ordinarijs locorum, priuilegijs quibuſcunque nõ obſtantibus opportunis remedijs omninò arceantur.

SVPER CAPVT VI.

† *Prædicare præſumant.* Concordat text. in cap. ſequenti, & cap. vt officium. §. compeſcendi, de hæreticis, lib. 6.

Item ſeſsione vigeſima prima, cap. 9. de reformat.

Eleemoſynarum quæſtores penitus aboleri præcipiuntur. Hoc dicit.

CAPVT VII.

Cum multa à diuerſis antea Concilijs ſ. tàm Lateranenſi, ac Lugdunenſi, quàm Vienenſi, ad uerſus prauos, eleemoſynarum quæſtorum abuſus, & remedia tũc adhibita poſterioribus temporibus reddita fuerint inutilia: potiũſque eorum malitia, ita quotidie magno fidelium omnium ſcandalo: & querela excreſcere deprehendatur, vt eorũ emendatione nulla ſpes ampliùs relicta videatur: ſtatuit ſancta Synodus, vt poſt hac in quibuſcunque Chriſtianæ Religionis locis eorum nomen, atque vſus penitus aboleatur, neque ad officium huiuſmodi exercendum, & vllatenus admittantur, non obſtantibus priuilegijs Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, pijs locis, & quibuſuis cuiuſcunque gradus, ſtatus, & dignitatis perſonis, concelſis, aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus.

SV

SVPER CAPVT VII.

ſ *A diuerſis antea Concilijs.* Concordat Concil. Lateran. cap. 62. ſub Innocent. III. relatum in c. cum ex eo, de pœnitent. & remiſ. Clemen. de abuſionibus, eod. tit. & inf. cap. in indulgentijs de indulg. & ſuffrag. mortuorum.

t ¶ *Prauos eleemoſynarum quæſtorum abuſus.* Declar. Cardina. Praui eleeſynarum quæſtores prohiberi, & ſeuerè caſtigari debent, non illi, qui collectas eleemoſynas in pios vſus cõuertant. ¶ Non poſſunt prohiberi âquęſtoribus, ſeu mendicantibus ſancti Antonij de Viennafratres mẽdicantes alicuius Eccleſiæ perpetuæ ſancti Antonij, ne eorum cõuentus mendicent. & quærant.

v ¶ *Nec ad officium huiuſmodi exercendum.* Declar. Cardin. Quãdo Sedes Apoſtolica rationabili ex cauſa cõcedit alicui pio loco, vt poſsit eleemoſynam quærere, Epiſcopo ordinario reſcribit per hæc verba: *Has eleemoſynas, quæ in tua ciuitate, & diœceſi pro vſu dicti Hoſpitalis dabuntur, permitas, dummodô perſonæ, quæ colligẽt eas honeſtæ vitæ, & ſpectatæ religionis & tuo iudicio approbatæ ſint, minimeq́, participes datarũ eleemoſynarũ, & quæſtorum nomen nullo modo gerant, ſed ſimpliciter eleemoſynarum collectores nuncupentur, quiq́ue non publicent vllas indulgentias, neque concionentur, nec circumferant ſua priuilegia, nec Reliquias, necminis, aut imprecationibus inducant, fideles ad eleemoſynam, non cãpanellam, aliaque inſtrumenta ſimilia quædam quæſtorum inſignia ferant, pulſentq́ue ad excitandas perſonas, non petant tanquam debitam, non ſolitum, aut vlla arte etiam prætextu dicendi orationes ſancti Antonij, aut alterius Sancti, vel aliter extorqueant pecuniam, ſed ſimpliciter præmodeſtè, & cum omni dexteritate petendo eleemoſynam profeſſẽtatione dicti Hoſpitalis, recipiant tantûm, quod ſibi liberaliter offertur, neque ſuper his eleemoſynis vllam conuentionem quouis modo faciant, etiam in vtilitatem dicti Hoſpitalis.*

Diligenter autem curabit amplitudo tua, vt hæc omnia præciſè obſeruentur, & ad id diligenter animaduertat, imô quo etiam Sanctitas ſua conſcientiam tuam grauari voluit, vt quicquid dictarum eleemoſinarũ nomine fuerit collectum, totum in vſum tantûm ipſius Hoſpitalis, & non alium conuertatur. ¶ Facultas quærendi eleemoſynam â Sede Apoſtolica, ſub forma tamen ſupra dicta, hoſpitalitatis exerceatur. Faculeas prædicta ſub conditionibus prædictis, quandoque etiã nõnullis religioſis mendicantibus concedi tur.

Item seſsione vigeſima quarta cap. 4. de reform.

De temporibus, quibus prædicare oporteat. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Prædicationis munus *a*, quod Epiſcoporum præcipuum eſt *b* cupiens ſancta Synodus, quo frequentiùs poſsit ad fidelium ſalutem exerceri, canones, alias ſuper hoc editos *c* ſub fœlic. recordationis Paulo III. aptius præſentium tẽporum vſui accommodando mãdat, vt in Eccleſia ſua ipſe per ſe, *d* aut ſi legitimè impediti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus aſſument, *e* in alijs autem Eccleſijs per parochos *f* ſiue his impeditis per alios ab Epiſcopo g impenſis eorum, qui eas præſtare, vel tenentur, vel ſolent *h* deputandos in ciuitate, aut in quacunque parte diœceſis cenſebunt expedire, ſaltem omnibus Dominicis, & ſolemnibus diebus feſtis, tempore autem ieiuniorũ *i* Quadrageſimæ *k* & Aduentus Domini quotidie, vel ſaltem tribus in hebdomada diebus, ſi ita oportere duxerint, ſacras Scripturas diuinamque legem annuntient, *l* & aliàs quotieſcunque id oportunè fieri poſſe iudicauerint,

SVPER CAPVT VIII.

a *Prædicationis munus*. Declar. Cardin. Congregatio cenſuit electionem, & deputationem Prædicatoris ad ſolos Epiſcopos, in eorum Cathedralibus Eccleſijs ſpectare; nulla habita ratione cuiuſcunque conſuetudinis etiam immemorabilis, qua talis deputatio capitulo, vel Epiſcopo vna cum capitulo, ſiue de cuius conſilio, at cuius alteri competeret. Eſt autem in optione Epiſcopi, vtrùm ipſe malit Prædicatorem in ſua Cathredrali eligere, aut deputare; quando populus illum etiam ab immemorabili tempore eligere, & nominare cõſueuiſſet, vel prædictam nominationem ex immemorabili conſuetudine relinquere, ita tamen, vt ſi Epiſcopus electionem deputationemq; Prædicatoris erogãdo nõ cõpellat: ſint verò populum prædicta facultate eligendi prædicatorem Epiſcopus vti ſinat, eundem populum cogere poſsit ad eas impenſas, & eleemoſynas Prædicatori præſtandas, quas ipſe populus in hãc cauſam præſtare ſolitus eſt. In alijs Eccleſijs ad Epiſcopũ ſimiliter pertinet electio, & deputatio Prædicatoris, impenſis eorum, qui illas præſtare, vel tenentur, vel ſolent. Concilium tamen non ſuſtulit immemorabilem cõſuetudinem, qua facultas nominandi

nandi Prædicatorem in Ecclesijs non Cathedralibus alteri, quàm Episcopo cõperet in sua diœcesi, etiamsi sit Cathedralis.

b ¶ *Quod Episcoporum præcipuum est.* Concordat cap. 1. super eodem. cum allegatis ibid.

c ¶ *Aliâs super hoc editos.* Concordat sup. eod. cap. 1. cum sequẽtib. Concil. Arelaten. IIII. cap. 10. Concil. Lateranen. sub Innocent. III. c. 10. c. inter cætera, de offic. Ordin. Concil. Mogun. c. 25.

d ¶ *Ipse perse.* Declar. Cardina. Episcopus, qui legitimè impeditus hoc officium prædicandi per se ipsum non præstat, per alium impensis suis præstare debet, nisi ex consuetudine hoc ad alium spectaret. ¶ Diaconus non debet prohiberi exercere onus prædicandi, nisi ob iustam aliquam causam.

e ¶ *Per eos, quos ad prædicationis munus assument.* Declarat Cardin. Ius eligendi Prædicatorem spectat ad Episcopum, & nõ ad alium quempiam. ¶ Quorũ Prædicatorum deputatio ad solos Episcopos in eorũ Cathedralibus spectat, nulla habita ratione cuiuscunque consuetudinis etiã immemorabilis, quæ competeret capitulo, vel de consilio capituli. In alijs autem Ecclesijs non est sublata immemorabilis consuetudo nominandi, vel præsentandi Prædicatorem Episcopo pro illis Ecclesijs. ¶ Pius Quintus decreuit in Cathedrali solum Episcopum teneri ad præstandum stipendium Prædicatori, non obstante quacunque consuetudine, etiam immemorabili. Gregorius autem XIII. dixit de inceptam rationem habendam esse consuetudinis immemorabilis. Et Episcopum hac ratione posse cogere. ¶ In electione tamen Episcopi erit Prædicatorem in sua Cathedrali deputare, quando aliàs pertineret ad populum ex immemorabili cõsuetudine. Et tũc non poterit Episcopus compellere populum ad solitam eleemosynam, & impensas Prædicatori præstandum. Secùs si Episcopus fineret, vt populus nominaret, & solitus esset illas præstare. ¶ Nõ potest Episcopus denegare licentiam prædicandi in parochiali, eo, quod prædicatur in Cathedrali, sed permittere iuxta formam huius decreti, & cap. 3. sessio. 5. Ad Episcopum solum Prædicatorem in sua Ecclesia deputare spectat, neque communitates locorum, neque Capitulum aliquid in hac re possunt. Congregatio censuit, secus esse, si ab immemorabili tempore ius nominandi Prædicatores ad inferiores spectat in inferioribus Ecclesijs.

f *Per parochos.* Declar. Cardin.

Onus eligendi Prædicatorem, incumbit Episcopo, vel parocho, & si curatores animarum per se volunt munus prædicationis obire, non debent prohiberi.

g ¶ *Episcopis.* Declar. Cardin. Cùm capitulum in electione Cõcionatoris in Ecclesia Cathedrali nihil possit. ¶ Vbi viget cõsuetudo, quòd populus soluat Concionatori, ea est seruãda, nisi forsã facultas nominandi Prædicatorẽ vniuersitati ab immemorabili tẽpore competeret, & Episcopus talem nominationem sibi vendicaret. In hac sententia scriptum fuit die 29. Augusti. 1584. Episcopo Hieracẽsi. ¶ Merces, quę Prędicatoribus tribui solet nulla ex parte â pensionarijs est exigenda, atque eo minus, si populus hoc sumptus facere solebat. Si ex publico ciuitatis ærario Concionatori solẽt eleemosynæ dari, ea consuetudo seruanda est. Pẽsionarius non tenetur cõtribuere pro mercede Concionatoris, præsertim vbi est consuetudo, quod populus talem impensam faciat.

h ¶ *Vel tenentur, vel solent.* Declar. Cardin. Etiam pro Ecclesijs Cathedralibus.

i ¶ *Tẽpore autẽ ieiuniorũ.* Declar. Cardin. Hoc tẽpus refertur ad tẽpus Quadragesimæ, & Aduentus. ¶ Per hoc decretum non est in Vigilijs prędicandum, cum hæc verba tempore ieiuniorũ non referantur ad tempus Quadragesimæ, & Aduentus tantum.

K *Quadragesimæ.* Declar. Cardin. Redarguit Sedes Apostolica Episcopum, qui tempore Quadragesimæ ad aliam Ecclesiam Cathedralem, sibi vnitam Concionatorem non destinauerat. Per hoc decretum relinquitur arbitrio Episcoporum, an tempore Quadragesimæ, & Aduentus, quotidie, vel tribus diebus in hebdomada, vel minus illis tribus diebus prædicetur, cum hodie Aduentus non dicatur propriè tempus ieiunij.

l ¶ *Diuinam q; legem annuncient.* Declar. Cardin. Non est ponendus punctus comæ post verbum ieiuniorum, vt sacra Scriptura annuncianda sit in omnibus vigilijs per annum, & quatuor anni statis temporibus, sed refertur dumtaxat ad Quadragesimam, & Aduentum.

¶ Eadem sessione vesima quarta cap. 4. de reform.

CAPVT IX.

¶ Moneat Episcopus *m* populum diligenter teneri vnunquemque parochiæ suæ inter esse, vbi commodè id fieri potest, *n* ad audiendum verbum Dei. *o*

SVPER CAPVT IX.

m ¶ *Moneat Episcopus.* Decla. Card. Ordinarius nō potest mul ctis, & pœnis, etiam in causa nota bilis negligentiæ, aut cōtumaciæ, cogere populum, ne ad audiēdā Missam, & sacram cōcionē in Ec clesia parochiali, nec pueros ad discendum doctrinam Christianam, etiā si hoc fieri voluerit in oppidis, villis, aut alijs locis extra ciuitatem.

n ¶ *Commodè id fieri potest.* Cō cordat Concil. Cart. IIII. c. 24.

o ¶ *Ad audiendum verbum Dei.* Decl. Card. Sed nō sub pœna ex cōmunicationis, vel alijs pœnis, populus admonendus est, vt diebus Dominicis, & festis maioribus frequēter suas parochias: excommunicandus tamen non est, si monitioni non paruerit.

Eadem sessione vigesima quarta, c. 4. de refor.

CAPVT X.

Nullus secularis *p* siue regularis *q* etiam in Ecclesijs suorum Ordinum, *r* contradicente Episcopo *s* prædicare præsumat. *t*

SVPER CAPVT X.

p ¶ *Nullus secularis.* Dec. Car. Vigore Bullæ fœlic. record. Pij Quinti de professione fidei faciē da, Regulares Concionatores nō tenentur facere professionē fidei antequam prędicandi munus assumāt: potest tamen Ordinarius, quo tēpore solet, prædicādi licentiā ex decreto Cōcilij Tridentini hoc c. cōcedere regularibus ab eisdem exigere hanc fidei professionem, si tamen ita videbitur sibi expedire.

q ¶ *Siue regularis.* Decl. Card. Munus prædicationis per Episcopum committi potest etiam Clerico, qui non sit in sacris ordinibus constitutis, non enim alicuius ordinis sacris videtur aptus esse. Fuit tamen dictum quod secus de laico.

r ¶ *Etiam in Ecclesijs suorum ordinum.* Declarat Cardin. Habet etiam locum in exemptis Ecclesijs, habentibus proprium Prælatum, in quibus, qui obtinere vult licentiam prædicandi ab Episcopo illorum Prælato eidem offeri debet.

s ¶ *Cōtradicēte Episcopo.* Declar. Car. Per hæc verba, quod nullus prædicet contradicente Episcopo, Sedes Apostolica nemini prędicandi licentiam concedere solet de consensu Episcopi.

t ¶ *Prædicare præsumant.* Decla. Car. Imò ab Episcopo benedictionem petere tenentur ex decreto Concilij sessio. 5. cap. 2. quoque tem-

tempore poterit Episcopus professionem fidei exigere ab eis.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, cap. 4. de refor.

Episcopi curari debent fidei rudimenta pueros doceri. Hoc dicit.

CAPVT XI.

¶ Episcopi saltim Dominicis, & alijs festiuis diebus pueros in singulis parochijs fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab ijs, ad quos spectabit, doceri curabunt, & si opus sit, etiam per censuras Ecclesiasticas compellent: y non obstantibus priuilegijs, & consuetudinibus. In reliquis ea, quæ prædicationis munere sub eodem Paulo III. x decreta fuerunt, suum robur obtineant.

SVPER CAPVT XI.

x ¶ *Etiam per censuras Ecclesiasticas compellent.* Declarat Cardi. Sed non possunt pueri compelli, vt accedant ad Ecclesiam parochialem, ad discendam hanc doctrinam Christianam.

x ¶ *Sub eodem Paulo III.* Concordat cap. super eo, cap. 1. cum sequentibus.

¶ Eadem Sessione vigesima quarta, c. 7. de refor.

Vernacula lingua debet prædicari idque frequenter. Hoc dicit.

CAPVT XII.

¶ Curabunt Episcopi, y vt inter Missarum solemnia, aut diuinorum celebrationem sacra eloquia, & salutis monita vernacula lingua singulis diebus festis, vel solemnibus explanent: eadēque in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudere studeant.

SVPER CAPVT XII.

y ¶ *Curabunt Episcopi.* Concordat cap. & si Missa infrà, de celebratione Missarum.

¶ Item Sessione vigesima quinta, in decreto de purgatorio

Quæ sint secludenda à popularibus concionibus. Hoc dicit.

CAPVT XIII.

¶ Apud rudem plebem difficiliores, ac subtiliores quæstiones, quæque ad ædificationem non faciunt, & ex quibus plerunque nulla fit pietatis accessio, à popularibus concionibus secludantur. In certa item vel, quæ specie falsi laborant, euul-

gari,

gari, ac tractari Epiſcopi nõ permittant. Ea verò, quæ ad curioſitatem quandam, aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrum ſapiunt, tanquam ſcandala, & fidelium offendicula, prohibeant.

De Magiſtris, & Scholaribus.

TITVLVS QVINTVS.

In ſeſsione quinta Concil. Trident. cap. 1. de refor.

Habentes ſtipendium pro lectione ſacræ Scripturæ debent cogi per Ordinarios ad huiuſmodi munus per ſe, vel per alios exequendum. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Sacroſancta Synodus pijs Summorum Pontificum, & probatorum Conciliorum conſtitutionibus inhærens *a* eaſque amplectens, & illis adijciens, ne cœleſtis ſacrorum librorum Theſaurus, quem Spiritus ſanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat, ſtatuit, & decreuit, quòd in illis Eccleſijs, *b* in quibus præbenda, aut præſtimonium, ſeu aliud quouis nomine nuncupatum ſtipendiũ pro Lectoribus ſacræ Theologiæ *c* deputatum reperitur, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & alij locorum Ordinarij, eos, qui præbendam, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium huiuſmodi obtinent, ad ipſius ſacræ Scripturæ expoſitionem, & interpretationem per ſe ipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneum ſubſtitutum ab ipſis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus, & alijs locorum Ordinarijs eligendum *d* etiam per ſubtrationem fructuum, cogant, & cõpellant. *e*

De Magiſtris, & Scholaribus.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Conſtitutionibus inhærens.* Concordat Conc. Later. ſub Innocent. III. cap. 11.

b ¶ *In illis Eccleſijs.* Declarat Car. vbi nõ eſt conſtituta præbenda Theologalis, & viget conſuetudo, quod detur à capitulo ſtipendium Theologo, qui docendi ibi officio fungatur, ea ſeruanda eſt: quod illud etiam poterit Theologũ reddere diligentiorẽ in ſui muneris functione triẽnĩ eius cõductione Ordinarius vna cum capitulo præfinire debet.

c ¶ *Pro Lectoribus ſacræ Theologiæ.* Deciſ. Car. 5. Cõgregatio Cõcilij cẽſuit, quãdo clericus ſecularis idoneus pro Theologali præbenda,

benda, non reperitur, collationē illius ſuſpendendam eſſe donec inueniatur idoneus Theologus ſecularis, cui fieri poſsit, & interim nullum eſſe deputandū cuſtodē, aut curatorē fructuū ipſius canonicatus, ſed eos omnes tradē dos Superiori alicuius Ordinis, qui curet vt aliquis Theologus ex ſuis regularib⁹ publicè in Cathedrali Eccleſia doceat ſacrā Scripturam, prout mādatur decreto Concilij, c. 1. ſeſ. 5. Eique in primis neceſſaria ſubminiſtret ex dictis fructibus, quod reliquū fuerit in vſum Monaſterij conuertat.

d ¶ *Eligendum.* Decl. Card. Electio verò ſoli Epiſcopo cōpetit, quia à Concilio in hoc decreto, cū ſubſtituto eligēdo agatur, ſoli Epiſcopo datur electio, & adiuuat exēplū pœnitentiari, licèt ſit conceptum alijs verbis. Et ſi Ordinarius inferior fuerit negligēs, putà, Prior, Abbas, Præpoſitus, & cæteri ſimiles alicuius Eccleſiæ Collegiatæ, poterit Epiſcopus, in cuius diœceſi ſunt, ſupplere, id eſt cogere.

e ¶ *Cogant, & compellant.* Decl. Card. Si Lectores iſti collactoribus inferioribus ſunt ſubiecti, vt muneri ſuo ſatisfaciāt, per Epiſcopum ſunt compellendi. Epiſcopus poteſt ſupplere negligentiā ſuperiorū, non compellentium ad eligendum eos, qui ſtipendiū pro huiuſmodi lectione obtinēt, licet Eccleſia eſſet exempta; qui quidem Epiſcopus id exequi moneat, terminum præfixat, & eo elapſo ſuppleat cogendo, vel eligendo.

¶ Eadem Seſsione quinta, c. 1. de refor.

Stipendium eligendi non niſi idoneis conferri debet. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Præbenda, præſtimonium, aut ſtipendium pro Lectoribus ſacræ Scripturæ *f* deputatum, non niſi perſonis idoneis, & quæ per ſe ipſis *g* id munus explicare poſsint, conferantur, & aliter facta prouiſio nulla ſit, & inualida.

SVPER CAPVT II.

f ¶ *Sacræ Scripturæ.* Concord. cap. beneficia, cap. ij. qui infr. de præbendis.

g ¶ *Per ſe ipſos.* Decl. Cardin. Si Theologus, huiuſmodi habens præbendā, legitimè obtineret parochialē teneretur in ea reſidere amiſsis diſtributionibus quotidianis, & alijs emolumentis, quæ tantū deſeruientibus dari ſolent: in officio autem arbitrio Ordinarij alium deputare debet aſsignato ei competenti ſalario.

Eadem

Eadem sessione quinta, cap. 1. de reform.

In Ecclesijs insignioribus debet præbenda deputari Lectoribus sacræ Scripturæ: si iam non fuerint cõstituta. Hoc dicit.

de capituli consilio q ita prouideat, vt ipsa sacræ Scripturæ lectio r habeatur: ita tamen vt quęcunque aliæ lectiones, vel consuetudine, vel quauis alia ratione institutæ propter id, minimè prætermittantur.

CAPVT III.

SVPER CAPVT III.

¶ In Ecclesijs [h] Metropolitanis, [i] vel Cathedralibus, [k] si ciuitatis insignis, vel populosa, ac etiam in Collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, etiam nullius diœcesis, si ibi Clerus numerosus fuerit, vbi nulla præbenda, [l] aut præstimonium, seu stipendium pro lectione sacræ Scripturæ deputatum reperitur, præbenda, quomodocunque, [m] præterquam ex causa resignationis, primo vacatura, [n] cui aliud onus incompatibile iniunctum, non sit ad eum vsum ipso facto perpetuo constituta, & deputata intelligatur. [o] Et quatenus in ipsis Ecclesijs nulla, vel non sufficiens præbenda fuerit, Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationem fructuum alicuius simplicis beneficij, [p] eiusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per cõtributionem beneficiatorum suę ciuitatis, & diœcesis, vel aliàs, prout commodius fieri poterit,

h ¶ *In Ecclesijs*. Concordat text. in cap. quia, & cap. fin. de Magist.

i ¶ *Metropolitanis*. Decis. Cardin. Congregatio censuit, erectionem præbendæ Theologi non habere locum in ea, quæ vigore statuti à sequenti canonico optatur, sed illam præbendam, quam demiserit canonicus, qui nouissimè optat, huic muneri affectam, & vnitam remanere. Itẽ decisio Cardin. 74. Congregatio Concilij censuit tempus, horam, & materiam sacræ Scripturæ, super qua legendum sit, remitti arbitrio Ordinarij. Item decisio. Cardin. 225. Congregatio Concilij censuit; si stipendiũ pro Lectore sacræ Theologiæ iam ante Conciliũ fuit, vt proponitur in Cathedrali, deputatũ, non esse necesse ex decreto Concilij erigere præbendam Theologalem. Item decis. Card. 268. Congregatio Concilij censuit, obtinentem præbendã Theologalẽ non esse admittendum ad ius optandi cõpetens

petens Canonicis. ¶ Item decis. Cardin. 269. Congregatio Concilij censuit, tàm Theologi, quàm Pœnitentiarij prębendam, etiam postquam est effectum sortita, non subiacere optioni.

k ¶ *Vel Cathedralibus.* Declarat Cardin. Per decretum visitationis Apostolicæ in constituenda præbenda vacatura non fiat præiudicium legitimo collatori, cùm vacauerit.

l ¶ *Vbi nulla præbenda.* Declarat Cardin. Vbi nullæ sunt præbendæ eo, quod canonicatus tàtùm distributiones quotidianas habeat, idem statuendum est, quod de præbendis, cùm illarum loco succedant.

m ¶ *Præbenda quemcumque.* Declarat Cardin. Intelligitur etiã præbenda, cuius fructus omnes consistunt in distributionibus quotidianis, sicut reliquæ. Quando clericus secularis idoneus nõ reperitur pro dicta præbenda, statuerunt Pius Quintus, & Gregorius XIII. collationem huius canonicatus suspendendam esse, donec inueniatur idoneus Theologus secularis, si fieri possit: interim verò nullum esse ab Episcopo fructuum ipsius canonicatus custodem, aut curatorem deputandum, sed eos omnes Superiori alicuius Monasterij tradendos qui curet vt aliquis idoneꝰ Theologus ex suis regularibus publicè sacram Scripturam in Cathedrali doceat, prout hic mandatur, eique in primis necessaria subministret ex dictis fructibus, quod si reliquum erit, in Monasterij vsum conuertat. Doctor. in cap. maioribus, de præbend. & magis, in terminis, glo. in c. quod nullus, de magistris, in verbo, *præbendæ.*

n ¶ *Primò vacatura.* Declarat Cardin. Non tamen in mense Apostolico: quia non comprehenduntur sub hoc decreto præbendæ vacantes in mensibus reseruatis, & idem ius in præbenda pœnitentiali sess. 24. c. 8. Prębenda, quæ primo post confirmationẽ Cõcilij vacauit, & eo ipso facto, eiusdẽ Concilij decreto huius c. ver. In Ecclesijs autem pro Lectore sacræ Scripturæ perpetuò constituta, & deputata intelligitur, si cõllata fuerit ad id munus inhabile per se explicandum, inualida sit? S. D. N. sentiens hoc decretum Concilij esse condiuonatum, & requiri prius declarationem, & actualem deputationem Episcopi, vt illa præbenda sit Theologalis, valere collationẽ præbendæ, quæ primùm post Concilium vacauit, factam personæ minus idoneæ, ad sacram Scripturam per se ipsum interpretandam, si non dum illa præbẽda actu fuerit deputata in Theologalem. Neque est in optione Episco-

Episcopi primam præbendam vacantem assignare pro Pœnitẽtiario, licèt ratione curæ animarum videatur magis necessarius: sed pro Theologo propter verba huius decreti, ipso facto. Verùm si magis expediẽs in aliquo loco particulari fuerit iudicatũ, vt prius de pœnitentiario prouideatur, habenda est confirmatio in specie à sanctissima Sede Apostolica ad omnem difficultatem tollendam. Et non debentur Lectori distributiones quotidianæ pro illis horis, quibus legit, ex dispositione iuris Doctrà per gloss. vltim. in cap. quia nonnulli, de magistris, quos dixit Sanctitas sua non loqui respectu ipsius Lectoris, qui in Ecclesia sua legit: vt facit iste, de quo in hoc textu. Tamẽ S.D.N. Gregorius XIII. audita relatione congregationis, ex gratia illas esse ei tribuendas, non modo pro illis horis, vt si manè legit pro horis matutinis, & Missa sõlemni, sed etiam pro tota die superius consultus respondit.

o ¶ *Constituta, & deputata intelligatur.* Declarat Cardin. Cuius collationem Concilium reliquit illis, ad quos de iure ante Concilium spectabat. Nec talis diputatio, & institutio habet locum in Canonicatibus, & præbendis Sedi Apostolicæ reseruatis, & affectis. Item si ro præteritis mensibus Cardinalis haberet indultũ à Sede Apostolica, collationem huiusmodi præbendæ Concil. reliquit illis, ad quos verè ante Cõcilium spectabat, quam ex hoc decreto in Theologalem erigebatur. Electio verò soli Episcopo competit, quia à Concilio in hoc decreto, cùm de substituto eligẽdo agitur, soli Episcopo datur electio, & adiuuat exemplum pœnitentiarij, licet sit conceptum alijs verbis. Nec successori præiudicium factum est, si aliter per prædecessorem fuit seruatum: & id intelligendum est de his canonicatibus Theologicis, qui erecti non sunt ante Concilium Tridẽtinum. Secus si ante essent erecti: tunc enim seruandum est, quod ante Concilium seruabatur. Ita Congregatio in vna Astoricensi censuit cum consilio capituli, si tamen ante Concilium in collatione requirebatur. Hoc decretum habet locum etiam in Ecclesijs collegiatis, quarum præbendæ sunt de iure patrio laicorum, vt deputetur præbenda primo vacatura concurrentibus omnibus requisitis, prout hic: & persona non erit nominanda ante vacationem: sed electio personæ spectabat ad Episcopum, collatio verò ad quem legitime spectabat ante deputationem præteritam. Non potest optari præbenda, quæ fuit erecta, & deputata in

Theo-

Theologalem pro Theologo aſſequenti Canonico. In Eccleſia vero Cathedrali, Collegiatæ inſignis, non eſt numerata, vel regulares, vel quæ nullas habeat diſtinctas præbendas, ordinarius, vt habeatur omnino lectio ſacræ Scripturæ cum non poſsit in huiuſmodi Eccleſijs deputari præbenda primo vacatura, prouideat alia ratione, iuxta hoc decretum. Ideoque erit concedendum ſi Eccleſia eſſet exempta, quod ordine poterit hoc facere in negligentiam ſuperioris. An ſi canonicatus omnes, conſiſtant in quotidianis diſtributionibus, ipſe præbendæ erunt erigendæ? Et ſic quoque congregatio Concilij cenſuit. In præbenda primo vacatura poſt Concilium locum optio non habebit. Si autem de ea, quæ primò vacauit, prouiſum non fuit de Theologo, relictum eſt ordinare deciſioni iudicum.

p ¶ *Alicuius ſimplicis beneficij.* Declarat Cardin. Vbi ſunt præbendæ, & canonicatus, non poteſt aſsignari aliud beneficium pro iſto Theologo, vel Pœnitentiario.

q ¶ *De capituli conſilio.* Delarat Cardin. Hæc verba tantùm ad proxima ſunt referenda, cùm agatur de aſsignatione, & contributione. In nonnullis caſibus veluti in materia correctionis morum, vbi Concilium expreſſè ſuſtulit appellationem, ſublata illa quoad effectum ſuſpenſiuum non autem deuolutiuum; quare authoritas delegata, quæ Epiſcopis à Concilio tribuitur, non aufert ius illorum, ad quos legitimè interpoſita appellatio, aliàs cauſa, deuolueretur. Si in electione Theologi, vacante præbenda, inter Epiſcopum, & capitulum, ſit controuerſia, ad Metropolitanũ erit recurrendum.

r ¶ *Sacræ Scripturæ lectio.* Decla. Cardi. Satisfacit Concilio etiam ſcholaſticam Theologiam legendo. De tempore, hora, & materia ſacræ Scripturæ, vel Theologiæ, quæ in ſacra Scriptura continetur ſuper qua legendum ſit, relinquitur arbitrio Ordinarij: poteſt tamen ipſe Lector vacare à Lectione tribus menſibus, ſcilicet, Iulij, Auguſti, & Septembris.

Eadem Seſsione quinta, cap. 1. de refor.

In minoribus Eccleſijs debet magiſter Grammaticæ conſtituit, & deputari. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

¶ Eccleſiæ, quarũ annui prouentus tenues fuerint, & vbi tam exigua eſt cleri, & populi multitudo, vt Theologiæ lectio in eis commode haberi non poſsit,

ſaltem

Digitized by Google

saltem magistrum habeant, ſ ab Episcopo cum consilio capituli eligendum, qui clericos alioſque scholares pauperes grammaticā t gratis doceat, n vt deinceps ad ipsa sacræ Scripturæ studia, annuente Deo, trāsire possint: ideò que illi magristro grāmaticæ, x vel alicuius simplicis beneficij fructus, quos tamdiù percipiat, quandiù in docendo persteterit, assignentur; dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio: vel ex Capitulari, vel Episcopali mensa cōdigna aliqua merces persoluatur, vel aliàs Episcopus ipse aliquam rationē ineat, suæ Eccleſiæ, & diœcesi accomodam, ne pia hæc vtilis atq; fructuosa prouisio quouis quæsito colore negligatur.

SVPER CAPVT IIII.

ſ *Saltem magistrum habeant.* Cōcordat tex. in cap. 1. & cap. 2. & c. quia, de Magist. Clem. ne in agro. §. ad amplicationem, de statu Monach. Concili. Constantino. VI. cap. 5. Concil. Lateran. sub Alex. III. cap. 18. & sub Innocen. III. cap. 11.

t ¶ *Grāmaticam.* Declar. Card. An deficiente Magristro grammaticæ in ciuitate possit in ea curatus habitare relicto idoneo Vicario, & approbato cum cōgrua mercede in parochiali, dummodo in solemnibus festis interesset? Congregatio censuit non posse.

n *Gratis doceant.* Declar. Card. An vbi est laicus, qui clericos grāmaticam doceat, si presbyter ad parochialem Ecclesiam, à ciuitate duo milliaria non distantem, deputatus, suæ parochiali diebus festis inseruit, à residentia excusetur? de qua sessio. 3. c. 2. Congregatio censuit, non excusari.

x *Illi Magristro grāmaticæ.* Declarat. Cardin. In collatione cathedræ legitur grāmatica, presupposito, quòd dictæ cathedræ sint annexæ duo præstimonia, quorum fructus sint pro sustentatione Lectoris dictæ cathedræ, pertineat simul ad Episcopum, & capitulum vid. admittere Vicarium habentem potestatem.

¶ Eadem sessione quinta. cap. 1. de reform.

In Monasterijs lectio sacræ Scripturæ haberi debet. Hoc dicit.

CAPVT V.

In monasterijs Monachorum vbi commodè fieri queat, etiam lectio sacræ Scripturæ habeatur: qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi eorū, in hoc vt Sedis Apostolicæ delegati eos ad id opportunis remedijs, cōpellit. a In cōuētibus verò aliorū regularium, in quibus studia commodè

modè vigere possunt, sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur: quæ lectio à Capitulis generalibus, vel prouincialibus assignetur dignioribus Magistris. *b*

SVPER CAPVT V.

a *Compellant*. Declar. Cardin. Etiã Carthusiani strictioris clausuræ comprehenduntur sub hoc decreto.

b ¶ *Dignioribus Magistris*. Declar. Cardin. Nec isti Lectores sacræ Scripturæ in conuentionibus regularium sunt examinandi & approbandi ab Episcopo, loci de vita, moribus, & scientia vt infrà, cum Concilium videatur id committere capitulis generalibus, vel prouincialibus. Sed si in Ecclesia publicè populo sacra Scriptura legenda esset, tunc seruandum esset, quod in Prædicatore statuitur infrà c. 2. de munere Prædicatoris.

¶ Eadem sessione quinta cap. 1. de reformat.

In Gymnasijs publicis instituatur lectio Theologiæ. Hoc dicit.

CAPVT VI.

In gymnasijs publicis, vbi tã honorifica, & cæterorum omniũ maximè necessaria lectio hactenus instituta non fuerit, religiosissimorum Principum, ac rerum publicarum, pietate, & charitate, ad Catholicæ fidei defensionẽ & incremẽtũ, sanæque doctrinę cõseruationẽ, & propagationẽ, instituatur, & vbi instituta foret, & negligeretur, restituatur. Et ne sub specie pietatis c impietas dissemi netur, statuit eadem sancta Synodus, neminem ad huiusmodi lectionis officium tam publicè, quàm priuatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci, de vita, moribus, & scientia, examinatus, & approbatus *d* non fuerit: quod tamen de lectoribus in claustris Monachorum non intelligatur.

SVPER CAPVT VI.

c ¶ *Examinatus, & approbatus*. Declara. Cardina. Ad quod examen tenentur etiam illi Magistri, qui priuatim in domibus particularibus prima principia grammaticæ doceant, vel aliarum similium artium, qui etiam tenentur, vt supra dicti, facere professionẽ fidei, iuxta Bullam Pij IIII. Kalendis Nouembris emanatam.

d ¶ *In claustris Monachorum*. Declara. Cardina. Ordinarius non potest examinare, seu approbare de vita, moribus, & scientia eos, qui sacram Scripturam interpretaturi sunt in Conuentibus Regularium, & multo magis eos qui

Digitized by Google

qui tali munere fungi volunt, in clauſtro Monachorum.

¶ Eadem Seſsione quinta. c. 1. de refor.

Docentes, & audientes ſacram Scripturam æſtimantur præſentes, quantûm ad perceptionem fructuum beneficiorum. Hoc dicit.

CAPVT VII.

¶ Docentes ſacram Scripturam[e] dum publicè in Scholis docuerint,[f] & ſcholares,[g] qui in ipſis ſcholis ſtudent,[h] priuilegijs omnibus[i] de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum ſuorũ in abſentia, à iure commune conceſsis, plenè gaudeant, & fruantur.[k]

SVPER CAPVT VII.

e *Docentes ſacram Scripturam.* Deciſ. Cardina. 137. Congregatio Concilij cenſuit, docentes ius Canonicum in publica Vniuerſitate priuilegijs de percipiendis in abſentia ſuarum præbendarum fructibus gaudere, & potiri; quamuis præbendæ, quas obtinent, ſitæ ſint in Cathedrali eiuſdem ciuitatis in qua publici Lectoris munere funguntur. Item deciſ. Cardin. 173. Congregatio Concilij cenſuit, Canonicum in publica Vniuerſitate ſacram Scripturã legentẽ, debere vtique etiã ſi nõ reſideat, percipere fructus præbẽdæ, nõ autẽ diſtributiones quotidianas, quod ſi omnes redditus capituli huiuſmodi diſtributionibus conſtent, debere percipere diſtributiones dimiſſa altera ex tribus partibus, quæ inſeruientibus accreſcit.

f ¶ *Dûm plublicè in ſcholis docuerint.* Declar. Cardin. Idem iudicandum eſt de docentibus in Eccleſijs, Cathedralibus, & Collegiatis, quoad priuilegia, quando legunt ſacram Scripturam. Theologus legens quandiù legit, pro reſidente habeatur, & recipiat omnes fructus præter diſtributiones quotidianas, præſuppoſito, quod adſit maſſa groſſa, vel præbenda.

g ¶ *Et ſcholares*. Declar. Card. Non idem in ſcholaribus, qui in Eccleſijs adſunt. ¶ Scholares in Eccleſijs Cathedralibus non gaudent iiſdem priuilegijs: ſicut ſtudentes in publicis Academijs non percipiunt diſtributiones quotidianas.

h ¶ *In ipſis Scholis ſtudent*. Concordat tex. in c. fin. de mag. Vide regulam Cancellariæ Pij IIII. ſuper hac re.

i ¶ *Priuilegijs omnibus*. Declar. Cardin. Et non excuſantur à reſidentia in parochialibus non poſſunt habere beneficia incompatibilia ratione illorum priuilegio-

Google

rum. Nō possunt obtinere aliud beneficium incompatibile, neque beneficium curatum, vel requirens residentiā, & legendo deseruire per substitutum. Et cō tra contumaciam in non residendo Episcopus debet procedere iuxta decretū Concil. sessi. 24. c. 12. & tempore, quo cessante legitima causa, & iusto impedimento non resederit, debet alium substituere sumptibus suis, qui lectioni sacræ Scripturæ loco ipsius satisfaciat. ¶ An Lector Cathedralis Ecclesiæ possit obtinere beneficium curatum, vel residentiam requirens, & legendo deseruire per substitutum, & gaudere fructibus in absentia, & an liceat cum Doctorali Canonicatu obtinere aliud incompatibile, vt seruatur multis in locis? Congregatio censuit non posse. ¶ Nec cō cedenda est eis licentia vacandi à lectione, vt alibi manere prædicationis fungatur.

K ¶ *Et fruantur.* Declar. Card. Idem sentiēdum est de docentibus in Ecclesijs, quod quamuis à seruitio chori absentes essent, possint percipere fructus suorum Canonicatuum, exceptis quotidianis distributionibus, sed ex gratia diebus, quibus legunt habendi sunt sicut præsentes in choro, & inseruientes, vt declarauit S. D. N. Gregorius, vt supra numeramus, sed non gaudent isti Lectores sacræ Scripturæ in Ecclesia illis priuilegijs, quibus gaudēt docentes in Scholis publicis: sed non dicendum est de scholaribus audientibus hanc lectionem in Ecclesia, nec possunt obtinere aliud beneficium curatum, vel requirens residentiam, & legendo deseruire per substitutū. An autem Doctores hi censendi sunt præsentes matutinis, quæ ex antiqua Ecclesiæ consuetudine dicūtur serò præcedenti pro die sequenti Congregatio respondit non censeri.

¶ Itē sessione vigesimatercia. cap. 18. de reform.

In singulis Ecclesijs maioribus fieri debet Collegium, quod sit perpetuum seminarium ministrorum Dei. Hoc dicit.

CAPVT VIII

Cum adolescentium ætas, l nisi rectè instituatur prona sit ad mundi voluptates, sequendas, & nisi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur antequā habitus totos homines possideat nunquam perfectè, ac sine maximo, ac singulari propè modū Dei omnipotētis auxilio in disciplina Ecclesiastica perseueret sancta Synodus statuit, m vt singulæ Cathedrales n Metropolitanæ, atque his maiores Ecclesię pro modo facultatum, o & diœcesis ampli-

amplitudine centum puerorum *p* ipſius ciuitatis, & diœceſis, vel eius Prouinciæ, ſi ibi non reperiantur, numerum in Collegio ad hoc propè ipſas Eccleſias, vel alio in loco cōuēti *q* ab Epiſcopo eligendo, alere, ac religioſe educare, & Eccleſiaſticis diſplinis inſtituere teneantur. In hoc vero Collegio *r* recipiantur, qui ad minimum duodecim annos, & ex legitimo matrimonio nati ſint; *ſ* ac legere, & ſcribere competenter nouerint; & quorum indoles, & voluntas ſpem afferat eos Eccleſiaſticis miniſterijs perpetuò in ſeruituros. Pauperum autem filios præcipue eligi vult, nec tamen ditiorum excludit, modò ſuo ſumptu alantur, & ſtudio pręſeferant Deo, & Eccleſiæ inſeruiendi. Hos pueros Epiſcopus in tot claſſes quot ei videbitur, diuiſos iuxta eorum numerum ætatem, ac in diſciplina Eccleſiaſtica progreſſum, partim cum ei opportunum videbitur Ecleſiarum miniſterio addicet: partim in Collegio erudiendos retinebit, alioſque in locum eductorum ſufficiet; ita vt hoc Collegium Dei miniſtrorum perpetuum ſeminarium ſit. Vt verò in eadem diſciplina Eccleſiaſtica commodiùs inſtituatur, tonſura ſtatim, *t* atque habitu clericali ſemper vtentur: grammatices, cantus, computi Eccleſiaſtici, aliarumque bonarum artium diſciplinatu diſcent, ſacram Scripturam, libros Eccleſiaſticos, homilias, atque Sacramentorum tradendorum, maximè, quæ ad confeſsiones audiendas videbuntur opportuna, & rituum, ac cæremoniarum formas ediſcent.

SVPER CAPVT VIII.

l ¶ *Adoleſcentium ætas.* Concordat Concil. IIII. Toleta cap. 23. Geneſ. 8. Concil. Aquiſgranen. cap. 135. Concil. Lateranen. ſub Leone X. ſeſ. 9.

m ¶ *Sancta Synodus ſtatuit.* Concordant Conſt. Alexand. III. part. 1. c. 18. & in II. Latera. c. 11.

n ¶ *Singulæ Cathedrales.* Declara. Cardina. Et ſi duæ erunt vnitę in vnaquaque ipſarum ſeminarium eſt erigendum, & ſi non poterit erigi in quaque, erunt deputandi duo Magiſtri, vnus grammaticæ, alter muſicæ ſumptibus ſeparatis cuiuſque ciuitatis.

o ¶ *Pro modò facultatum.* Declar. Cardin. In conſtitutione ſeminarij debet obſeruari decretum Cardinalium Congregationis Concilij Tridentini de ſeminarijs.

p ¶ *Certum puerorum.* Declar. Cardin. In hoc ſeminario non debent admitti plures pueri, quā, quia ea pecunia ali poſsint, quæ

Digitized by Google

ex dimidia decima secundùm antiquam taxam, taxata fuit.

q ¶ *Vel alio in loco conuenienti.* Declar. Cardin. Locus seminarij ædificationi deputandus, de sententia ciuitatis, cuius interest approbari debet.

r ¶ *In hoc verò Collegio.* Decla. Cardin. In seminario collocari debent, pueri, qui sunt procliuiores ad vitam Ecclesiasticam, & dum in eo maneant Ecclesiasticis præceptis, & moribus imbuendi sunt.

Pueri, qui in seminario collocabuntur sint tales, qui inseruitum Dei se dicare velint, aut pauperes.

s ¶ *Et ex legitimo matrimonio nati sint.* Declaratio Cardinal. Secùs spurij, etiamsi essent legitimati.

t ¶ *Tonsura statim.* Declar. Cardin. Quomodo aut quis possit ex fructibus seminarij nomine tituli sibi assignatis promoueri ad sacros ordines, vide quæ suprà notata sunt cap. 2. sess. 21. ¶ Declarauit S.D.N. Gregor. XIII. clericos seminarij ad sacros ordines promoueri nō posse, nisi pro seruitio seminarij vniti, & tūc cū assignatione certi annui redditus vnde sic promotus honestè viuere possit, quæ tamē assignatio cessaret, postquam ille aliunde æquè sustentari poterit.

Eadem sessionē vigesima tertia cap. 18. de reform.

Modus in viuendi in Ecclesiæ seminario seruandus. Hæc dicit.

CAPVT IX.

¶ Curet Episcopus, vt singulis diebus Missæ sacrificio intersint pueri, ac saltem singulis mensibus confiteantur peccata: & iuxta confessoris iudicium sumant corpus Domini nostri Iesu Christi, Cathedrali, & alijs loci Ecclesijs diebus festis inseruiant. Quæ omnia, & alia ad hanc rem opportuna, & necessaria, Episcopi singuli cum consilio duorum Canonicorum u seniorum, & grauiorum, quos ipsi elegerint, prout Spiritus sanctus suggesserit, constituent: eaque vt semper perobseruentur, sæpiùs visitando, operam dabunt. Discolos, & incorrigibiles, ac malorum morum seminatores acriter punient: eos etiam, si opus fuerit, expellendo: omnia que impedimenta auferē tes, quæcunque ad conseruandū, & augendum, tàm pium, & sanctum institutum pertinere videbuntur, diligenter curabunt.

SVPER CAPVT XI.

u ¶ *Cum consilio duorum Canonicorum.* Decis. Cardina. 7. Congrega-

gregatio Concilij cenſuit Canonicos ab Epiſcopo electos ad ſeminarij adminiſtrationem ad pręſcriptum Concil.cap. 18. ſeſsio. 23.ver.*quæ omnia*, eſſe perpetuos, nec poſſe amoueri, niſi ex iuſta, & legitima cauſa. ¶ Declar.Cardin. Duo Canonici electi ab Epiſcopo ad conſtituendam educationem puerorum, in ſeminarijs, nõ poſſunt, per eum ad libitum (niſi ex iuſta cauſa, & legitima) mutari. ¶ Epiſcopus tenetur conſilio Canonicorum prædictorum adhibere in conſtituendis regulis vniuerſalibus ſeminarij loco, & ſimilibus, ac etiam ſimul eſſe in ſingulis rebus, vt putà electione puerorũ ſingulorũ introducẽdorũ, electione Magiſtrorũ, librorũ legendorum, confeſſoris punitione, diſcipulorum expulſione, viſitatione, & ſimilibus debent.

Tenetur etiam Epiſcopus cũ conſilio eorundem tam circa viſitationem diſciplinæ, ac morum Clericorũ, quã circa temporaliũ rerum adminiſtrationem, ac omnium eorũ, quæ hic exprimũtur, prouidere, & ſufficit illud conſilium requiri tantũ; poteſtq; pręterea Epiſcopus eorũ cõſilio adhibito ſtatuere, & declarare, quæ pro prouidentia ſua magis expedire iudicauerit.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima tertia.c.18.de reformat.

Vnde ſumptus de ſumi debeant ad ſeminarij erectionem, & ſuſtentationem. Hoc dicit.

CAPVT X.

Quia ad Collegij fabricam inſtituendam, & ad mercedem præceptoribus, & miniſtris ſoluendam, & alendam iuuentutem, & alios ſumptus certi redditus erunt neceſſarij, *a* vltra ea quæ ad inſtituendos, vel alendos pueros ſunt in aliquibus Eccleſijs, & locis deſtinata, quæ eo ipſo huic ſeminario ſub eadem Epiſcopi cura applicata cenſeantur: ijdem Epiſcopi cum conſilio duorum de capitulo, *b* quorum alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo capitulo eligatur: itẽq; duorũ de clero *c* ciuitatis, quorũ quidẽ alterius electio, ſimiliter ad Eſpiſcopum, alterius verò ad clerum pertineat: ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis, *d* & capituli, *e* & quarumcunque dignitatũ, *f* perſonatuum, officiorũ, præbendarum, *g* portionum, Abbatiarũ, *h* & Prioratuũ cuiuſcunque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis vel conditionis fuerint, & Hoſpitalium, *i* quę dãtur in tutulũ, vel adminiſtrationẽ, iuxta conſtitutionẽ Concilij Vienẽſis, [k] quæ incipit: *Quia contingit*, & beneficiorũ quorũcũq; *l* etiam regularium, etiam ſi iuris patronatus cuiuſcunque fuerint,

rint, etiamſi nullius diœceſis, [m] vel alijs Eccleſijs, Monaſterijs, & Hoſpitalibus, & alijs, quibuſuis locis pijs, etiam exemptis [n] annexa, & ex fabricis Eccleſiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuſcunque alijs Eccleſiaſticis redditibus, ſeu prouentibus, [o] etiam aliorum Collegiorum, in quibus tamen ſeminaria diſcentium, vel docentium, ad commune Eccleſiæ bonum [p] promouendũ, actu non habentur. [q] Hæc enim exẽpta eſſe voluit, [r] præter quam ratione reddituum, qui ſuperflui eſſent, [s] vltra conuenientem ipſorum ſeminariorum ſuſtentationem, ſeu corporum, vel confraternitatum, [t] quæ in nonnullis locis ſcholæ appellantur, [u] & omnium Monaſteriorum, non tamẽ Mendicantium, [a] etiam ex decimis quacunque ratione ad laicos, ex quibus ſúbſidia Eccleſiaſtica ſolui ſolent, & Milites cuiuſcunque militiæ, aut ordinis, pertinentibus fratribus ſancti Ioannis Hieroſolymitani dumtaxat exceptis, partem aliquam, [b] vel portionem detrahent: & eam portionem ſic detractam, necnon beneficia aliquot ſimplicia cuiuſcunque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præſtimonia, vel præſtimoniales portiones nuncupatas, etiam ante vacationem, [c] ſine cultus diuini, & illa obtinentium præiudicio, huic collegio applicabunt, & incorporabunt. Quod locum habeat, etiamſi beneficia ſint reſeruata, vel affecta, nec per reſignationem ipſorũ beneficiorũ vniones, & applicationes, [d] ſuſpendi, vel vllo modo impediri poſsint, ſed omninò quacunque vacatione, etiamſi in Curia effectum ſuum ſortiantur, & quacunque conſtitutione non obſtante. Ad hanc autem portionem ſoluendam, beneficiorum, dignitatum, perſonatuum, & omnium, & ſingulorum ſuprà commemoratorum poſſeſſores, non modò pro ſe, ſed pro penſionibus, [e] quas alijs forſan ex dictis fructibus ſoluerent, retinendo tamen pro rata, quidquid pro dictis pẽſionibus, illis erit ſoluendum ab Epiſcopo loci per cẽſuras Eccleſiaſticas, ac alia iuris remedia compellentur, [f] etiam vocato ac hoc, ſi videbitur, auxilio brachij ſecularis, quibuſuis, quoad omnia, & ſingula ſupra dicta, priuilegijs, exemptionibus, etiamſi ſpecialem derogationem requirerent conſuetudine etiam immemorabili, & quauis appellatione, & allegatione, quæ executionem impediat, non obſtantibus. Succedente verò caſu, quo per vniones effectum ſuum ſortientes, vel aliter ſeminarium ipſum in totum, vel in partem dotatum reperiatur, tum portio ex ſingulis beneficijs, vt

Digitized by Google

supra detracta, & incorporata ab Episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum, vel pro parte remittatur.

SVPER CAPVT X.

a *Certi redditus erunt necessarij.* Decis. Card. 22. Congregatio Concilij censuit, non posse Episcopū vnire seminario ea beneficia, quorū collatio ad se pertinet.

Item decis. Cardin. 46. Sibona in diœcesi Troiana existentia sine propria aliquarum Ecclesiarum, ibidem sitarū, quæ tanquā mēbra subiectę, aut vnitę sint Abbatijs, & Monasterijs in illa diœcesi existentibus, Congregatio Concilij censuit pro seminario ratione præfatorum bonorum debere solui Episcopo loci, in quo ipsa bonacū Ecclesijs sita sint, nisi constiterit bona fuisse prius applicata ipsis Abbatijs, & monasterijs, & deinde ædificatas fuisse Ecclesias, quia tūc cōtributio pro seminario esset faciēda Episcopo loci, in quo ipsæ Abbatiæ, & Monasteria existunt. ¶ Item decis. Card. 71. Congregatio Concilij censuit, si fructus, & reditus Canonicatuum consistunt in distributionibus quotidianis, quæ dari solent dumtaxat diuinis personaliter interessentibus, non teneri Canonicos ad seminarij contributionem. ¶ Item decis. Cardin. 78. Congregatio Concilij censuit, vnionem [illegible] piscopo factam absque con[illegible] quatuor deputatorum iuxta [illegible] scriptum Concilij Tridentini c. 18. sessione, 23, de reform. minimè valere. ¶ Item decis. Cardinal. 90. Congregatio Concilij cē fuit in vnionibus beneficiorum faciendis seminario, satis esse seruare formam traditam à Concilio capit. 18. sessione 23. de reform. neque requiri consensum capituli. ¶ Item decis. Cardin. 95. Congregatio Concilij censuit, titularem occasione contributionis, per eum factæ seminario, non posse detrahere expensione, quā soluit, nisi pro rata pē sionis, & ad eam rationem, ad quā ipse titularis contribuit. ¶ Item decis. Card. 113. Cōgregatio Cōcilij cēsuit super Hospitali, quod neq; in titulū, neq; in administrationem datur, sed merè laicale est, posse taxam, ratione seminarij imponi. ¶ Item decis. Cardin. 160. Congregatio Concilij censuit, Episcopos in taxis faciendis pro seminario, posse, seruata tamen forma tradita, à Concilio, cap. 18. sessio. 23. onerare beneficia, nedum in dimidia decima habito respectu ad antiquam taxam, verum etiā in māiori, prout beneficiorum, & locorum habito respectu iustum, & æquum visum fuerit. ¶ Item decis. Cardin. 176. Congregatio Concilij cen-

Digitized by Google

ſuit non poſſe vniri beneficia ſeminario, ſi iuxta formam ipſius Concilij vnionis tempore minime erectum fuerit, vtpotè nec Magiſtris, nec ſcholaribus in eo actu exiſtentibus. ¶ Item deciſ. Cardin. 206. Congregatio Concilij cenſuit, ſi Epiſcopus beneficia ſimplicia, ſeruata forma Concilij, ſeminario vniuerit ante eorum vacationem, etiam in menſe reſeruato, vnionem debere effectum ſortiri. Item deciſ. Cardin. 271. Congregatio Concilij cenſuit de cętero ad obuiādum fraudibus oportere decerni, vt non poſsint etiā ante vacationē vniri ſeminario beneficia, quę obtineāt perſonæ, quę vel ob familiaritatē Cardinalium, vel aliam rationem tales ſint, vt quacunque morte decedant, certum ſit ea fore affecta Sedi Apoſtolicæ.

b ¶ *Cum conſilio duorum de Capitulo*. Declarat Cardinal. Epiſcopus tenetur deputatos adhibere in conſilio pro tota temporali adminiſtratione prædicti ſeminarij, excepta exactione, quæ ad ſolum Epiſcopum ſpectat. ¶ An Epiſcopus vigore huius §. & quia, potuerit diſmembrare Canonicatum à Collegiata, in qua ſunt ſeptem Canonicatus, & applicare illum ſeminario. Congregatio cenſuit Epiſcopum ex hoc cap. poſſe id facere. Ante erectionem factam ſeminarij, nihil eo nomine ſoluendum eſt. ¶ Epiſcopus tenetur adhibere in conſilium prædictos deputatos, non tamen tenetur eorum ſequi.

c ¶ *Itemque duorum de Clero*. Declarat Cardinal. Quatuor deputati ſeminariorum, ſunt perpetui, neque poſſunt amoueri, niſi ex iuxta cauſa, & legitima. ¶ Hi omnes quatuor deputati adhibendi ſunt in Conſilio, in hac tota temporalium adminiſtratione, & præſertim in omnibus hic expreſsis, in vnionibus beneficiorum, & reliquis, excepta exactione, quæ ad ſolum Epiſcopum ſpectat.

d ¶ *Ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis*. Declarat Cardinal. debet primò Epiſcopus ex ſuis, & ſui capituli fructibus contribuere ſeminario, ac poſtea reliquos ad idem cogere, & clero totius diœceſis pro contributione ſeminarij, debet imponere media decima ſuper fructibus omnium beneficiorum.

e ¶ *Et Capituli*. Declarat Cardinal. Canonici, qui contribuunt ſeminario ex fructibus ſuæ præbendæ non debent contribuere ex diſtributionibus quotidianis. ¶ Congregatio cenſuit ſi fructus, ac redditus Eccleſiæ Collegiatæ conſiſtunt in

in diſtributionibus quotidianis, quæ ſolummodò dari ſolent diuinis perſonaliter intereſſentibus, non teneri capitulum ad contributionem ſeminarij. De diſtributionibus quotidianis, & præbendis diſtinctis, & de incertis nihil ſeminario ſoluitur. Hoc comprehendit etiam regulares, qui de incertis nihil ſoluunt. ¶ Antequam fructus taxentur pro rata ſeminario ſoluenda, deducendæ ſunt expenſæ, quæ in beneficijs fiunt. Nullus eſt exemptus à contributione ſeminarij, niſi qui nominatim â Concilio Tridentino excipiuntur.

f ¶ *Quarumcunque Dignitatum.* Declarat Cardinal. Etiam Cardinales cogi poſſunt ad contribuendum ſeminario de fructibus beneficiorum, quæ habent in diœceſi, in qua eſt ſeminarium. Breue S. D. N. conceſſione immunitatis contributionis ſeminarij facta Canonicis regularibus non habet locum, vbi tempore conceſſionis immunitatis prædictæ iam erat ſtabilita taxa, & ſeminarium erat in quaſi poſſeſſione ab eis exigendi.

g ¶ *Præbendarum*. Declaratio Cardin. Neque hoc decreto, neque breui Pij Quinti comprehenduntur diſtributiones quotidianæ â præbendis diſtinctæ, & minus incertæ, quibus nihil exigendum à ſeminario.

h ¶ *Abbatiarum*. Decl. Car. Abbas ſi ſua mercede conductum Theologum habeat qui ſacram Scripturam interpretetur, & grãmaticum, qui literas his ſumptibus deductis, deinde his etiam, qui fiunt non modò in percipiẽdis, & colligendis annuis fructibus, & prouentibus Abbatiæ; ſed etiam in ſuſcipiendis, & proſequendis litibus, quæ ad tuenda iura ipſius Abbatiæ pertinent, verus Abbatiæ redditus æſtimandus eſt, atque talis æſtimationis, & ſummæ, eorumque omnium ſumptuũ, de quibus dictum eſt, habita ratione Abbas contribuere debet ſeminario.

Quãdo Abbatia, ſeu aliud beneficium nullius eſt diœceſis, ſoluitur ſeminario illius diœceſis, in qua alias dicta Abbatia cõſtituta erat: ſi verò Eccleſia, ſeu beneficiũ eſt in vna diœceſi, & bona eiꝰ in altera, cõtributio ſeminarij fieri debet Epiſcopo loci, vbi eſt Eccleſia, niſi bona in altera diœceſi exiſtẽtia ſint, propria alicuius Eccleſiæ ibi cõſtructæ, quæ tanquã membrum ſubiecta eſſet Eccleſię parochiali, aut eidem vnita: quo caſu contributio fieri debet, vbi ſunt bona. Quod etiã declarandũ eſt, ſi Eccleſia iſta vnita, aut ſubiecta conſtructa fuerit ante acquiſitionem ipſorũ bonorum, quia ſic conſta-

Digitized by Google

conſtaret bona fuiſſe prius applicata Eccleſiæ principali, licet verè poſteâ ædificata fuerit alia Eccleſia, contributio fieri debet Eccleſiæ principalis Epiſcopo.

i ¶ *Et Hoſpitalium.* Declara. Cardina. Hoſpitalia ad contributionē ſeminarij non tenentur. ¶ Cōcilium non comprehendit, Hoſpitalia, quæ adminiſtrantur â laicis, & in quibus ſunt bona laicorum ſed ea tantùm, quæ dātur in titulum, vel adminiſtrationē perpetuam, atque ita etiam intelligitur Clementina, Quia contingit, ibi allegata. Idemque Concilium ibidē cogit ad contributionem ſeminarij illas Confraternitates (vt infrâ) quas non nulli vocant ſcholas, quæ habent de bonis Eccleſiaſticis, & intuitu bonorum Eccleſiaſticorum. Hoſpitalia, quæ data non ſunt in titulum, commendam, ſeu adminiſtrationem, non tenentur contribuere ſeminario. Hoſpitalia, quæ non fuerunt data, nec in titulum, neque in adminiſtrationem, modo beneficia annexa redditus, aut Prouentus Eccleſiaſticos non habeant, ſeminario contribuere non tenentur aliquo modo. ¶ Domus Hoſpitalis ſancti Antonij data in commendam debet ſeminario contribuere, licèt non fuerit æſtimata, neque taxata in libris ſacræ Cameræ Apoſtolicæ, quia debent eius bona æſtimari, ac deductis oneribus ſolitis debet cōmendatarius ſeminario contribuere mediam decimam ſecundùm antiquā taxam. Hoſpitale vnius diœceſis habens beneficiū annexū, quod eſt alterius diœceſis, tenetur contribuere pro rata fructuū beneficij annexi ſeminario, quod eſt in diœceſi, in qua ſitum eſt beneficium.

k *Concilij Vienenſis.* Hæc cōſtitutio habetur in Clementina ſecunda, de religioſis domibus, cuius tenor talis eſt.

Quia contingit interdum, quôd xenodochiorum, leproſariarum eleemoſynarum, ſeu Hoſpitalium Rectores locorum ipſorum cura poſtpoſita, bona, res & iura ipſorum interdū ab occupatorum, & vſurpatorum manibus, executere negligunt, quinimô ea collabi, & deperdi domos, & ædificia ruinis deformari permittunt: & non attento, quôd loca ipſa ad hoc fundata, & fideliū erogationibus dotata fuerunt, vt pauperes infectique lepra reciperentur inibi: & ex prouētibus ſuſtentarentur illorum: id renuunt inhumaniter facere prouentus eiuſdem in vſus ſuos damnabiliter conuertentes: cum tamen ea, quæ ad certū vſum largitione ſunt deſtinata fidelium: ad illud debeant, non ad aliud (ſalua quidem Sedis Apoſtolicæ authoritate) conuerti. Nos autem iniuriam, & abuſum huiuſmodi deteſtantes hoc ſacro Concilio approbāte ſancimus, vt hi ad quos id de

iure,

Digitized by Google

iure, vel ſtatuto in ipſorum fundatione locorũ appoſito: aut ex conſuetudine præſcripta legitimè, vel priuilegio Sedis Apoſtolicæ pertinet: loca ipſa ſtudeant in prædictis omnibus ſalubriter reformare, ac occupata, deperdita, & alienata indebitè in ſtatum reduci debitum faciant; & ad ipſarum miſerabilium perſonarum receptionem, & ſuſtentationem debitam iuxta facultates, & prouentus locorum ipſorum Rectores prædictos cõpellere non omittant In quo ſi fortè cõmiſerit negligentiã, vel defectũ Ordinarijs locorum iniungimus, vt etiamſi pia loca prædicta exemptionis priuilegio munita conſiſtant per ſe ipſos, vel alios impleãt omnia præmiſſa, & ſingula: & Rectores eoſdẽ vtique non exemptos propria: exemptos verò, & alios priuilegiatos Apoſtolica ad id, authoritate cõpellãt. Contradictores cuiuſcunque ſtatus, aut conditionis exiſtant, ac præbẽtes eiſdem circa præmiſſa conſiliũ, auxilium, vel fauorem per cenſuram Eccleſiaſticam, & alijs iuris remedijs compeſcendo: nullum tamen pro hoc exemptionibus, ſeu priuilegijs ipſis, quoad alia, præiudicium generando.

§. VT AVTEM PRÆMISSA

Vt autem præmiſſa promptius obſeruentur: nullus ex locis ipſis ſecularibus clericis in beneficium conferatur, etiamſi de cõſuetudine (quã reprobamus penitùs) hoc fuerit obſeruatum, niſi in illorum fundatione ſecùs conſtitutum fuerit: ſeu per electionẽ ſit de rectore locis huiuſmodi prouidendum: ſed eorum gubernatio viris prouidis idoneis, & boni teſtimonij committatur, qui ſciant, & velint, & valeant, loca ipſa, bona eorum, ac iura vtiliter regere, & eorũ prouentus, & redditus in perſonarum vſum miſerabilium fideliter diſpenſare: & quos in vſus alios quos bona prædicta cõuertere præſumptio veriſimilis non exiſtat: in quibus ſub obteſtatione diuini iudicij illorum, ad quos dictorum locorum commiſſio pertinet conſcientias oneramus. Illi etiam quibus dictorum locorum gubernatio, ſeu adminiſtratio committetur, ad inſtar tutorũ, & curatorum iuramentũ præſtare, ac de locorũ ipſorum bonis inuentaria conficere, & ordinarijs, ſeu alijs, quibus ſubſunt loca huiuſmodi, vel deputãdis ab eis annis ſingulis de adminiſtratione ſua teneantur reddere rationem. Quod ſi ſecùs à quoquam fuerat attentatum, collationem, prouiſionem, ſeu ordinationem ipſam carere decernimus omni robore firmitatis.

§. PRÆMISSA VERO.

Præmiſſa verò ad Hoſpitalia Militarium Ordinum, aut Religioſorũ, etiam aliorum extendi minimè volumus, quorum tamen Hoſpitalium Rectoribus in ſanctæ obediẽtiæ virtute mandamus, vt in illis ſecundũ

ſuorum ordinum inſtituta, & antiquas obſeruantias prouidere pauperibus, & hoſpitalitatem debitam in illis tenere procurent, ad quod per ſuperiores eorum arcta diſtrictione cogantur; ſtatutis, aut conſuetudinibus quibuslibet non obſtantibus in præmiſſis.

§. CÆTERVM NOSTRÆ intentionis.

Cæterum noſtræ intentionis exiſtit, quod ſi qua ſunt Hoſpitalia altare, vel altaria, & cimiteria ab antiquo habẽtia, & presbiteros, celebrãtes & Sacramenta Eccleſiaſtica pauperibus miniſtrantes, ſeu ſi parochiales rectores conſueuerint in illis exercere præmiſſa: a tiqua conſuetudo ſeruetur quoad exercenda, & miniſtranda ſpiritualia ſupradicta.

l ¶ *Et beneficiorũ quorumcunque.* Declarat Cardin. Membra, ſeu bona alicuius beneficij poſita in alia diœceſi, tenentur ad contributionem ſeminarij diœceſis, vbi ſitum eſt beneficium, licèt in dictis bonis erecta fuiſſet Eccleſia, poſtquam erant dicti beneficij: beneficia verò vnita contribuere tenentur ſeminario propriæ diœceſis, licèt Eccleſia, cui ſit vnita, ſit in alia diœceſi. Parochiales, quæ ſunt in vna diœceſi licèt ab alio, quã ob ordinario illius diœceſis collatæ ſint, debent contribuere ſeminario diœceſis, in qua ſitæ ſunt. Bona ſita in vna diœceſi, quæ propriè ſint attributa alicui ſacello eiuſdẽ diœceſis, quòd tanquam membrum quoddam ſubiectum, aut vnitum ſit alicui beneficio in altera diœceſi ſito, neque conſtat eadem bona illi beneficio priùs aiecta fuiſſe, quã in eis ædificaretur ſacellum, contribuere debent ſeminario diœceſis, in qua ſitum eſt beneficium, cui illud ſacellum cuius prædicta bona ſunt, vnitum, aut ſubiectũ eſt; quod ſi bona priùs applicata fuiſſent, quàm in eis ædificaretur ſacellum, contributio fieri debet ſeminario loci diœceſis, in cua beneficium eſt conſtitutum. Ex beneficio, quod in diuerſis diœceſibus, habet bona contribuendum eſt Epiſcopo loci, in quo eſt beneficium Eccleſia, niſi bona in alijs diœceſibus poſita ſint propria vnius Eccleſiæ dicti beneficij, quia tunc contribuere debet Epiſcopis locorum, in quibus bona cum ſua particulari Eccleſia ſunt vnita, dummodo tamen Eccleſia ſubiecta, aut vnita conſtructa fuerit, ante acquiſitionem bonorum De contributione faciendo ſeminarijs de bonis beneficiorum, quæ ſunt in diuerſis diœceſibus, declaratum eſt. Primò Eccleſiam habentem prædia, vel bona in alia diœceſi debere ex illis contribuere. Secundò, ſi vnum beneficium annexum ſit alteri,

cum

cum suis bonis in alia diœcesi, illa bona contribuere debere Episcopo loci, vbi sita sunt, cum sua Ecclesia, non obstante annexione. Tertiò, si bona vnius diœcesis sint vnita beneficio alterius diœcesis, siue careant Ecclesia, siue aliquam habeant, quæ tamen non sit domina bonorum, sed ædificata fuerit ad commoditatem incolarum, neque bona sunt ei applicata ab initio, non sequuntur illam Ecclesiam. Imò si sunt vnita alteri beneficio in alia diœcesi, contribuere debent illi Ecclesiæ, cui vnita sunt, vt in primo casu dictum est. Pro contributione seminarij non debet imponi pensio beneficio, sed detrahenda est certa pars ex fructibus eius.

m ¶ *Etiam si nullius diœcesis*. Declarat Cardin. Beneficium nullius diœcesis, soluit seminario illius diœcesis, in quo aliàs beneficium illud constitutum erat.

n ¶ *Etiam exemptis*. Declarat Card. Exempta Monasteria non excusantur à contributione seminarij.

o ¶ *Seu prouentibus*. Declarat Cardin. Non tamen in certis, & aliorum collegiorum, & congregatio censuit hoc intelligendum de secularibus, non regularibus collegijs. Seminario discentium, vel docentium intelligitur seminarium clericorum secularium. Collegij pro eruciendis pueris instituti, quod ex dicto Concilij Tridentini decreto, iã fit seminario applicatum, Ordinarius est administrator, cum onere tamen vt omnia curet exequi, quæ ordinata fuerunt in dicti collegij institutione. An fratres mendicantes ex redditibus suorum monasteriorum seminario contribuere debeant, cum prætendant esse exempta, quia in illis lectionis grammaticæ, & conscientia casuum, pro audiendis confessionibus quotidie habeantur? Congregatio censuit, non esse ob id exẽpta, sed tantum eius impensæ rationem habendam, quę ante Cõcilium fieri solebat pro salarijs horum Lectorum, & ea tanquam æs alienum detrahenda, sed ex reliquo contribuendum seminario ad ratam. Quando monasteria regularium censeantur exempta à contributione seminarij, si ex cõstitutionibus suæ religionis tenetur collegium vniuersitatis propris, expensis singulorum monasteriorum sustentare, hac de causa solebat ante Concilium eosdem prorsus sumptus facere, quos faciunt hoc tempore, æquũ est, vt eorum sumptuum proinde quasi æris alieni, ac legitimi oneris, quod annuis fructibus eiusdem religionis impositum sit, ratio habeatur in taxatione seminarij, ita vt ea deducta, pro reliquis dumtaxat fructibus, qui superant-

persunt, ad ratam partem semina rio contribuant.

p ¶ *Ad communne Ecclesiæ bonũ.* Concord. tex. in cap. de Magist. & cap. cum ex eo, de electione, in 6.

q ¶ *Actu non habentur.* Declar. Card. Monasteria, in quibus actu seminarium non est, tamen contribuunt alteri seminario pro sustentatione scholarium, censentur eodem iure, ac si scholares haberent, propter ea non contribuunt, nisi de redditibus, qui supersunt. Si ante Concilium Tridentinum ex institutis religionis solebant in ipsis monasterijs sumptibus eorum sustentari professores ad docendam monasticam iuuentutem, detrahenda est hæc impensa tanquam æs alienum de reliqua summa, quam eadem monasteria seminario ex præscripto Concilij Tridentini erecto contribuere debent pro rata.

r ¶ *Hæc enim exempta esse voluit.* Declarat Cardin. Tenentur tamen contribuere pro reliquis fructibus deductis impensis seminarij, quæ deducuntur tanquam æs alienum. Legata hac de causa, ut educatur grammaticę, qui [illegible] pauperes litteris in [illegible], intelligetur ex Concilio [illegible], hoc cap. de cætero [illegible] seminario cum o[illegible] illi pueros pauperes, [illegible] tuitur fuisse. Bona, quæ fuerunt applicata alicui collegio propter Christianam educationem miserabilium puerorum, si collegium illud sublatum sit, applicari debent seminario. Relicta pauperibus, deinde ad educationem, & institutionem miserabilium puerorum cuiusdam collegij, quo postea sublato, tandem hospitale aliquod ea lege petuenerunt, vt alicui darentur, qui ad pristinum pietatis vsum, & officia ea conferret, ex decreto Concilij Tridentini seminario attribuere licet, & ei applicata censentur.

s ¶ *Reddituum, qui superfuissent.* Declarat Cardin. Beneficium etiamsi habeat seminarium, tenetur contribuere pro reliquis fructibus, nam impensæ seminarij deducuntur, tanquam æs alienum.

t ¶ *Confraternitatum.* Declarat Cardin. Si tamen aliquod beneficium annexum habeant.

u ¶ *Quæ in nonnullis locis scholæ appellantur.* Declarat Cardin. Non autem ex eleemosynis, & collectis confraternitatum reddi tus consistunt.

a ¶ *Non tamen mendicantium.* Declarat Cardin. Hinc apertè colligitur fratres mendicantes ad seminarij contributionem non teneri, quod procedit si non habent beneficia vnita monasterijs, quia de beneficijs vnitis, si ipsi

solue-

ſoluere debent, habita ratione dumtaxat reddituum dictorum beneficiorum. ¶ Congregatio cenſuit portionem, quam ſeminario legitimè contribuere tenebatur id beneficium, quod vnitum poſteà fuit monaſterijs, vel mendicantium, vel eorum, qui ijſdem ac mendicantes gaudeant priuilegijs, non poſſe ampliùs exigi, propter ea quod beneficij ſtatus mutatus ſit adeptione eorum, quos ex Pij Quinti ſanct. mem. priuilegia ab huiuſmodi onere, ſeminarij exemptos eſſe perſpicuum eſt.

Regularibus non mendicantibus prætendentibus eorum monaſteria exempta eſſe ab hoc onere, ex decreto Concilij, & in illis lectiones Grammaticæ, & caſuum conſcientiæ pro audiendis confeſsionibus quotidie habeantur. Congregatio cenſuit, non eſſe ob id exempta, ſed tantum eius impenſæ rationem habendam, quæ ante Concilium fieri ſolebat, pro ſalarijs omnium Lectorum & tanquam æs alienum detrahendum, de reliquo contribuendum pro ſeminario ad ratam. ¶ Si ignoratur, cuius naturæ ſint bona vnita monaſterio Eccleſiaſtica, vel laicalia donata, vel alias exẽpta à cõtributione ſeminarij obnoxia ſunt, & hoc procedit in Monaſterijs, quę non ſunt Mendicantium: nam in Mendicantium monaſterijs, quæ poſsident bona immobilia, onus probandi, ea eſſe perv nionesacquiſita, in Epiſcopum trãſfertur, quod id non probante ipſa erunt exempta. S D.N. Gregorius XIII. ex ſententia Congregationis declarauit, Equites Hieroſolymitanos non teneri ad cõtributionem ſeminarij pro illis beneficijs, vel Eccleſijs, quæ ad ſuam religionem Hieroſolymitanam non pertinent.

b ¶ *Partem aliquam*. Declar. Cardin. Ad rationem dimidiæ decimæ iuxta taxam antiquam, ſi ſeminarium erit erectum poſt diem. 11. Iulij. 1567. ¶ Pars aut portio vlla pro illis beneficijs, quæ in libris decimarum non reperiuntur, taxata, ſeminario nõ debetur, licet etiam bona reperiantur taxata in libris decimarum, quando beneficia ob pauperatem religioſorum ea obtinentium fuerint facta immunia à ſolutione decimarum, non cõtribuunt tunc ſeminario cauſa ſumptuum ſeminarij tam pro eius ædificatione, quàm pro alendis pueris, & eorum Magiſtris non poteſt Epiſcopus plus dimidiæ decimæ exigere iuxta antiquam taxam. Epiſcopus, qui ante diem decimum Iulij. 1567. re ipſa ſeminarium non erexerit, quandocunque illud exigere cõſtituerit, ab ipſa reali erectione ni

hil eius nomine, vltra dimidiam decimam relatam ad antiquā taxā exigat, & ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo cōpenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eam rationem exigendum erit, niſi tamen clarè appareat, totum illud, quod amplius erit exactum, iam fuiſſe verè conuerſum in præparamenta neceſſaria, aut aliam ſimilem operam ſeminarij, antiqua autem taxa ea eſt intelligenda, quæ in vſu fuerit, antequam alia noua ibidem fuerit. ¶ Beneficia ſimplicia, non autem ſi eſſent ad collationem, & prouiſionem inferiorum. Concilium non decernit vt omnia beneficia ſimplicia vniātur ſeminario, ſed ſi aliquid ideo vnio facta omnium beneficiorum ſimplicium non valet, vt aliàs declarauit Congregatio.

Vniones factæ abſque conſilio eorum quatuor, quos iubet Concilium abhibere non valent. Vniones verò legitimè factæ ſortiri debent effectum, non ſolûm cum vnita contigerit vacare per obitum, ſed etiam cùm per reſignationem, eaque debet Epiſcopus D. Datarium docere. Propoſito dubio in Congregatione Concilij, an beneficium, quod habet bona in diuerſis diœceſibus, teneatur pro ſeminario contribuere ſoli Epiſcopo loci, vbi eſt beneficium & eius Eccleſiæ, an vero pro rata bonorum in diuerſis diœceſibus debeat ſingulis Epiſcopis eorum contribuere? Decretū eſt ex doctrina Ioann. Andreę, Ancarr. & aliorum Doctorum, c. 2. de immun. Eccle. in 6. quod contribuat ſoli Epiſcopo loci, in quo eſt Eccleſia beneficij, niſi bona in alijs diœceſibus exiſtentia ſint propria vnius Eccleſiæ, ibidē, ſuaq́; tanquam mēbrū ſubiecta eſſet, aut vnita principalis Eccleſię beneficij: tūc enim contribuet Epiſcopis locorum, in quibus bona, cum ſua particularis Eccleſia ſubiecta, aut vnita conſtructa fuiſſet ante acquiſitione in ipſorū bonorū: nā ſi cōſtabit bonā prius fuiſſe applicata Eccleſiæ quaſi poſteà in eis cōtractā fuiſſe aliā particularē Eccleſiā, fiet nihilominꝰ pro eis cōtributio Epiſcopo loci principalis Eccleſię.

c *Etiam ante vacationem*. Declara. Cardina. Vt vnio ſi facta non prout ex nunc, ſed in futurum, vt per deceſſum obtinentis, cenſeantur beneficium incorporatū & vnitum ſeminario.

d *Vniones, & applicationes*. Declar. Cardina. illud autem in contributione ſeminarij, ſeruandum eſt, vt prius detrahatur totum id, quod eſt cauſa oneris perpetui, puta quartæ fructuum quæ ſoluitur Cameræ Apoſtolicæ, & ſimilium re ipſa ſolutum erit ab his, qui ſeminario contribuere tenentur.

Digitized by Google

tur. Vniones de beneficijs reſeruatis validæ ſunt, ſi modò factæ fuerint ante ipſorum vacationē, quod ſi poſt factam vacationem reperiantur, nullæ ſint, & prouiſi à Sede Apoſtolica mitti debēt in poſſeſſionem dictorum beneficiorum. Non poteſt Epiſcopus vigore huius decreti applicare, & vnire ſeminario beneficia, quæ reſidentiam requirunt, veluti canonicatus, &c. Nec ea beneficia, quæ ſunt ad inferiorem collationē. Nec canonicatus vniri poſſunt, neque etiā quæ commendata ſunt. Item neque beneficia iuris patronatus etiam Eccleſiaſtici vniri poſſunt ſeminario.

¶ Neque etiā quæ cōmendatæ ſunt. ¶ Neque quæ monaſterijs ſunt vnita, vel annexa. An autem aliquis poſsit ordinari adtitulum ſeminari, cauſa inſeruiendi beneficijs vnitis ſeminario. Congregatio reſpondit, quod ſit, eo ſcilicèt modo, quo ſuprà annotatū eſt in c. 2. ſeſſi. 21. Seminario debent vniri beneficia optima, ſi venit caſus vacationis. Beneficia ſimplicia, quæ per mortem vacarūt, poſſunt vniri per Epiſcopū ſeminario, licèt eſſent reſeruata, vel affectata, niſi tamē alia beneficia ſimplicia, quæ iā vacaſſent in menſe ſuo Epiſcopi, ſcilicet prædicti, & quorū collatio ad Epiſcopum ſpectabat, non ſeminario vniuiſſet, ſed alijs contuliſſet, vel vnionē factam nō continuò enū tiaſſet, vel ſorte exequutioni nō demādaſſet. Epiſcopo Hoſtienſi conceſſum fuit, vt poſsit cogere clericos ad contributionem Collegij, aut ſeminarij, ſed ad finem à Concilio præſcriptum. Item rurale beneficium vniatur ſeminario ad præbendā lectoris ex nunc, prout ex tunc, quandocunque, vel quomodocunque vacauerit, intelligitur vnitum. Item, qui in collegio illo pertriēnium ſtuduerit, habet priuilegia data ipſis Vniuerſitatibus. Epiſcopo Auguſtano propter merita ſua conceſſum fuit, vt Prioratum ſancti Viti vrbis Auguſtanæ ſeminario applicaret. Epiſcopo Herbipolenſi à Gregorio Decimotertio conceſſum fuit, vt monaſterium Monialium deſertum, ne in hæreticorum manus veniret, ſeminario ſuo vniretur, idque fuit factum anno 1582.

e ¶ *Sed pro penſionibus.* Declara. Cardin. Portionarius contribuere debet ſeminario pro rata ad rationē illam quam contribuit titularis. In taxa ſeminario pro penſionibus ſoluenda eſt ea inunda ratio, vt primùm inquiratur, quanta ſit taxa antiqua vnius decimæ, cuius taxæ partē dimidiā beneficiatus perſoluit: expēſionibus, verò remanebit proportioliter habito reſpectu ad verum va-

lorem beneficij, & taxam persolutam hoc modo; vid. si beneficiū in taxa est, pro decima integra, putà ducat. triginta quidem à beneficiato persoluuntur, quæ sunt pars dimidiæ decimæ, attendatur postea ad verum beneficij valorem, nempè ducatorum 90. pensio verò fingatur 60. atque ita ex 30. seminario solutis beneficiatus viginti nomine pensionis, reliqua decem ratione beneficij præstabat.

f ¶ *Compellantur.* Declarat. Cardina. Si verò seminarium fuerit erectum: sed ante erectionem nullus potest cogi ad solutionē. Soluentes pensionem possunt, retinere ratam taxæ debitam pro seminario, vt seminario sit satisfactum.

Seminarium si post decretum de seminarijs erectum est, nō possunt Ordinarij pro illius contributione vltra quam se extendit id decretum quemquam grauare, sed in omnibus decretū est seruandum.

Eadem sessione vigesima tertia, cap. 18 de reform.

Deputātur executores pro erectione, & conseruat. one seminarij. Hoc dicit.

CAPVT XI.

Si Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum Prælati, in hac seminarij erectione, eiusque conseruatione negligentes fuerint, ac suam portionem soluere detrectauerint, Episcopum, Archiepiscopus, Archiepiscopū, & superioris Synodus Prouincialis acriter cerripere, cosque ad omnia suprà dicta cogere debeat, & vt quā primū hoc sanctū, & piū opus vbicunq; fieri poterit, promoueatur studiosè curabit. Rationes autem reddituum huius seminarij Episcopus annis singulis accipiat, præsentibus duobus à capitulo, & totidem à Clero ciuitatis deputatis.

Eadem sessione vigesima tertia. cap. 18. de reform.

Scholasterias, vel aliud quodcunque legendi munus obtinentes tenentur docere iuuenes in seminario existentes. Hoc dicit.

CAPVT XII.

¶ Vt cum minori impensa huiusmodi scholis instituendis prouideatur. statuit sancta Synodus, vt Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alij locorum Ordinarij, scholasterias g obtinentes, & alios, quibus est lectionis, vel doctrinæ munus annexum, ad docendum in ipsis scholis instituendos, per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneos

Digitized by Google

neos substitutos, ab eisdem scholasticis eligendos, & ab Ordinarijs approbãdos, etiam per subtractionem fructuum, cogant, & compellant. Quod si iudicio Episcopi, *b* digni non fuerint, alium, qui dignus sit nominent, omni appellatione remota; quod si neglexerit, Episcopus ipse deputet. Docebunt autem prædicti, quæ videbuntur Episcopo expedire.

SVPER CAPVT XII.

g ¶ *Scholasterias*. Decis. Card. 200. Congregatin Concilij censuit decretum c. 18. sess 23. ver. deinde non comprehendere scholasterias existentes in loco, in quo minimè erigendum est seminarium.

b ¶ *Quod si iudicio Episcopi*. Declarat. Cardin. Ante omnia in seminarijs conducendus est Grammaticus, & Musicus, qui pueros instruant, quorum si reperiantur Iesuitæ, cæteris ante ponendi sunt. Licentias in Sacra Pagina, aut Iure Canonico, in qualibet Vniuersitate approbata non obstat, quod non esset ex illis, qui essent in illa religione, in qua esset Scholasteria.

¶ Eadem sessione vigesima tertia cap. 18. de reform.

Scholasteria non nisi personis ido neis conferantur, & aliter facta pro uisio nulla sit. Hoc dicit.

CAPVT XIII.

¶ De cætero verò officia, vel dignitates illæ, quæ Scholasteria dicuntur, non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in Sacra Pagina, aut in Iure Canonico, & alijs personis idoneis, & qui per se ipsos id munus explere possint, conferantur: & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida; non obstantibi quibuscunque priuilegijs, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

¶ Eadem sessione vigesima tertia. cap. 18. de reform.

In Prouincijs, quæ paupertate laborant, quomodo erigi debeant seminaria. Hoc dicit.

CAPVT XIIII.

Si in aliqua Prouincia, *i* Ecclesiæ tanta paupertate laborent, vt Collegium in aliquibus erigi nõ possit, Synodus Prouincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus suffraganeis in Ecclesia Metropolitana, vel alia Prouinciæ Ecclesia commodiori, vnum, aut plura Collegia, prout opportunum iudicabit, ex fructibus duarum, aut pluriũ Ecclesiarum

rum, in quibus singulis Collegiũ commodè institui non potest, erigenda curabit, vbi pueri illarum Ecclesiarum educentur.

SVPER CAPVT XIIII.

3 *Si in aliqua Prouincia.* Declar. Car. In Ecclesijs vbi adeò tenues sunt redditus, vt huiusmodi seminaria erigi non possint, prouideatur saltem expensis beneficia obtinentium de duobus Magistris, altero grammaticæ, altero musicæ. ¶ An beneficia vnius diœcesis aliàs per sanctissimum Dominum nostrum seminario clericorum alterius diœcesis, in qua existũt, erecto, & instituto; iuxta hoc decretum Concilij, illam portionem soluere cẽseantur, quam vigore eiusdem decreti impositam soluere consueuerunt, qui ante memoratam vnionem, beneficia ipsa intitulum, siue commẽdam per 15. annos obtinuerunt? Congregatio censuit portionẽ detractam, & applicatam seminario non posse auferri, quia vnio, de qua agitur, applicatur tantum illi seminario alterius diœcesis, in qua sunt fructus beneficij vniti, sed non eximi à portione priori seminario debita, & per solui solita: nam ius acquisitum fuit, & non potest tolli nõ obstante Cõcilio illis verbis, nec enim exempta, nam illud habet locum in illis collegijs, & seminarijs, ante Concilium erectis, vel dotatis, & ex talibus non detrahatur portio pro alio seminario: nos verò loquimur quando prius consueuit per solui, & postea subsequuta fuit vnio. Quærebatur, an Fratres mendicantes, Moniales sancti Basilij: & Monachæ Carthusianæ pro grangijs, quæ omnes in ciuitate Hieracẽsi ante annum 1567. pro seminario sine vlla controuersiia contribuerunt, possint etiam hodie cogi ad eandem rationem? Sacra Congregatio Concilij sub die 19. Martij 1587. rescripsit Episcopo Hieracensi, his verbis: *Circa hoc fratres mendicantes esse exemptos ex Concilio hoc cap. Reliquos regulares ex priuilegio fœl. record. Pij Quinti, Moniales tamen teneri, nisi ob earum paupertatem aliqua bona p̃ sideãt, quæ affecta sint absolutioni decimarum.*" ¶ An confraternitates numero 8. quæ oblationes incertas, & maximas habent, similiter contribuere teneantur? Congregatio rescripsit eidem Episcopo prædicto die; confraternitates tantum teneri ratione bonorum Ecclesiasticorum. ¶ An pensiones super curatis, & mensa episcopali, ad rationem simplicium curatorum taxari debeant? Sacra Congregatio rescripsit eidem Episcopo pẽsiones teneri pro rata illius taxæ, quæ, ab Episcopo cum consilio

filio deputatorum, ad scriptum Concilij hoc cap. fuit imposita beneficijs ipsis ex quorum fructibus solauntur pensiones. ¶ An vbi non adsunt præbendæ in Cathedrali distributiones taxari debeãt? Cõgregatio cẽsuit, & rescripsit, eidẽ Episcopo, eodẽdie, nõ taxãdas distributiones quotidianas. An qui habẽt præbẽdã in Cathedrali, & curatum in ciuitate ex dispensatione Apostolica pro distributionibus merè quotidianis. An illustrisimi DD. Cardinales pro Abbatijs, & beneficijs eorũ adsimpliciũ rationẽ sint taxandi? Sacra Congregatio rescripsit eisdem DD. Cardinalibus existimari, etiam eos teneri iuxta taxam ab Episcopo, & deputatis, vt suprà, legitimè factam. An equites Hierosolymitani pro grãgijs contribuant? Congregatio rescripsit eidẽ eodem die, Hierosolymitanos equites non teneri. An Abbatiæ, & beneficia, quæ habent Ecclesias matrices in aliâ diœcesi, contribuant? Sacra Congregatio eodem die rescripsit eieidem, Abbatis, de quibus agitur teneri, si bona quæ habent in diœcesibus, sint propria alicuius Ecclesiæ ibidem sitæ, quæ tanquam membrum subiecta sit, aut vnita Ecclesiæ monasterijs in aliena diœcesi existenti. Sanctissimus Dominus noster Gregorius XIII. relatione Congregationis Concilij audita respondit, quod Episcopus Termularũ, qui erexerat seminarium anno 1575. Sanct. mem. & imposuit taxam secundùm Concilium Prouinciale Benauenti, cùm sit Episcopus in quasi possessione exigendi à toto clero diœcesis, non obstante quòd seminarium fuerit erectum ante prædictum decretum, Episcopum rectè posse exigere taxam impositã die 7. Octobris. 1580. reclamauerat enim Abbas sanctæ Mariæ Montisleonis filiæ eiusdem diœcesis.

Eadem sessione vigesima tertia cap. 18. de reform.

In amplis diœcesibus plura seminaria fieri poterunt. Hoc dicit.

CAPVT XV.

In Ecclesijs amplas diœceses habentibus possit Episcopus vnum, vel plura in diœcesi, prout sibi opportunum videbitur, habere seminaria: quæ tamen ab illo vno, quod in ciuitate erectum, & constitutum fuerit, in omnibus dependeant.

¶ Eadem sessione vigesima tertia. c. 18. de reformat.

gitized by Google

Conſeruatores ſeminariorum, qui eſſe debeant. Hoc dicit.

CAPVT XVI.

¶ Si vel pro vnionibus, ſeu pro portionum taxatione, vel aſsignatione, & incorporatione, aut qualibet alia ratione, difficultatem aliquam oriri contigerit: ob quam huius ſeminarij inſtitutio, vel conſeruatio impediretur, aut perturbaretur: Epiſcopus cum [k] ſuprà deputatis, vel Synodus Prouincialis pro regionis more, pro Eccleſiarum, & beneficiorum qualitate, etiam ſuprà ſcripta, ſi opus fuerit, moderando, aut augendo, omnia, & ſingula, quæ ad fœlicem huius ſeminarij profectum, neceſſaria, & opportuna videbuntur, decernere, ac prouidere, valeat.

SVPER CAPVT XVI.

k ¶ *Cum ſuprà deputatis.* Concordat caput ſi Cathedralium, ſupra eodem.

Item Seſsione vigeſima quarta, c. 12. de refor.

Saltem dimidia pars Canonicatuum conferri debet Magiſtris, ſeu Doctoribus, vel Licentiatis. Hoc dicit.

CAPVT XVII.

¶ Hortatur ſancta Synodus, [l] vt in Prouincijs, vbi id commodè fieri poteſt dignitates omnes, [m] & ſaltem dimidia pars canonicatuum, in Cathedralibus Eccleſijs, & Collegiatis inſignibus conferantur tantùm Magiſtris, [n] vel Doctoribus, [o] aut etiam Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico.

SVPER CAPVT XVII.

l ¶ *Hortatur ſancta Synodus:* Declarat Cardin. Concilium hic hortatur, non præcipit, vt vbi id cõmodè fieri poteſt, dignitates in Cathedralibus Eccleſijs, & Collegiatis inſignibus conferantur tantum Magiſtris, vel Doctoribus, vel etiam Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico.

m ¶ *Digitates omnes.* Declarat Cardin. Principalis dignitas in Eccleſia Collegiata exempta, cui ordinaria iuriſdictio cum omnibus iuribus Epiſcopalibus competit, neceſſariò non debet conferri Doctori vel Licenciato, cũ id nunquam per Tridentinum Concilium caueatur, & hoc non præcipiat, ſed ſolùm hortetur, vt ſuprà dictum eſt c. 2. ſeſſ. 23.

n ¶ *Conferantur tantùm Magiſtris.* Declarat Card. Congregatio cenſui in his; qui Subdiaconi, aut

Diac.

Diaeoni, aut Præsbyteri ſunt, petuntque admitti ad Cathedralis Eccleſiæ canonicatus, qui eum ordinem ſacrum, quem ipſi habent, requirunt, ſibi in forma dignitatum collatos, non opus eſſe examine, quod ad explorandum literaturā pertinet: eos verò, qui ſacros ordines nondum ſuſceperunt, examinandos eſſe, an illa habeant elementa doctrinæ, quæ ex præſcripto Concilij Tridentini neceſſaria ſunt illi ſacro ordini, qui canonicatui, quem conſequi volunt, erit annexus.

b ¶ *Vel Doctoribus.* Deciſ. Car. 86. Congregatio Concilij cenſuit exiſtentibus Doctoribus in capitulo, neceſſariò vnum ex illis in Vicarium eſſe eligendum, alioquin deputationem ad Metropolitanum deuolui.

Item ſeſsione vigeſima quinta, cap. 4. de refor. regul.

Regulares ſtudentes extra Conuentum, ſi deliquerint puniuntur ab Ordinarijs. Hoc dicit.

CAPVT XVIII.

¶ Regulares, qui ſtudiorum cauſa ad Vniuerſitates mittuntur, in conuentibus tantum habitent: alioquin ab Ordinarijs contra eos procedatur. a

SVPER CAPVT XVIII

a ¶ *Alioquin ab Ordinarijs contra eos procedatur.* Concordant decreta, quæ loquuntur de correctione regularium extra Monaſterium degentium: videlicet, c. 2. infr. de priuileg. & c. 1. infr. de accuſationibus.

Eadem ſeſsione vigeſimaquinta, c. 2. de refor.

Vniuerſitatum, ac ſtudiorum generalium maxima cura habenda eſt. Hoc dicit.

CAPVT XIX.

¶ OMNES ij, ad quos Vniuerſitatum, & ſtudiorum generalium cura, & viſitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent, vt ab eiſdem Vniuerſitatibus canones, & decreta huius ſanctæ Synodi integrè recipiantur, ad eorumque normam Magiſtri, & Doctores, & alij in eiſdem Vniuerſitatibus, ea, quæ Catholicæ fidei ſunt doceant, & interpretētur, ſeque ad hoc inſtitutum initio cuiuslibet anni ſolemni iuramēto adſtringant: ſed etſi aliqua alia, in prædictis Vniuerſitatibus correctione, & reformatione digna fuerint ab eiſdē, ad quos ſpectat, pro religionis, & diſci-

plinæ Eccleſiaſticæ aumento emendẽtur, & ſtatuantur. Quæ verò Vniuerſitates immediatè, Sũmi Romani Pontificis protectioni, & viſitationi ſunt ſubiectæ, has ſua Beatitudo per eius delegatos eadem, qua ſuprà ratione, & prout ei vtilius viſum fuerit, ſalubriter viſitari, & reformari curabit.

SVPER CAPVT XIX.

¶ *Studiorum generalium cura.* Declar. Cardin. Decretum eſt, vt fiat Bulla, quæ in omnibus Gymnaſijs lectores omnes iubeat profiteri Catholicam fidem, iuxta tempus à Bulla præfinitum, & eos, qui Doctoratus inſignibus ornandi ſunt, non priùs ornari, quàm ſeruata ſit eorum fides, & vita Catholica, de quibus omnibus fiat proceſſus in forma gratis per promotores in Collegio, antequam approbentur ad ſumptionem gradus. ¶ Epiſcopus debet authoritate propria curare, vt profeſsio fidei iuxta formam Bullæ Pij Quarti fiat ab his, qui in Gymnaſijs diœceſis ſuæ gradus doctoratus depoſcant; in reliquis alijs prædicta Bulla ſeruetur, quæ incipit: *In ſacroſanctæ.* Irriti ſunt doctoratus, in quibus adhibita non fuit profeſsio fidei iuxta Bullam Pij IIII. iam dictam. Idem Pius IIII. per aliam Bullam ad hac fidei profeſsionẽ teneri voluit omnes Doctores, Magiſtros, Regẽtes, & alios quoſcunque artis, & facultatis profeſſores, ſiue clerici, ſiue laici ſint, vel cuiuſcunque Ordinis regulares, qui docere, vel promoueri voluerint. Ordinarij eorum locorum, vbi ſtudia vigent, negligentes à Doctoribus hanc fidei profeſsionem exigere puniendi ſunt. Ad emittendam hanc fidei profeſsionem, tenẽtur omnes docẽtes artes liberales, qui antequã ad docendum admittantur, poſſunt arbitrio Epiſcopi prohiberi, donec de eorum omnibus informationẽ ſuſceperit. Idem dicendũ eſt, de his quibus per aliquam Vniuerſitatem teſtimoniũ cõceditur, & hoc non ſolùm Bullæ Pij IIII. ſed etiam Cõcilij Tridentini decreto conforme eſt. Congregatio cenſuit Bullam Pij Quarti de edenda fidei profeſsione locũ etiam habere in docentibus prima principia Grammaticæ, Arithmeticæ, Muſicæ, & alia rũ artiũ, licet publica Schola nõ faciat informationem, & proceſſum ſummariũ, quantùm Epiſcopo ſufficere videbitur. Quòd verò ad pœnas in eadem Bulla contentas, cenſuit in locis, in quibus non ſunt Gymnaſia publica, dictam Bullam nõ videri eas Ordinarijs impoſuiſſe, ſi patiantur aliquem quo quomodo docere literas, priùs

Digitized by Google

priùs quam fidei professionem faciat. Item per eandem Bullam de suprà dictis omnibus debet fieri summarius processus circa religionem fidemque Catholicam istorum, quantùm Episcopo sufficere videbitur.

De vita, & honestate Clericorum.

TITVLVS SEXTVS.

In Sessione secunda Concilij Tridentini.

De disciplina seruanda ab Episcopis, & ab eorum familiaribus. Hoc dicit.

CAPVT I.

Quoniam oportet *a* Episcopos esse irreprehēsibiles, sobrios, castos, domui suæ benè præpositos, hortatur sancta Synodus, vt ante omnia, quilibet in mensa *b* seruet sobrietatem, moderationemque ciborum: deinde cum in eo loco sæpè otiosi sermones oriri soleant, *c* vt in ipsorum Episcoporum mensis diuinarum Scripturarum lectio admisceatur. Familiares verò suos, vnusquisque instruat, & erudiat, ne sint rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemi, & voluptatū amatores, vitia demum fugiāt, & virtutes amplectantur, & in vestitu, & cultu, & omnibus actibus honestatem præseferant, sicut decet ministros ministrorum Dei.

De vita, & honestate Clericorum.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Episcopos esse irreprehensibiles.* Concor. Apostolus 1. ad Timotheum 3.

b ¶ *Seruet sobrietatem.* Concordat Apostolus in epist. ad Titum 1. & 1. Timoth. 3. cap. fin. 2. q. 7. Concil. Tolet. III. cap. 7. Concil. Rhem. c. 17. Euseb. Pap. in 4. decret. c. exemplo. inf. eod. Euse. I. epist. 3.

c ¶ *In ipsorū Episcoporum mēsis.* Concor. Euseb. Pap. I. epist. 3.

¶ Eadem sessione secunda.

De mitissima verborum prolatione in Synodo obseruanda. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ In sententijs dicendis, *d* iuxta Toletani Concilij statutum, in loco benedictionis confidentibus Domini sacerdotibus nullus debeat, aut immodestis vocibus perstrepere, aut tumultibus perturbare, nullis etiam falsis vanisve, aut obstinatis disceptationibus contendere: sed quid-

Digitized by Google

quid dicatur, sic mitissima verborum prolatione temperetur, vt nec audientes offendantur, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

SVPER CAPVT II.

d ¶ *In sententijs dicendis.* Concordat Concilium Tolet. XI. c. 1. Concilium Constant. sessio. 1. in princ. cap. in loco, 5. q. 4. Concil. Tolet. IIII. c. 3.

¶ Item Sessione sexta, cap. 1. de refor.

Maioribus Ecclesijs praefecti admonentur vigilare, & ministerium suum implere. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ OMNES Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesijs, quibuscunque, quouis nomine, ac titulo praefectos monet sancta Synodus, ac monitos esse vult, vt, *e* attendentes sibi, & vniuerso gregi, in quo Spiritus sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, vigilent, sicut Apostolus praecipit, *f* in omnibus laborent, & ministerium suum impleant.

SVPER CAPVT III.

e ¶ *Attendentes sibi.* Ita habetur Actu 20.

f ¶ *Apostolus praecipit.* Concordat 2. Timoth. 4. Ioan. 10. cap. sit tector, 43. d. cap. aduersus, 7. q. 1. c. nisi, de renunt.

¶ Item Sessione decima quarta, de refor. in prin.

Maximè cauendum est Episcopis, ne Clerici inhonestam vitam ducant. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

¶ CVM propriè Episcoporum munus sit, *g* subditorum omnium vitia redarguere, hoc illis praecipuè cauendum erit, ne clerici, praesertim ad animarum curam constituti, criminosi sint, nèue inhonestam vitam ipsis cõniuentibus ducant: nam si eos prauis, & corruptis moribus esse permittant, quo pacto laicos, *h* de ipsorum vitijs redarguent, qui vno ab eis sermone conuinci possent, quòd clericos ipsis patiantur esse deteriores? Qua etiã libertate laicos corripere poterunt sacerdotes, *i* cum tacitè sibi ipsi respõdeant, eadem se amisisse, quae corripiunt? Monebũt propterea Episcopi suos clericos in quocunque ordine fuerint, vt con-

conuersatione, sermone, & scientia cõmisso sibi Dei populo præeant; memores eius, quod scriptũ est: k *Sancti estote, quia ego Sanctus sum.* Et iuxta Apostoli vocẽ: l *Nemini dent vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium eorum: sed in omnibus exhibeant se sicut ministros Dei*: nec illud Prophetæ dictum *m* impleatur in ei; Sacerdotes Dei contaminant sancta, & reprobant legem.

SVPER CAPVT IIII.

g ¶ *Episcoporum munus sit.* Cõcordat Concil. Tolet. IX. in principio, cap. 1. & cap. omnes, inf. de accusat. cap. irrefragabili, in prin. de officio Ordinarij.

h ¶ *Quo pacto laicos.* Concord. Aposto. in Epist. 1. ad Cor. 9. c. quid autem, 8. q. 1.

i ¶ *Corripere poterunt.* Concordat tex. in c. vlt. 25. distinctione, cap. vna tantum, 26. distinct. cap. sicut hi, 9. necesse, 47. distinct. c. in sacerdotibus, 61. dist.

k ¶ *Quod scriptum est.* Leuiti. 11. & 1. Petri. 1. & cap. proposuisti, 81. distinct.

l ¶ *Iuxta Apostoli vocem.* Quę habetur in epist. 2. Corint. 6. cap.

m *Illud Prophetæ dictum.* Concordat illud Ezechiel. cap. 22. *Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerũt sanctuaria mea.* Et illud Soph. *Sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniustè egerunt contra legem.*

Eadem sessione decima quarta, c. 6. de refor.

Clerici coerceri debent ab Episcopis ad deferendum habitum clericalem honestum, & illorum ordini congruẽtem. Hoc dicit.

CAPVT V.

¶ Quia (& si habitus non facit Monachum) *n* oportet tamẽ clericos vestes proprio congruẽtes ordini semper deferre, vt per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant: tanta autem hodie aliquorum inolevit temeritas, religionisque contemptus, vt propriam dignitatem, & honorem clericalem parui pendentes, o vestes etiam deferant publicè laicales, pedes in diuersis ponentes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus: propterea omnes Ecclesiasticæ personæ, quantumcunque exemptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personat9 officia, aut beneficia qualiacunque Ecclesiastica obtinuerint, si postea quàm ab Episcopo suo, etiam per edictum publicum, moniti fuerint honestum habitum clericalem illorum ordini, ac dignitati congruentem, & iuxta

& iuxta ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus redditibus, & prouentibus ipsorum beneficiorum, necnon si semel correpti, denuò in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum & beneficiorum huiusmodi coerceri possint & debeant constitutionem Clementis V. in Concilio Vienensi editam, quæ incipit: *Quoniam*, innouando, & ampliando.

SVPER CAPVT V.

n ¶ *Oportet tamen clericos.* Concordat Concil. Matiscon. c. 3.

o ¶ *Vestes etiam.* Concordat text. in cap. prorrectum, & cap. ex parte, de regularibus, c. vltim. 41. dist.

p ¶ *Constitutionem Clementis V.* Hæc constitutio habetur in Clementin. 2. de vita, & honestate clerico. cuius tenor talis est. *Quoniam, qui abiectis vestibus proprio congruentibus ordini alias assumere, & in publico portare rationabili causa cessante præsumit: professorum illius Ordinis prærogatiua se reddit indignum: præsenti constitutione sancimus, quod quicunque clericus virgata, vel partita veste publicè vtetur (nisi causa rationabilis subsit) si beneficiatus extiterit, per sex menses à perceptione fructuum beneficiorũ, quæ obtinet sit eo ipso suspensus. Si verò beneficiatus non fuerit, in sacris tamen ordinibus citra sacerdotium constitutus per idem tempus reddatur eo ipso inhabilis ad Ecclesiasticum beneficium obtinendũ. Idem quoque censemus de clericis alijs vestem talem simul, & tonsuram deferentibus publicè clericalem. Dignitatem verò, personatum, seu beneficium aliud obtinens, cui cura immineat animarum, necnon cæteri in sacerdotio constituti, ac religiosi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinseci morum intrinsecam honestatem ostendere: si (præter quam ex causa rationabili) publicè vestem ferant huiusmodi, aut infulam, seu pileum lineum publicè portent in capite: sint eo ipso beneficiati videlicet à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent suspensi per annum. Cæteri verò sacerdotes, & religiosi quilibet per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcunque beneficium Ecclesiasticum obtinendum. Sed & tales, & cæteri quicunque clerici vtentes epithogio, seu tabardo foderato vsque ad horam, ita breui quod vestis inferior notabiliter videatur, epithogium ipsum seculares clerici, & religiosi administrationem habentes teneantur infra mensem dare pauperibus. Cæteri verò religiosi administrationem non habẽtes: infrà istud tempus illud teneantur suis superioribus assignare in pios vsus aliquos conuertendũ. Alioquin*

beneficiorum

beneficiati ſuſpenſionis, cæteri verò inhabilitatis pœnas prædictas per idem tempus ſe nouerint incurriſſe. Huic inſuper adijcimus ſanctioni: vt clerici præſertim beneficiati caligis ſcacatis rubeis, aut viridibus publicè non vtantur.

¶ Item ſeſſione vigeſima ſecunda, cap. 1. de refor.

Quæ aliâs de clericorum vita, & honeſtate ſancita fuerunt, eadem in poſterum eiſdem pœnis, vel maioribus, arbitrio Ordinarij imponendis, obſeruentur appellatione executionem non impediente. Hoc dicit.

CAPVT VI.

¶ Nihil eſt, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicarunt. Cùm enim à rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquam ſpeculum, *q* reliqui oculos conijciunt, ex iiſque ſumunt quod imitentur. Quapropter ſic decet omninò clericos in ſortem Domini vocatos, vitam moreſq; ſuos omnes componere, vt habitu, geſtu inceſſu, ſermone, alijſq; omnibus rebus, nihil niſi graue, moderatum, ac religione plenū præſeferant, leuia etiam delicta, quæ in ipſis maximè eſſent effugiant, vt eorum actiones, cunctis afferant venerationem. Cùm igitur quò maiori in Eccleſia Dei & vtilitate, & ornamento hæc ſunt, ita etiam diligentiùs ſint obſeruanda; ſtatuit ſancta Synodus, vt qui aliàs à Summis Pontificibus, & â ſacris Concilijs de clericorum vita, honeſtate, culto, doctrinaque retinenda, ac ſimul de luxu comeſſationibus, choreis, aleis, luxibus, ac quibuſcunque criminibus, necnon ſecularibus negotijs fugiendis copioſe, ac ſalubriter ſancita fuerunt, eadem in poſterū ijſdem pęnis vel maioribus arbitrio Ordinarij imponēdis obſeruentur: nec appellatio *ſ* executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet ſuſpendat. Si qua verò ex his in deſuetudinem abijſſe compererint: ea quam primum in vſum reuocari, & ab omnibus accuratè cuſtodiri ſtudeant, non obſtantibus conſuetudinibus quibuſcunque ne ſubditorum neglectæ emendationis ipſi condignas, Deo vindice, pœnas perſoluant.

SVPER CAPVT VI.

q ¶ *In eos tanquam ſpeculum.* Concordat illud Matthæ. 5. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, &c.* Et illud ad Tit. 2. *In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum.* Et tex. in c. qualiter in 2. de accuſat, cap. clericus, 21. diſtin.

r ¶ *Quæ*

Digitized by Google

r ¶ *Quæ aliàs à Summis Pontificibus.* Videlicet in iure veteri per omnes titulos de vita, & honestate Clericorum, cap. Non oportet, in 2. de consecratione, dist. 5. cap. Canonum, 14. quæst. 3. cap. Credo, 21. quæst. 3. Conc. Carth. I. can. 6. & Carth. III. c. 15. Concil. Chalced. can. 2. Concil. Arel. II. c. 14.

s ¶ *Nec appellatio.* Concordat cap. Episcopi, infr. de accus. cap. 1. infra, de appellationibus.

Item sessione vigesima quarta cap. 12. de refor.

De disciplina eorum, qui Ecclesijs Cathedralibus, aut Collegiatis inseruiunt. Hoc dicit.

CAPVT VII.

¶ Obtinentes in Ecclesijs Cathedralibus, aut Collegiatis, Dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones vestitu decẽti, tam in Ecclesia, quàm extra assiduè vtantur: t ab illicitisque venationibus, aucupijs, choreis, tabernis, luxibusque abstineant: atque ea morũ integritate polleant, vt meritò Ecclesiæ senatus dici possit.

SVPER CAPVT VII.

t ¶ *Assiduè vtantur.* Concord. Concil. Turonen. III. cap. 8. Cõcil. Agat. c. 55. c. Episcopum, 34. dist. cum simil.

Item sessione vigesima quinta, cap. 1. de refor. in communi.

Episcopi ita mores suos componant, vt reliqui ab eis virtutum exẽpla petere possint. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

¶ Optandum est, vt ij, qui Episcopale ministeriũ suscipiunt, quæ suæ sint partes, agnoscant: ac se non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, sed ad labores, & solicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant. Nec enim dubitandum est, u & fideles reliquos ad religionem innocentiamque facilius inflammandos, si præpositos suos viderint, non ea, quæ mũdi sunt, sed animarum salutem, ac cœlestem patriam cogitantes. Hæc cũ ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam præcipua esse sancta Synodus animaduertat, admonet Episcopos omnes, vt secum ea sæpè mediantes, factis etiam ipsis, ac vitæ actionibus, quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus, se muneri suo conformes ostendant: in primis verò ita mores suos omnes componant, vt reliqui ab eis fragilitatis, modestiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere-

topere commendat Deo, sanctæ humilitatis, *a* exempla petere possint.

SVPER CAPVT VIII.

a ¶ *Nec enim dubitandum est.* Concordat text. in cap. magnæ de voto. cap. qualiter in 2. de accusatio. cap. præcipuè. 11. quæst. 3. capit. 1. sup. de ætate, & qualitate.

a ¶ *Sanctæ humilitatis.* Concordant plurima sacræ Scripturæ loca, videlicet Psalm. 101. Ecclesiast. 3. 35. & 66. Math. 10. & 18. Esai. 66. cum similibus.

Eadē sessione vigesimâ quinta, c. 1. de refor. in commu.

Totum vitæ genus Episcoporum debet sanctitatem præferre. Hoc dicit.

CAPVT IX.

Exemplo Patrū nostrorū, *b* in Cōcilio Carthagin. sancta Synodus non solùm iubet, vt Episcopi modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint, verùm etiā in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueāt, nequid appareat, quod â sancto hoc instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum cōtemptum præseferat.

SVPER CAPVT IX.

b ¶ *Exemplo Patrum nostrorum.* Concordat Concil. Carthagin. IIII. c. 15. Cōc. Tolet. III. c. 7. c. Episcopus. 41. distin. cap. pro reuerentia. 44. distinct.

Eadē sessione vigesima quinta. cap. 1. de refor. in cōmuni.

Res Ecclesiasticæ consanguineis Episcoporum conferri non debent, nisi ad sit paupertatis titulus, Hoc dicit.

CAPVT X.

¶ Omninò sancta Synodus Episcopus interdicit, *c* ne ex reddit. bus Ecclesiæ cōsanguineos, familiaresve suos augere studeant: cum, & Apostolorum canones *d* prohibeāt, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donēt: sed si pauperes sint, ijs, vt pauperibus distribuant: eas autem non dissipent, nec dissipent illorum causa: imò quàm maximè potest, eos sancta Synodus monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, vnde multorum malorū in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant.

SVPER CAPVT X.

c ¶ *Episcopis interdicit.* Concor-

dat Concil. Antioch. cap. 25. cap. quisquis, cap. sint manifestè, cap. Episcopus, cap. res Ecclesiæ, cum sequentibus, 12. q. 2.

d ¶ *Apostolorum canones.* Videlicet can. Apost. 39. & 75.

¶ Eadem sessione vigesima quinta, c. 1. de refor. in commu.

Iura suprà dicta etiam ad Ecclesiæ Cardinales pertinere. Hoc dicit.

CAPVT XI.

¶ Quæ de Episcopis dicta sunt, eadem non solùm in quibuscunque beneficia Ecclesiastica, tàm sæcularia, quàm regularia obtinentibus pro gradus sui conditione obseruari, sed & ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales e pertinere decernit: quorum consilium apud sanctissimum Romanum Pontificem, cum ijs vniuersalis Ecclesiæ administratio nitatur, nefas videri potest, non ijs etiam virtutum insignibus, ac viuendi disciplina eos fulgere, quæ meritò omnium in se oculos conuertant.

SVPER CAPVT XVI.

e ¶ *Ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales.* Concordat Concil. Lateranen. sub Leo. X. sess. 9. de refor. Curiæ.

De clericis coniugatis.

TITVLVS SEPTIMVS.

In sessione vigesima tertia Cõcilij Tridentini, c. 6. de refor.

Innouatur quædam Constitutio Bonifacij VIII. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ In Clericis coniugatis seruetur constitutio Bonifacij Octaui, f quæ incipit, *Clerici, qui cum vnicis*: modò hi clerici, alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ seruiant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura vtũtur: g nemini quoad hoc priuilegio, vel consuetudine, etiam immemorabili, suffragante.

De clericis coniugatis.

SVPER CAPVT I.

f ¶ *Constitutio Bonifacij VIII.* Hæc constitutio refertur in cap. vni, de clericis coniugatis, in sexto, cuius tenor talis est.

Clerici, qui cum vnicis, & virginibus contraxerunt, si tonsuram, & vestes deferant clericales priuilegium retineant canonis ab Innocentio Papa Secundo prædecessore nostro editi in fauorem totius ordinis cle-

clericalis. Et cum iuxta Parisiense Concilium, nullus clericus distring', aut condemnari debeat à iudice seculari: præsenti declaramus edicto huiusmodi clericos coniugatos pro commissis ab eis excessibus, vel delictis trahi non posse criminaliter, aut ciuiliter, aut ad iudicũ seculare: nec ab ipsis secularibus iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecunialiter (nec per vnam viam concedatur eisdem iudicibus: quod per aliam denegatur) vllatenus condemnari. In ceteris autem, vel nisi vt præmittitur tonsuram, vel vestes deferant clericales, etiam in præmissis eos gaudere nolumus, priuilegio clericali.

g ¶ *Clericali habitu, & tonsura vtantur.* Declaratio. Cardinal. Censuit Congregatio clericorum coniugatorum, qui post dimissum habitum, & tonsuram clericalem pro delicto aliquo in Curia laicali, cap. citatus, in cõtumaciã cõdẽnatus fuerit, si deinde re assumpto habitu, & tonsura (modò non in fraudem) Ecclesiæ inseruiat, iuxta hoc decretum non posse à iudice laico propter id delictum in carcerem conijci, aut personaliter adstringi. Facit cap. si iudex laicus, de sententia excommunicationis, in 6. Oldrald. consil. 2. ¶ Quidam clericus characterе insignitus beneficium Ecclesiasticum obtinuit, cui postea animo vxorem ducendi vna cum clericatu renuntiauit, deinde non secuto matrimonio clericalem habitum reassumpsit, & aliud beneficium exigui redditus adeptus est: dubitatur, an gaudeat priuilegio fori? Congregatio die 11. Iunij 1875. censuit gaudere: quia clericali priuilegio renuntiare non potest, cum in fauorem totius ordinis renuntiatum sit, cap. si diligenter, & ibi glos. de foro comp. Dec. in cap. tua, de apost. Rolan. consil. 4. volum. 1. num. 9. ¶ Episcopus authoritate sua ordinaria cum sibi subdito viro bigamo, qui aliàs cum duabus virginibus successiuè legitimum matrimonium cõtraxerit, & consummauerit, & modò defunctæ sunt, dispensare non potest, vt primam tonsuram & beneficia simplicia à se vel alijs accipiat. Ita censuit Congregatio die 30. Ianuarij.

De clericis peregrinis.

TITVLVS OCTAVVS.

In sessione vigesima tertia Cõcilij Tridentini, c. 16. de refor.

CAPVT VNICVM.

Nullus clericus peregrinus *h* sine comendatijs sui Ordinarij literis, *i* ab vllo Episcopo ad diuina celebranda, & sacramenta administranda admittatur. *k*

De Clericis peregrinis.

SVPER C. VNICVM.

b ¶ *Nullus Clericus peregrinus.* Concordat Conc. Carthag. I. c. 5. & Cartha. II. c. 28. & Laodic. c. 41. & 42. cap. Fraternitati, de Cleri. non resid. cap. Extraneo. cum duobus seq. 71. dist.

a ¶ *Sine commendatitijs sui Ordinarij literis.* Decis Cardin. 189. Cõgregatio Concilij censuit ias cõcedendi literas, commendatitias, sine quibus ex decreto Concilij cap. 16. sessio. 23. clericus peregrinus ad diuina celebranda, & sacramenta administranda admitti nõ debet, esse obtinendas ab eo, qui huiusmodi clerici Ordinarius fuerit. Item declar. Card. Neque possent cogi ordinati ad titulum patrimonij, qui in certis diebus vagantur, vt deseruiant aliquibus diebus Ecclesijs, veluti diebus festiuis.

K ¶ *Ad sacramenta administrãda.* Decis. Card. 77. Congregatio Concilij censuit Episcopũ posse admittere sacerdotes exteros habẽtes literas dimissorias suorũ Ordinariorũ ad sacramẽta administranda, dummodo illi verè idonei sint. ¶ Item decis Cardin. 125. An Episcopus loci Ordinarius possit prohibere, ne regulares in eorum Ecclesijs, sacerdotes seculares exteros diuina officia celebrare permittant, nisi prius ab ipso Episcopo visis literis cõmendatitijs ipsi sacerdotes admissi fuerint. Congregatio Concilij censuit posse.

De Clericis non resident. in Eccles. vel præb.

TITVLVS NONVS.

In sessione sexta. Conci. Trid. cap. 1. de reform.

Prælati non residentes minimè prosſunt, ministerium suum adimplere. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ IMPLERE suum ministerium Cathedralibus Ecclesijs præfecti nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant; atque ouium suarum quarum sanguis de eorum est manibus à supremo iudice requirendus, a custodiæ minimè incumbant: cum certissimum sit non admitti pastoris excusationem, si lupus oues comedit, & pastor nescit.

De

Digitized by Google

De Clericis non reſidentibus.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *A ſupremo indice requirendos.* Concordat Scriptura ſacra. Ezech. 3. & 33. & text. in c. Epheſijs, 43. d. c. 1. 13. q. 1. cap. eadem, ſup. de ætate, & qualitate.

i ¶ Eadem Seſsione ſexta. cap. 3. de reform.

Innouantur antiqui canones aduerſus non reſidentes promulgati: & rurſus decernitur modus procedendi contra Epiſcopos abſentes. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ QVIA nonnulli, quod vehementer dolendum eſt, hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam ſalutis immemores, terrenaque cœleſtibus, ac diuinis humana præferentes, in diuerſis Curijs vagantur, aut in negotiorum temporalium ſolicitudine ouili de relicto, atq; omniũ ſibi commmiſſarum cura neglecta, ſe detinent occupatos, placuit ſacro ſanctæ Synodo antiquos Canones, b qui temporum, atque hominum iniuria penè in deſuetudinem abierunt, aduerſum non reſidentes promulgatos innouare quemadmodum virtute præſentis decreti innouat, ac vlterius pro firmiori eorũdem reſidentia, & reformandis in Eccleſia moribus, in hunc, qui ſequitur, modum ſtatuere, atque ſancire. Si quis à Patriarchali Primatiali, Metropolitana, ſeu Cathedrali Eccleſia ſibi quocũq; titulo, cauſa nomine, ſeu iure cõmiſſa, quacunque, ille dignitate, gradu, & præeminentia præfulgeat, legitimo impedimento, ſeu iuſtis & rationabilibus cauſis c ceſſantibus ſex mẽſibus continuis extra ſuã diœceſim morãdo ab fuerit, quartepartis fructuũ vnius anni, fabricæ Eccleſiarum, pauperibus loci perſuperiorẽ Eccleſiaſticum applicãdorũ, pœnam ipſo iure incurrat. Quod ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia perſeuerauerit aliam quartã partẽ fructuum ſimiliter applicandam eo ipſo ammitat. Creſcente verò cõtumacia, vt ſeueriori ſacrorum canonum cenſuræ ſubijciatur, Metropolitanus, ſuffraganeos Epiſcopos abſentes, Metropolitanũ verò abſentem ſuffraganeus Epiſcopus antiquior reſident, pœna interdicti ingreſſus, Eccleſiæ eo ipſo incurrenda infra tres menſes per literas, ſeu Nuntium Romano Pontificĩ denuntiare teneatur: qui in ipſos abſentes, prout cuiuſque maior, aut minor, contumacia exegerit, ſupremæ,

mæ, sedis autoritate animaduerterе, & Ecclesijs ipsis de pastoribus vtilioribus *d* prouidere poterit, sicut in Domino nouerit salubriter expedire.

SVPER CAPVT II.

b ¶ *Antiquos canones*. Videlicet c. peruenit cum multis seq. 7. q. 1. de cler. non resid. per totum. c. cum ex eo. de elect. in 6.

c ¶ *Iustis & rationabilibus causis*. Quæ autem sint huiusmodi causę habens inf. eodem tit. cap. cum Christiana, & cap. quoniam cum ibid. allegatis.

d ¶ *De pastoribus vtilioribus*. Concordat tex. in c. ex tuæ, de cler. non residen. & cap. quoniam, §. porrò, vt lite non contest.

Eadem sessione sexta. cap. 2. de reformat.

Indulta perpetua de non residendo reuocantur: temporalia verò ex rationabilibus causis cõcessa, deputatis idoneis Vicarijs, suum robur obtineant. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Episcopis inferiores, *e* quæuis beneficia Ecclesiastica personalem residentiam *f* de iure, siue consuetudine exigentia, in titulum, siue commendam *g* obtinentes, ab eorum Ordinarijs quemadmodum eis pro bono Ecclesiarum regimine, & diuini cultus augmento, locorum, & personarum qualitate pensata, *h* expediens videbitur, *i* opportunis iuris remedijs residere cogantur, *k* nullique priuilegia, seu indulta perpetua, de non residendo aut de fructibus in absentia percipiendis suffragetur. Indulgẽtijs verò, & dispẽsationibus tẽporalibus, ex veris, & rationabilibus, causis *l* tãtũ concessis, & coram Ordinario legitimè probandis, in suo robore permansuris, quibus casibus nihilominus officium sit Episcoporum tanquam in hac parte à Sede Apostolica delegatorum, prouidere, *m* vt per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur; nemini, quoad hoc priuilegio, seu exemptione quacunque suffragante.

SVPER CAPVT III.

e ¶ *Episcopis inferiores*. Declar. Card. De residentia parochorum vide similiter, vt inf. nam circa residentiam attenditur dispositio d. cap. primo, sessione 23. de reforma.

f ¶ Per-

Digitized by Google

f ¶ *Personalem residentiam.* Declar. Card. Obtinens beneficium licet ad sit titulus alicuius Sancti, dummodò sit simplex, non tenetur in eo residere, neque eum ad residentiam potest cogere Episcopus.

g ¶ *In titulum siue commendã.* Declar. Card. Quando Abbatia, cura & conuentu caret, non est Abbas cogendus residere. Item declar. Card. Commendatarij nõ tenentur residere, primò si monasteria carent omni prorsus cura & conuentu: Secundò, si habeant tantùm iurisdictionem temporalem. Tertiò, si cura animarum sacramentalis sõli cõuentui incumbit, non autem personæ commẽdatarij. Quartò si iurisdictionem spiritualem, quam ex concessione Sedis Apostolicæ habent, nõ possint actu exercere, quia de facto prohibẽtur. Quintò amplius quãquã iurisdictionem spiritualẽ exerceant, non ideò tamen tenetur residere ex hoc Concilij decreto sess. 9. c. 1. ver. eadem omni nò. Quod licet exprimat de curatis, & alijs quibuscunq; beneficijs animarum curam habentibus: quæ verba ad solam quoque iurisdictionem spiritualẽ referri possent. c. dudũ, & c. multa, & extrauag. execrabilis. d. c. super eo: tamen intelligendum est de sola curã animarum sacramentali, & ideò, qui solam curam iurisdictionis spiritualis habent, nõ comprehenduntur in decreto, neque pœnis in eo inflictis subiacent, sed tantum potuerunt cogi residere, prout ante Concilium tenebantur ad terminos, c. dudũ. 20. & d. c. super eo, & d. extrauag. execrabilis, ad quod etiã ius vetus videtur Cõciliũ alibi se retulisse, sess. 6. c. 20. Si verò cura animarũ sacramẽtalis, seu Monachprũ, seu personarum secularium, incumbit personis commendatariorum, tenebuntur, residere ex decreto Cõcilij sess. 13. c. 1. Itẽdecis. Car. 166. Cõgregatio Cõcilij cẽtuit, Cõmẽdatarios Abbatiæ curam iurisdictionalem tantùm, non autem sacramentalem habentes, nullo Cõcilij decreto ad residentiam adstringi, neq; si non resideant, pœnis ab eo non residentes constitutis arceri.

h ¶ *Locorum, & personarum qualitate pensata.* Decl. Cardin. Nulli tamen est adijciendum onus extra fundationem beneficij, aut cõsuetudinem.

i ¶ *Expediens videbitur.* Decla. Card. Per hoc non datur facultas ordinarijs dispensandi à residentia ex quauis ratione.

K *Residere cogantur.* Decl. Card. Prouisus ab inferiori collatore de beneficio personalem residentiam requirente, compellendus est per Ordinarium ad residendum. Habens Archidiaconatum

tum Palant. in eo, tanquam in digniori loco residere debet; & ibi residens potest percipere omnes fructus Thesaurariæ Legion. præter quam distributiones quotidianas, in quas, si Thesaurariæ ipsius ex decreto Concilij sess. 21. c. 3. esset conuersa tertia pars; illa ab eo percipere non potest, nisi ibi resideret, atque inseruiret. Episcopus obtinens beneficia simplicia non potest cogi ad aliquod personale seruitium suis beneficijs impēdēdū, cum ex antiquissima consuetudine totius Ecclesiæ, nō teneantur, nisi ad officium recitandum. Episcopus non debet quem cogere in beneficio simplici residere. ¶ Episcopus non potest cogere obtinentem capellaniam, vt ipsemet celebret, licèt in eius fundatione disponatur, quòd Rectores celebrēt Missam: rectè per substitutum satisfit.

l Rationabilibus causis. Decl. Car. Canonicus Capuanus fuit per anū excusatus à residentia ex Congregationis declaratione, dummodò eo tempore in loco viciniore habitaret, & qđ inimicitiæ essent sine eius culpa ortæ. Alius Canonicus Aretinus, qui fideiussérat de recedendo ab vrbe, fuit à residentia, fideiussione durante similiter excusatus, & inhibitum Ordinario, ne contra eum procederet.

m ¶ *A Sede Apostolica Delegatorum prouidere.* Concordat text. in c. cum ex eo, de elect. in. 6. c. beneficium, de regul. in. 6. & c. Ordinarij inf. de plural. benef. & ca. beneficia. inf. de accusat. Conc. Sard. c. 14. Elibertin. c. 21. & c. cū Christiana, inf. eod. c. fin. infr. de præb.

Item sessione vigesima prima, c. 3. de reform.

Tertia pars fructuum quorumcunque beneficiorum debet conuerti in distributiones quotidianas, pro his qui diuinis intersunt in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

¶ CVM beneficia *n* ad diuinum cultum, atque Ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte minuatur diuinus cultus, sed ei debitū omnibus in rebus obsequium præstetur, statuit sancta Synodus, in Ecclesijs tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones, *o* quotidianæ, vel ita tenues, *p* vt verisimiliter negligātur, *q* tertiam partē fructuum, *r* & quoruncūque prouētuūm, & obuentionum, tam dignitatum, quàm Canonicatum, / personatuum, portionum & officiorum separari debere, & in distributiones quotidianas conuerti, e

que

quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros diuinis interessentes proportionabiliter, *m* iuxta diuisionem ab Episcopo, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione facienda diuidantur: saluis tamen consuetudinibus earū Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non seruientes, nihil vel minus tertia parte percipiūt: non obstantibus exemptionibus *a* ac alijs consuetudinibus, etiam immemorabilibus, *b* & appellationibus quibuscunque. Crescente non seruientium contumacia, liceat contra eos procedere, *c* iuxta Iuris, ac sacrorum Canonum dispositionem. *d*

SVPER CAPVT IIII.

n ¶ *Cum beneficia.* Decis. Card. 10. Congregatio Cōcilij censuit, scribendum ad Archiepiscopū, à decreto, quo Episcopus exequutus decretum Concilij, cap. 3. sessi. 21. tertiam partem fructuum præbendarum in distributiones quotidianas conuertit, nō dari appellationem ad effectuū suspensiuum. ¶ Item decis. Cardin. 28. Congregatio Concili censuit, vigore Concilij non posse conuerti in distributiones tertiā partem reddituum beneficij simplicis. ¶ Item decis. Cardinal. 29. Congregatio Concilij censuit, detractionem tertiæ partis ex fructibus præbendarum, ac dignitatum faciendam, ex cap. 3. sess. 21. & conuertendum in distributiones quotidianas, fieri debere non ex vna, & altera tantùm pinguiori præbenda, sed ex omnibus præbendis, & dignitatibus Ecclesiæ. ¶ Eandem autem assignationem distributionum quotidianarum ex tertia parte fructuum dignitatū, & præbendarum, fieri debere, detractis pensione, & alijs legitimis oneribus, quamdiù durauerint. ¶ Item decis. Cardin. 67. Congregatio Concilij censuit, non posse Ordinarium pro lucranda tertia parte præbendæ in distributiones ex decreto Concilij, cap. 3. sess. 22. de reform. cōuersæ dignitatibus præscribere certam seruitij, & officij formam preter solitam. Item. decis. Card. 99. Congregatio Concilij censuit, distributiones quotidianas, ita diuidēdas esse, vt quilibet canonicus deseruiendo lucrari possit ex illis id totum, quod de tertia parte suæ præbendæ detractum in ipsas distributiones conuersum fuerit. Itē declarat Card. In hoc decreto agitur de canonicatibus portionibus, & fit ex necessitate hæc dubitatio, quando nullæ sunt distributiones, vel ita tenues, & quæ distribuantur interessentibus tantùm. Sed sess. 22.

cap. 3. deducitur hæc tertia pars ex dignitatibus etiam, non ex necessitate, sed in odium non residentium, & pars absentium, non præsentibus, sed alicui pio loco applicatur.

o ¶ *In quibus nullæ sunt distributiones.* Dec. Car. In illis Ecclesijs, in quibus nõ sunt distributiones regulariter tenues, imò pingues, licet aliquæ sint horæ, quæ nullas habent distributiones, aut tenues, debent eis rationabiliusassignari, detrahendo aliquam partem fructuũ à præbendis, non autem ab alijs distributionibus cæteris horis assignatis. Congregatio censuit nõ licere distributiones quotidianas, quæ certis dũtaxat horis canonicis sunt assignatæ, diuidere in alias horas canonicas, quæ nullas, aut tenues adeo habeãt distributiones, vt veri similiter negligãtur, ad accipiendã ex corpore præbendarum, vniuscuiusque canonicatus tantam reddituũ portionẽ, quanta sufficiat congruis portionibus inter eas horas dispertiendis. Cõgregatio tamẽ illustrissimorum Cardinalium super negotio Episcoporum proponẽte illustrissimo Cardinale Mõtis Regalis in causa Priuatensiũ, vbi nullæ erant distributiones, in Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Cõpletorio, statuit, vt primavniatur Matutino, Tertia, Sexta, & Nona, Missa, & Cõpletoriũ, Vespere: ideo si canonicus non interueniret primæ, amittit punctum Matutini, & sic de singulis, & sic declarauit Congregatio, illam decisionem Concilij nõ procedere in hoc casu, quia adest maius seruitium. Portiones absentium accrescunt deseruientibus, secus si ex decreto, cap. 3. sess. 22. tunc enim fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicabuntur. Itaque differentia inter c. 3. sess. 21. & aliud cap. 3. sess. 22. est quod illud decretum sess. 22. loquitur tantùm de dignitatibus, à quibus Ordinarius tertiam partẽ tantùm fructuum, in distributiones quotidianas, conuertendam separare potest, dato etiã quod distributiones quotidianæ nõ sint tenues, & hoc in odiũ abtinentiũ dignitates, & residere negligentiũ, & quãdo ista tertia pars subtracta per non inseruientes amittitur, locis pijs est applicanda. Caput verò tertium. sess. 21. loquitur solùm, quãdo distributiones sunt ita tenues, vt negligantur, hoc casu tertia pars sit separata, & in distributiones ab Ordinario conuersa, si per non inseruientes amittitur, proportionabiliter, inseruientibus accrescit. ¶ Non residentes, quamuis amittant tertiam partem fructuum in distributiones conuersam, compelli possunt ad residentiam, aliis item

item iuris remedijs, & præsertim ex decreto, c. 12. sess. 24.

p ¶ *Vel ita tenues.* Dec. Car. Vbi distributiones quotidianæ non sunt adeò tenues, vt præbeant occasionē, & materiā negligēdi, nō potest ordinarius aliquam partē fructuum præbendarū, aut dignitatum, illis amplius atribuere. Quod Archiepiscopus Ianuensis vellet conuertere partem præbendarum in distributiones quotidianas, quæ distributiones sunt per se ita optimæ, vt reliqui fructus in illarum cōparatione, sint tenues, scribatur ei, id à Concilio prohibitum esse.

q ¶ *Verisimiliter negligātur.* Declarat. Car. Verisimilitudo illa, q distributiones quotidianæ negligātur, & ob id tertia pars fructuū præbēdæ sit eōuertēda, vt in hoc c. consideran debet, habita ratione numeri omnium canonicorū tā residentium, quàm non residentium. Cum per hoc decretū tertia pars fructuum præbendarum, ac dignitatum assignetur cōuertenda in distributiones in his locis, vbi illæ, aut nullæ sunt, aut ita tenues, vt facultatem præbeāt negligendi, in alijs Ecclesijs, non potest dicta tertia pars in distributiones assignari.

r ¶ *Tertiam partem fructuum.* Declar. Card. Ista tertia pars fructuum intelligenda est deductis pensionibus, & alijs oneribus legitimè impositis, & quandiu illa durauerint: sed de nouo impositæ non comprehendunt istam tertiā partem. ¶ Iusta detractio tertiæ partis fructuum facienda est de illis beneficijs, in quibus quis residere tenetur, per multa iura. ¶ Nec excusat ab ista separatione tertiæ partis, quod canonici non essent in sacris. ¶ Quando est locus detractioni illius tertiæ partis, ea facienda est iuxta verum annum valorem beneficij, non autem secundùm taxam. ¶ Si distributiones quotidianæ non sunt tenues, ista detractio non est facienda à fructibus præbendarum. ¶ Hæ distributiones quotidianæ tenuiores, pensatione grauiori fieri non possunt, nisi expressis verbis, fuerit à Papa concessum. ¶ Assignatio distributionum quotidianarum, ex tertia parte fructuum dignitatū fieri debet detractis pensionibus, ac alijs legitimis oneribus, quamdiu illa durauerint. ¶ Antequam ista detractio fiat, deducēdæ sunt prius pensiones, & alia onera legitimè imposita, quamdiu illa durauerint. ¶ Absentia causa studiorū, etiā obtenta licentia à Sede Apostolica, non excusat ab omissione istius tertiæ partis detractæ, sicut non excusat ab omissione cæterarum distributionum quotidianarum. ¶ De fructibus alteri reseruatis, vt sit

ista

a ¶ *Non obſtãtibus exemptionibus*. Declar Card. Congregatio cenſui fundationi non eſſe derogatum.

b ¶ *Etiã immemorabilius*. Decla. Card. An excuſetur à reſidentia, ex immutabili conſuetudine? S. D.N. ex ſentẽtia Congregationis declarauit immutabilem conſuetudinem non exſacure â reſidentia in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus: in Collegiatis autem non inſignibus poſſe excuſare, dum tamen ſint rurales, prorſus diſtitutæ, aut in quibus nunquam antea ſupra hominum memoriam ſolitum eſſet reſidere, aut adeò tenues reditus eſſent, vt canonicos alium de non habentes vnde viuant alere non poſsint. ¶ Ordinarius poteſt cogere procuratores capituli, ad reddendas rationes diſtributionum quotidianarum. ¶ Neque pro diſtributionibus canonicorum cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ auferendum eſt quicquam de beneficijs, quæ ſunt extra Eccleſiam Cathedralem vel Collegiatam, niſi Eccleſia, vel beneficia extra dictã Cathedralẽ, vel Collegiatã exiſtentia, eſſent perpetuò vnita canonicatuum præbendis prædictarum Eccleſiarum, à quibus beneficijs, extra prædictas Eccleſias, ſi quid ob eam cauſam exactum eſſet debet reſtitui, & de cætero ab huiuſmodi exactione abſtinere. Inter præſentes ſeptem nimirum horis canonicis. ¶ Diſtributiones quotidianæ, quæ acceptæ fuerunt ex tertia parte fructuum dignitatum alicuius Eccleſiæ, deſignari debent, non duabus horis canonicis tantûm, ſed etiam reliquis omnibus, & ſic, qui non interfuit, diſtributiones amittit. Portiones abſentium, ex hoc decreto factæ accreſcunt deſeruientibus, ſecus ex c. 3 ſeſ. 22. tũc enim fabricæ, aut pio loco. ¶ Nec diſtributiones abſentibus adẽptę, debẽt inter præſentes diuidi, ſed fabricę Eccleſiæ, aut alteri pio loco Ordinarij arbitrio debẽt applicari, & hoc intelligitur de diſtributionibus, quę detractæ, fuerũt ex tertia parte fructuũ dignitatũ. Reliquæ verò diſtributiones, quas abſentes non faciũt ſuas, debent attribui his, qui ſtatutis, interfuerint. ¶ Et qui perpetuò abſunt, non ſolùm ammittunt tertiam partem fructuum, quæ diſtributionibus attributa eſt, ſed etiam beneficijs priuare debent.

c ¶ *Liceat contra eos procedere*. Decla Card. Obtinentes dignitates, vltra conuerſionem tertiæ partis fructuum pro diſtributionibus, vt hoc cap. poſſunt compelli ad reſidentiam, alijs pœnis præſcriptis, decreto Concilij, ſeſ. 24. cap. 12. ver. præterea.

d ¶ *Sacrorum Canonũ diſpoſitionem.*

nem. Concordat sup. c. quia, & in fr. c. si quis, & cap. eadem. hoc tit.

Itē sessione vigesima secunda, c. 4. de refor.

Confirmatur, & explicatur decretum capituli præcedentis, & statuitur, vt obtinentes dignitates, quibus cura animarum immanet pro tempore, quo in curata Ecclesia residerint tanquam præsentes in Ecclesijs suarum dignitatum habeantur. H. d.

CAPVT V.

¶ Episcopi tanquam delegati Apostolici, ex fructibus, & proventibus e quibuscunque, omnium dignitatum, *f* personatuū, & officiorum in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis, existentium tertiam partem in distributiones *g* eorum arbitrio assignādas, diuidere possint: vt scilicet, qui eas obtinent, si personaliter competens, ibi seruientium iuxta formam, ab eisdem Episcopis præscribendam, quolibet die statuto non impleuerint, illius diei distributionem amittant, neque eius quoquomodo dominium acquirant, sed fabricæ Ecclesiæ, *h* quatenus indigeat, aut alteri pio loco, arbitrio Ordinarij, applicetur. *i* Crescente verò contumacia, contra eos iuxta sacrorum Canonum constitutiones procedant. *k* Quod si alicui ex prædictis dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis, de iure, seu consuetudine, iurisdictio administratio, vel officio nō competat, sed extra ciuitatem in diœcesi cura animarum immineat, *l* cui is, qui dignitatem obtinet incumbere voluerit. Tunc pro tempore, quo in curata Ecclesia resederit, ac ministrauerit, tanquam præsens sit, ac diuinis interfit, in Ecclesijs Cathedralibus, ac Collegiatis habeatur. *m* Hæc in his tantùm Ecclesijs constituta intelligantur, in quibus nulla est consuetudo, vel statutum, vt dictæ dignitates non seruientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum, & prouentuum ascendat: non obstantibus consuetudinibus, *n* etiam immemorabilibus, exemptionibus, & constitutionibus etiam iuramento, & quauis authoritate firmatis.

SVPER CAPVT V.

e ¶ *Ex fructibus, & prouētibus.* Declar. Car. Dum tamen sint fructus illius Ecclesiæ, in cuius choro sedē habēt hę dignitates, secus verò si nullos fructus percipiant, istę dignitates, ex illis Ecclesijs, in quibus habēt sedē in choro tantum, & in quibus nunquam fecerunt residentiam, & habent proprium districtum, in quo suam iurisdictionem exerceant.

f Om-

Digitized by Google

f ¶ *Omnium dignitatum.* Declaratio Cardinal. Non comprehenduntur dignitates, quæ etsi habent locum in choro, nullas tamen habent distributiones quotidianas, nec sufficientes præbendas, vel fructus tenues, quæ teneri possunt cum canonicatibus, vbi est consuetudo absque alia dispensatione, vt cap. 1. de consuet. in 6. Nec illis vnire Ecclesias parochiales ad augendos fructus distributionum quotidianarum Episcopus potest. ¶ Si aliquibus ex dignitatibus, quæ sunt de iure patronatus laicorum in fundatione concedatur aliquod longum tempus, per quod illas obtinentes abesse possint sine fructuum, & prouentum amissione, per hoc decretum nihil est istius modi concessioni derogatum. ¶ Dignitates, quæ sunt de iure patronatus detractioni tertiæ partis fructuũ obnoxiæ sunt, vt cap. 3. sess. 21.

Obtinẽs in Cathedrali, vel Collegiata dignitatẽ, licet vocẽ in capitulo non habeat, neque distributiones quotidianas cũ cæteris participat, residere tamẽ tenetur, & sic detractioni istius tertiæ partis fructuum est obnoxius. Obtinens legitimè duas dignitates in Cathedralibus in digniori residere debet, & nihilominus fructus alterius lucratur, nõtamẽ distributiones quotidianas, & eam tertiã partem præbendæ, quæ authoritate huius decreti, in quotidianas distributiones est conuersa.

g ¶ *Tertiam partem in distributiones.* Declar. Car. Congregatio censuit hoc procedere, quando distributiones sunt sufficientes. Hæc distributio facienda est ex fructibus secundùm taxam antiquam, prout in libris capitularibus, feualijs secundùm communem valorem concurrentẽ. Differentia inter hoc c, & c. 3. sess. 21. est, quòd hoc loquitur tantum de dignitatibus, à quibus Ordinarij tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas conuertendam, separare possunt, dato etiam quod distributiones quotidianæ non sint tenues, & id in odium obtinentium dignitates, & negligentium residere: & quãdo ista tertia pars ita subtracta per nõ inseruientes amittitur, locis pijs est applicanda. At verò c. 3. sess. 21 loquitur solùm quando distributiones ita sunt tenues, vt negligãtur, & hoc casu tertia fructuum pars ita separata, & in distributiones ab ordinario conuersa, si per nõ inseruientes amittitur, proportionabiliter seruientibus accrescit, etiã non obstante consuetudine iuris accrescentis. Archiepiscopus Panorminatus, volens creare distributiones in Cathedrali iuxta formam huius cap. dimisit liberas præbendas, distributionesque

neſque conſtituit ex redditibus eiuſdem Eccleſiæ, prouenientibus â mortuorijs, & adminiſtratione ſacramentorum. Sed Congregatio die 7. Septembris 1587 decreuit, vt ex tertia parte præbendarum iterum conſtituerentur diſtributiones quotidianæ. ¶ Illuſtriſsimi, & reuerendiſsimi Domini. In Eccleſia Abulenſi diſtributiones quotidianæ à fructibus præbendarũ ſeparatæ non ſunt, & capitulum prætendit D. Epiſcopum non poſſe tertiam partẽ omnium fructuum præbendarum dictæ Cathedralis Eccleſiæ, ſeparare pro quotidianis diſtributionibus, ſub prætextu, quòd ex conſuetudine immutabili dignitates canonici portionarij, & cæteri præbendati dictæ Eccleſiæ Abulenſis ſolent lucrari groſſam præbendarum ſuarum reſidentes, & intereſſentes qualibet die vna hora dumtaxat, videlicet ad primam, vel tertiam, vel aliam, iuxta determinationem à capitulo, pro temporis commoditate faciendam; nec ad maiorem reſidẽtiam, & diuinorum intereſſentiam compelli poſſe: ſed nihilominus D. Epiſcopus dicit poſſe, & debere ex omnibus fructibus præbendarum dictæ Eccleſiæ prædictã tertiam partem ſeparari & pro diſtributionibus quotidianis illam diuidere per omnes horas canonicas, diurnas, & nocturnus proprotionabiliter, pro diuinis tantum intereſſentibus, iuxta decretum Concilij Tridentini ſeſsi. 21. cap. 3. & præſenti c. vel ſaltem illam groſſam præbendarum diuidere per omnes horas, & nõ pro vnius horæ aſsiſtẽtia, prout hactenus, ſed pro ſeruitio, & aſiſtẽtia omniũ horarũ proportionabiliter concedatur, & lucretur. Neq; ad id quicquã obſtat prætenſa conſuetudo immutabilis, quia Concilium in dictis decretis illam tollit, & abrogat. groſſa autem præbendarum, quæ pro vnius horæ aſsiſtentia datur, non habet vim nec effectum diſtributionum quotidianarum, & ſatisfit Concilio: quia Concilium loquitur de illis diſtributionibus, quæ per omnes horas canonicas diurnas, & noturnas diuiduntur, & lucrantur, & abſentibus ex cauſa concedũtur, prout prædicta proſſa. Hæ enim diſtributiones de iure magis pro fructibus præbendarum habentur, quàm pro diſtributionibus quotidianis, extraua. cum nonnulli. §. cum in aliquibus, de præbend. inter cõmunes. Coſmus in pragm. ſanct. Galliæ, in titulo, quo tempore quis debeat eſſe in choro, glo. ver. diſtributiones. Pariſ. conſi. 32. num. 8. lib. 4. & pluries reſoluit Rota, vt in duabus reſolutionibus, quarũ copiæ dantur fuerunt tradita à Couarr. lib. 2. varia. reſol. cap. 12. num.

Digitized by Google

num.2. Et capitulum contendit groſſam hanc pro quotidianis diſtributionibus computari poſſe, tenetur illã proportionabiliter diſtribuere, per omnes horas canonicas tam diurnas, quâm nocturnas, pro inter eſſentibus tantùm; & non pro inter eſſentia vnius horæ: ne chorus & Eccleſia ſint in alijs horis, & diurnis officijs debito ſeruitio, & miniſtrorũ pręſentia deſtituta contra decreta, & mentem Concilij. Quare illuſtriſſimis, & reuerendiſſimis DD. VV. ſupplicam⁹ declarare Dñm Epiſcopũ Abulenſem, pro quotidianis diſtributionibus tertiã partẽ quorũcunque fructuũ omniũ præbendarũ Eccleſiæ Abulenſis ſeparare, & aſsignare poſſe, illãq; ꝓportionabiliter, per omnes horas canonicas, diurnas, & nocturnas diuidere pro mercede, & ſtipẽdio perſonaliter intereſſentiũ dũtaxat, etiã ſi in Eccleſia Abulẽſi conſuetudo immutabilis, vel ſtatutũ, quod groſſa præbendarum lucretur intereſſendo, qualibet die vna hora tantûm, vel ſi Illuſtriſsimis & reuerendiſsimis DD. VV magis placuerit, declarari D. Epiſcopum Abulenſem poſſe illam groſſam, loco tertiæ partis fructuum diuidere, & aſsignare pro quotidianis diſtributionibus per omnes horas canonicas, & non pro mercede vnius horæ, ſed pro ſeruitio, & perſonali præſentia omnium horarum aſſignetur proportionabiliter lucrando, vt ſatisfiat Concilio. Congregatio Concilij cenſuit, per groſſam, quam iſtic lucri faciunt, inter eſſentes quotidie vni tantũ horæ, non eſſe ſatisfactum Concilio prædicto preſenti cap. & c. 3 ſeſ. 21. Epiſcopus tamen non debet dictam groſſam accipere, & inter alias horas diuidere, ſed ex reliquo corpore præbendarum, ſi non omninò tertiam partem, ſaltem tantam portionem detrahere, quanta ſufficiat, ad conſtituendas diſtributiones, quæ ſingulis horis veriſimiliter non negligatur. Iuxta formã ab Eiſdẽ Epiſcopis præſcribẽdã Epiſcopus nõ poteſt dignitatibus, perſonatibus, & officijs ſtatuere certã officij, & ſeruitij formã præter ſolitã pro lucranda tertia parte præbendæ in diſtributiones conuerſa.

b ¶ *Sed fabricæ Eccleſiæ*. Decla. Card. In his tribus capitibus id locum habet, id eſt in dignitatibus perſonatibus, & officijs, nõ ergò comprehendit canonicatus, vel aliud diſtributionum genus, habeat etiam locum, quod diſponitur, quod non adeſſet illa ratio, quod nullæ, vel ita tenues diſtributiones eſſent, vt in ca.3. ſeſ. 21. ſed in odium non reſidentium applicandum fabricæ, &c. Sed non poteſt Epiſcopus pro lucranda tertia parte præbendæ, indiſtribu-

tiones conuersa dignitatibus, personatibus, & officijs præscribere certam seruitij formam, & officij ex hoc decreto præter solitam.

i ¶ *Arbitrio Ordinarij applicetur.* Decis. Card. 234. Congregatio Concilij censuit, si præpositura Cathedralis, à qua post Concilium tertia pars fructuum detracta, & in distributiones quotidianas conuersa, proponitur, non sit de corpore capituli, id, quod ex dicta tertia parte præpositus non inseruiens amisert, fabricæ Ecclesiæ si indulgeat, vel alteri pio loco arbitrio Episcopi esse applicandum iuxta decretum, cap. secundo, sessione 22. Item declarat Cardinal. Et non obstante, quod dimitterent istam tertiam partem, possunt ab Ordinarijs compelli ad residentiam pœnis præscriptis decreto Concilij sess. 24. c. 12.

K ¶ *Iuxta sacrorum canonum constitutiones procedant.* Declar. Card. Nec consuetudo immutabilis excusare potest à residentiâ in Ecclesijs Cathedralibus. Et ita declarauit S. D. N. Gregorius Decimus tertius.

l ¶ *Curam animarum imminet.* Declarat. Card. Secùs si tantùm iurisdictionalis, si verò vnitæ sunt est locus, cap. extirpandæ. §. qui verò, de præbend.

m ¶ *Ac Collegiatis habeatur.* Declar. Card. Non comprehenduntur canonici habentes Ecclesias parochiales, non tamen vnitas canonicatibus, qui si in parochialibus residerint, & fuerint priuilegiati, ad percetionem fructum, exceptis distributionibus quotidianis, iuxta Bullam sanctæ memoriæ Pij Quinti, vel ex indulto Apostolico: non poterunt optare, neque domos canonicales, neque canonicatum priuilegialem, aut similia obtinere, cum non habeantur pro præsentibus, sed tantùm sunt priuillegiati ad percipiendos fructus, & id (scilicèt) quando extat consuetudo, vel statutum, quod absentes nō possint optare.

n ¶ *Nō obstãtibus cõsuetudinibus.* Decla. Car. Congregatio censuit, hic non esse derogatum fundationi.

¶ Item sessione vigesima tertia. c. 1. de reform.

Hortantur Prælati ad residentiã personalem. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Cum præcepto diuino o mandatum, sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificiũ offerre, verbique diuini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium ope

operum exemplo pascere: pauperum aliorumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia pastoralia incũbere. Quæ omnia nequaquam ab ijs præstari, & impleri possunt, qui gregi suo nõ inuigilãt, neq; assistũt, sed mercenariorũ more deserunt: *p* sacro sancta Synod° eos admonet, & hortatur, vt diuinorum præceptorum memores, factiq́ue forma gregis, *q* in iudicio, & veritate pascant, & regant.

SVPER CAPVT VI.

o ¶ *Cum præcepto diuino.* Vt cõstat Ioa. 21. Act. 20 tex. in c. Ephesijs. 43. d. c. sicut. 7. q. 1. c. qui Episcopatum. 8. q. 1. c. præcipuè. 11. q. 3. cap. gloria Episcopi. 12. q. 2.

p ¶ *Sed mercenariorum more deserunt.* Concord. Scriptura Ioan. 10. & cap. 1. sup. eodem.

q ¶ *Factique forma gregis.* Ita 1. Per. 5. præcipit Scriptura.

¶ Eadẽ sessione vigesima tertia cap. 1. de reform.

Præfati Cathedralibus Ecclesijs tenentur omninò ad personalem, in sua Ecclesia, vel diœcesi residentiam. Hoc dicit.

CAPVT VII.

¶ NE ea: quæ de residentia sanctè, & vtiliter iam antea sub fœlic. record. Paulo III. sancita fuerunt, *r* in sensus à sacro sancta Synodi mente alienos trahantur, ac si vigore illius decreti quinque mensibus cõtinuis abesse liceat, illis inhærendo, declarat sacrosancta Synodus, omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesijs, quibuscunque, quocunque nomine & titulo præfectos, etiã si sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia, vel diœcesi residentiam, *s* vbi iniuncto sibi officio defungi, teneantur, neq; abesse posse, nisi ex causis, & modis infrascriptis. *t*

SVPER CAPVT VII.

r ¶ *Sancita fuerunt.* Vt videre est in cap. 1. cum duobus sequẽt. supra eodem.

s ¶ *In sua Ecclesia, vel diœcesi residentiam.* Declar. Card. Episcopus modo in Episcopatu resideat solutus est à residentia dignitatis, quam sine vlla animarum cura obtinet, extra diœcesim, in aliqua Cathedrali, eamque retinere, ac eius fructus percipere potest, exceptis portionibus, & distributionibus quotidianis, & alijs, si quæ forte sint, quæ absentes iusta aliqua de causa non percipiunt. Episcopus residens in vrbe Cathedrali, liber est à residentia monasterij Monachorum regularium,

quod obtinet cum dispensatione Papæ, licèt illi annexæ sint aliquę Ecclesiæ curatæ post erectionem monasterij, & præsertim si in tali monasterio non sit fons baptismalis, nec aliqua animarum cura, & curatæ, regi soleant per Vicarios. Episcopus residens in sua diœcesi libet est à residentia suarum dignitatum, & beneficiorũ simpliciũ quæ obtinet in alia diœcesi, nec aliud amittit, nisi quotidianas distributiones, & alia, si quæ sunt, quæ absentes iusta de causa non percipiunt.

s ¶ *Ex causis & modis infrascriptis*. Has causas videre licèt in duobus capitulis proximè sequẽtibus.

Eadem sessione vigesima tertia. c. 1. de refor.

Legitimas causas absentiæ Episcoporum quis debeat declarare, & approbare. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Cum Christiana charitas, *t* vrgens necessitatas, debita obedientia, ac euidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitas aliquos, nõnunquam ab esse postulent, & exigãt decernit sancta Synodus, has legitimæ absentiæ causas à Beatissimo Romano Pontifice, aut à Metropolitano *a* vel eo absente, suffraganeo Episcopo *b* antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, in scriptis esse approbandas, nisi cũ absentia inciderit propter aliquod munus, & Reipublicæ officium, Episcopatibus adiunctũ: cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repẽtinæ, neque eas quidem significari Metropolitano necesse erit: ad eundem tamen cum Concilio Prouinciali spectabit iudicare de licentijs, à se vel à suffraganeo datis: & videre ne quis eo iure abutatur, & vt pœnis canonicis errantes puniantur. Interea meminerint discessuri, ita ouibus suis prouidendum, *c* vt quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant.

SVPER CAPVT VIII.

u ¶ *Cum Christiana Charitas.* Concordat tex. in cap. de cætero. cap. inter quatuor. cap. tuæ cap. relatum, de clericis non resident. cap. ad suplicationem, de renunt. cap. quorumdam. 74. distinctio. Item declar. Card. Non licet Episcopo à sua Ecclesia ab esse, nisi ob aliquam causarum, quæ habentur in hoc cap. ¶ Non licet Episcopo se absentare ab Episcopatu suo etiam propter perpetuum morbum.

a ¶ *Aut à Metropolitano.* Declar.

clarat. Card. Metropolitani prouideri debent, vt Prouinciales eorum Episcopi, iuxta decreta Concilij Tridentini resideant in Ecclesijs eorum.

b ¶ *Vel eo absente suffraganeo Episcopo.* Declar. Card. Absente Metropolitano Episcop' antiquior residens super absentia Episcopi comprouincialis inquirit.

c ¶ *Ita ouibus suis prouidendum.* Concor. cap. Episcopis. sup. eod. cum ibidem allegatis.

Eadē sessione vigesima tertia, c. 1. de reform.

Parum absentiæ pro nihilo reputatur. Dicitur autem parum ab esse qui per singulos annos vltra spatiū trium mensium non abest. Hoc dicit.

CAPVT IX.

Quoniam qui aliquantis per tantum absunt, ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reuersuri sunt: sacrosancta Synodus vult, illud absentiæ spatium singulis annis, siue continuum, siue interruptum extrà prædictas causas, *d* nullo pacto debere duos, aut ad summū tres mēses excedere: & habet rationē, vt id quæ ex causa, fiat, & absque vllo gregis detrimento, quod an ita sit absceden-

tium conscientiæ relinquit, quam sperat religiosam, & timoratam fore, cum Deo corda pateant: cuius opus non fraudulenter agere, suo periculo tenentur. Eosdem interim admonet, & in Domino hortatur, *e* ne per illis temporis spatium, Dominici Aduentus, Quadragesimæ, Natiuitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes item, & corporis Christi diebus, quibus refici maximè & in Domino gaudere, pastoris præsentiæ oues debeāt, ipsi ab Ecclesia sua Cathedrali, vllo pacto absint, nisi Episcopalia munia in sua diœcesi eos alio vocent.

SVPER CAPVT IX.

d ¶ *Extra prædictas causas.* Relatas sup. cap. præcedenti.

e ¶ *In Domino hortatur.* Concordat tex. in cap. si quis in Clero. 7. q. 1. & Concil. Agathen. c. 64.

Eadem sessione, vigesima tertia. cap. 1. de reform.

Episcopi non residentes pro rata temporis absentiæ fructus suos non faciant. Hoc dicit.

CAPVT X.

Si quis (quod vtinam nunquā eueniat) contra huius decreti dis-

Digitized by Google

positionē abfuerit, ſtatuit ſancta Synodus præter alias pœnas aduerſus non reſidentes ſub Paulo III. impoſitas, f & innouatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere, neque tuta cōſciētia, alia etiā declaratione nōſequuta, illos ſibi detinere poſſe, ſed teneri, aut ipſo ceſſante, per ſuperiorē Eccleſiaſticū illos fabricę Eccleſiæ, aut pauperibus loci erogare: g prohibita qua cūque conuentione, vel cōpoſitione, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur: ex qua etiā prædicti fructus, in totum, aut pro parte ei remitterentur: nō obſtantibus quibuſcunque priuilegijs cuicunque Collegio, aut fabricæ conceſsis.

SVPER CAPVT X.

f ¶ *Sub Paulo III. impoſitas.* Videlicet in cap. 2. ſup. eod.

g ¶ *Aut pauperibus loci erogare.* Decla. Card. Hæc pœna habet etiā locū incuratis inferioribus, itavt Epiſcopus debeat cōpellere parochum, qui per biennium nō reſidet, licèt poſtmodū reſideat, ad reſtituendos fructus illius temporis, quo abſentes fuerit, quāuis ad reſidendum, nec per edictum quidem monitus fuerit.

Eadem ſeſsione vigeſima tertia. c. 1. de refor.

Quicunque obtinet beneficium habens curam animarum ſub eiſdem pœnis ſupra poſitis, tenetur ad reſidendum. Hoc dicit.

CAPVT XI.

Eadem omninò, quæ de abſentia Præfectorum Cathedralibus Eccleſijs diſpoſita ſunt, h etiam quoad culpam & amiſsionem fructuum, & pœnas de curatis inferioribus, i & alijs quibuſcunque, k qui beneficium aliquod eccleſiaſticum, curam animarum habens, l obtinent ſancta Synodus declarat, & decernit, ita tamen, vt quandocunque eos cauſa, prius per Epiſcopum cognita, m & probata ab eſſe contigerit, n Vicarium idonem ab ipſo Ordinario approbandum cum debita mercedis aſsignatione reliquāt. Diſcedendi autem licentiam in ſcriptis gratiſque concedendam vltrà bimeſtre tempus, niſi ex graui cauſa non obtineant. o

SVPER CAPVT XI.

h ¶ *Diſpoſita ſunt.* Videlicet in cap. quia nonulli. capit. cum Chriſtiana, capit. ſi quis. ſup. eodem.

i ¶ *De*

i ¶ *De curatis inferioribus*. Decis. Card. 161. Congregatio Concilij censuit, si Ecclesia parochialis Rectoris habitatione, caret, debere vtique, & posse Rectorem compelli, ad habitandum intra limites parochiæ in loco propinquiori. ¶ Item declar. Card. Episcopus ad residentiam cogere potest Rectorem, licèt eius Ecclesia parochialis pertineat ad inferioris collationem. ¶ Non licèt. Episcopo etiam pro Cathedralis Ecclesiæ seruitio, vel suo, aliquē ex curatis extra ipsorum curam, ad certa negotia adhibere, constituto illi etiam Vicario idoneo. Neque excusantur à residentia ob defectum domus, neque si habent officium inquisitionis, nec per litem, & etiam coadiutores per tui tenentur ad residendum personaliter; sunt veri curati, & sub hoc cap. comprehenduntur, etiam si in alijs beneficijs seruiāt, etiam in Cathedralibus.

k ¶ *Et alij quibuscunque*. Decla. Cardin. An capellani coadiutores Rectorum parochialium, cū capellanijs perpetuis institutis autoritate Apostolica teneantur ad personalē residentiā, vt Rectores ipsi. Congregatio censuit teneri, & eos dumtaxat excipi, qui ex institutione possunt per alium seruire, vel quibus nulla expressa residentiæ personalis obligatio iniuncta est, vnde & Ordinarius tenetur eos cogere sicut ipsos Rectores, neque potest cum aliquo huiusmodi dispēsare, quoad residentiam, nisi vt cum Rectoribus Episcopus potest, eodemq; iure examinandi tenentur, quo Rectores ad parochiales, ex cap. 18. sess. 24.

l ¶ *Curam animarum habens*. Declar. Card. Etiam si essent, in illa parochia tres tantùm, incolæ, & ibi fuerint duæ Ecclesiæ vnitæ, residendum est in digniori: quod si non constet, quæ sit dignior, in frequentioriri. ¶ Obtinens legitimè ante Concilij Tridentini confirmationem parochialem Ecclesiam, & canonicatum, non est cogendus alterutrum resignare, dummodo in parochiali Ecclesia resideat, fructusque canonicatus percipiat, & amittat tantùm quotidianas distributiones, atque illas, quas absentes iustis de causis, non percipiūt, qui tamen si statutis horis in ipso canonicatu etiam residebit, vt illi inseruiat, tunc quotidianas distributiones consequatur. An si parochialis tribus, aut quatuor milliaribus tantùm distet à ciuitate, potest in hac Rectorhabitare, Dominicis diebus tantū ad suam Ecclesiam accedens, & habeaturpro residente? Congregatio censuit, nō posse. ¶ An propter, intēperiē aèris relicto ibi Vicarioapprobato, parochus non inde oriundus,

dus, potest alibi habitare? Congregatio censuit, non posse, si tamen Rector infirmus esset, & in loco parochialis curari non potest, defectu medicorum, medicinarumve, tùm posse ab Ordinario dari ei dilationem trium, vel quatuor mẽsiũ, vt in locis vicinioribus maneat recuperandæ sanitatis causa, posito interea ab ipso Ordinario in parochiali Vicario cum congrua portione ex reddi tibus parochialis. Idem sentiendum est, de illis, qui sunt coadiutores in cura animarum. ¶ Habens parochialem, in qua Vicarium perpetuum legitimè instituti obtinuit, eo viuente residere non tenetur. ¶ Rector, qui habet Vicarium perpetuum in sua parochia, seu rectoria, potest, & debet compelli ad personaliter residendum, nisi tota cura animarum translata fuisset legitimè in solum Vicarium perpetuum. ¶ Fuit olim monasterium ordinis sancti Benedicti in loco cãpestri, quod ad præsens caret cõuentu, & est commendatum, in quodam castro fere per vnũ milliare distante à parochiali, cuius cura fuit semper solita exerceri per deputatos ab Abbate, seu cõmendatario pro tempore, habetque etiam collationem nonnullorum beneficiorũ curatorum, existentiũ in alienis diœcesibus, & homines dicti castri veniũt diebus festis ad audiendam Missam, & diuina officia ad Ecclesiam dicti monasterij, quæ celebratur per eosdem hæredes deputatos. Quæritur si dictus commendatarius tenetur ad residentiã, & ad sacros ordines accipiendos? Congregatio censuit, teneri.

m ¶ *Causa prius per Episcopum cognita.* Declar. Card. Omnia hæc cõmittuntur Episcopo, qui executioni demandet, etiam in illis parochialibus, quarũ collatio ad inferiores spectat, etiam si inferiores essent Abbates regulares. An Episcopo liceat pro Cathedralis Ecclesiæ seruitio, & etiam suo, aliquem ex curatis suæ diœcesis ex ipsorum Ecclesijs constituto in illis idoneo Vicario ad certa negotia adhibere, quæ quando in huiusmodi sint seruitio à suis Ecclesijs minimè abesse censeantur. Congregatio censuit non licere. Stante consuetudine in Ecclesia Cathredrali, quòd canonici non interessentes diuinis nõ percipiãt fructus præbendæ, nec distributiones quotidianas, an liceat Episcopo relinere penes se vnum, vel duos canonicos, qui dictos fructus, & distributiones percipere possint, ac si in choro præsentes essent. Congregatio censuit licere, exceptis tamen distributionibus quotidianis. An si Episcopus iudicauerit expedire, vti opera alicuius curato pro secretario,

vel

vel pro Vicario foraneo possit abesse, vel excusetur à residentia dummodò cura suæ Ecclesiæ diligenter exerceatur? Congregatio censuit non posse. Parochialem Ecclesiam habens cum canonicatu, in parochiali residere tenetur; quod etiam est conforme Bullæ Pij V. quæ incipit: *Cupientes pro nostris*, publicatæ 8. id. Iulij, anno 1568. super hoc editæ, & percipit fructus præbendæ. Si autem canonicatus est in eodē loco, vbi Ecclesia parochialis potest vtrique inseruire, & percipere quotidianas distributiones. Quod procedit, nō obstante qua cunque nobilitate canonicorū, aut Ecclesiæ Cathedralis, etiam Metropolitanæ. ¶ Obtinentes canonicatum, & parochialem, quocunque in loco sit, in parochiali residere tenetur, nec ob hoc priuandus est canonicatu, sed solū eius quotidianas distributiones perdit, & si quid præterea absentes iusta aliqua de causa nō percipiūt. Illi, qui in eadē ciuitate parochialē, & canonicatum in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia obtinēt, vtrū que retinere possunt, modo resideāt in parochiali nullius; eius officio necessariò desint, qui si possint debitis horis canonicatui inseruire, percipere debēt omnes fructus, & commoda, quæ sint illi muneri attributa: sive rō inseruire nequeāt, distributiones tantū eorū dierū, quibus, non inseruiūt, amittant, neque aho dā nō affici possunt. ¶ Residens in parochiali, quæ nō longè abest à Collegiata, in qua canonicatū obtinet diebus ferialibus ad Ecclesiā Collegiatā accedere, & in ea diuinis inseruire potest modò in omnibus diebus, & horis suis, debitis & cōgruis parochiali inseruiat, & nihil prorsus relinquat, ex debito seruitio ipsius parochialis. ¶ Habens canonicatū, & parochialē, & residens in parochiali, ex præscripto Bullæ Pij V. distributiones quotidianas lucratur: si canonicatus consistit solū in distributionibus quotidianis, non habēs præbendam. Hoc procedit si vtrique inseruire nequiuerit, quia si ambobus cōmodè seruire posset lucraretur solū iuxta seruitium, quòd præstaret. Habens canonicatum, & parochialem, seu aliud beneficium cum cura, in curato residere debet, neque quicquam aliud canonicatus perdit, nisi distributiones quotidianas, & si quę alia, quæ iusta de causa non percipiunt absentes. Obtinens canonicatum, seu aliam dignitatem, si habet parochialem, extra ciuitatem, in ea residere debet, & ex canonicatu, seu dignitate solum distributiones quotidianas amittit, nec potest dum residet in parochiali, canonicatu, seu dignitate priuari. ¶ Obtinens duos canonicatus

catus indigniori residere debet, & solum distributiones illius amittit, in quo non residet. ¶ Obtinens parochialem, & canonicatum præbendæ Magistralis, cum dispensatione ante Concilium Tridentinum legitime obtenta, tenetur in parochiali residere, atque in Magistrali commenda idoneum virum substituere debet, qui sacræ Scripturæ interpretandę munus obeat. Obtinens Ecclesiam baptismalem, cui incumbit sola cura baptizandi omnes infantes oppidi, & existentes sub cura archipresbyteri, teneatur ad residentiam, præsupposito, quod in Ecclesia archipresbyter præter baptismum cætera sacramenta administret? Congregatio die vigesimo primo Iunij 1587. censuit teneri ad residentiam, ad minus tanquam coadiutorem Ecclesiæ parochialis ¶ Obtinens canonicatum, cui sit vnita parochialis ad vitam obtinentis, tenetur in parochiali residere, si vnio facta sit ad vitam obtinentis tantum. ¶ In Monasterijs, & Abbatijs, quæ cura cărent, & conuentu, non tenetur Abbas residere.

¶ Præpositura licet tantùm sit iurisdictionalis, intelligitur tamen esse comprehensa in Bulla Sanctissimi Domini nostri Pij Quinti, de residentia parochorum, edita, & publicata 8. id. Iulij 1568. quæ incipit: *Cupientes*. Etiam perpetui coadiutores residere tenentur, sicut veri curati, etiãsi in alijs beneficijs inseruirent, etiam in Cathedralibus.

n ¶ *Abesse contigerit*. Declarat Cardinalium. A residentia non excusatur exercens officium sub collectoris Apostolici, neque etiam excusat lis super eadem parochiali mota. ¶ Inquisitoris officium exercens à residentia non excusatur, nec exercens officium sub collectoris Apostolici, neque etiam excusat lis super eadem parochiali mora. ¶ Licentia obtenta ab Episcopo de non residendo non excusat à residentia, cum eam Episcopus concedere non possit. ¶ Obtinens parochialem Ecclesiam per prouisionem Sedis Apostolicæ, & habens liberum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuum, ac prouentuum ad dictam Ecclesiam parochialẽ pertinentium possessionem, licèt in limine adeptę possessionis prędictæ moralis fuerit, per aliquem in petitorio, tamẽ tenetur se promoueri facere infrà annum lite pendente, & ad residendum in dicta Ecclesia. Et præsupposito, q̃ non teneatur residere, eo casu debet Episcopus idoneus idoneũ Vicariũ deputare, partẽque fructuum omnium pro sufficienti victu assignare, iuxta Concilij Tridentini formam. ¶ Episcopus

pus licèt pro viſitatione ſuæ dioe ceſis, vti opera parochi poſsit, illi tamen ob eam cauſam, vltra quadrimeſtre ſingulis annis abeſ ſe non poteſt à ſua parochia, & intereà poni debet in ea idoneus Vicarius, congrua portione fru ctuum dictæ parochiæ arbitrio ipſius Epiſcopi aſsignata. ¶ Odium à reſidentia non excuſat; inimicitiæ tamen excuſant ad tempus, ſi non fuerint contractæ culpa Rectoris parochialis, & Epiſcopis cum iſtis ad annum diſpenſare conceditur, dum tamen in parochiali idoneus remaneat Vicarius. ¶ Paro chus Eccleſiæ, in qua fuit conſtitutus capellanus, cui ex inſtitutione capellaniæ impoſita fuit to ta cura animarũ, ſeu Vicaria perpetua, quoad capellanus vixerit, non tenetur in ea reſidere. ¶ Intemperies aëris cum Ordinarij conſenſu excuſat à reſidentia. ¶ Infirmitas excuſat à reſidentia, quando in loco parochiæ non ſunt medici, vel medicinæ, & quando infirmitas alibi curari poteſt: hoc caſu, per quatuor menſes diſpenſat Epiſcopus. ¶ Si Rector infirmus eſt, & in loco parochialis curari non poteſt defectu medicorum, medicinarumque: tunc danda eſt ei ab Ordinario dilatio trium, vel quatuor menſium, vt in locis vicinioribus maneat, recuperandæ ſanitatis cauſa, poſito intereà ab ipſo Ordinario in parochiali idoneo Vicario, cum congrua portione ex redditibus ipſius parochialis, &c. Presbytero habenti inimicitias cum domino loci, vbi ſitum eſt beneficium, Epiſcopus debet, ſi non poteſt eos reconciliare, dare aliud beneficium extra territorium, & iuriſdictionem illius domini, vel permittere eidē presbytero, vt abeſſe poſsit à beneficio, conſtituto tamen Vicario idoneo, cũ aſsignatione æquæ portionis fructuũ beneficij, qui ei inſeruiat, donec cauſa inimicitiarum inter eos deſierit. Habens canonicatum, & parochialem, in qua non poteſt ſine diſcrimine vitæ propter inimicitias reſidere, non eſt cogendus, dum ſubeſt inimicitiarum cauſa, in ea reſidere, ſed permittendum eſt ei, vt reſideat in canonicatu. Ob inimicitias excuſatur quis à reſidentia, & dantur literæ Ordinario, vt cognoſcat, ſi ſunt veræ, & graues inimicitiæ, quæ narrantur, & abſq; ipſius culpa, ac poſtquã obtinuit ordinariè illud beneficiũ, exortæ & det ei dilationē, vt in alio viciniori, & tutiori loco manere poſ ſit, durãtibus tamē dũtaxat inimicitijs, dũ non vltra annũ durent. Interea autem idoneum Vicariũ in illa Eccleſia conſtituat, aſsignata ei congrua portione ex redditibus ipſius Eccleſiæ. Quod ſi eſ-

ſet

donec instrueret alium canonicum de negotijs illius capituli, in quo ipse erat Canonicus, vt eadē tractaret. An creatis autoritate Sedis Apostolicæ ex fructibus parochialis cum congrua portione duob⁹ perpetuis coadiutorib⁹ in cura possint seruire per substitutos, vel possint ab ordinario cogi ad residentiam? Congregatio censuit. Episcopum ex hoc decreto posse eos cogere ad residētiā, & exercendam curam personaliter. ¶ S. D. N. ex sententia Congregationis declarauit, quòd canonici obtinentes ex legitima dispensatione parochiales, eas quidem retinere possint, sed in ipsis personaliter residere debent, & si redditus suorum canonicatuum verè consistant in distributionibus quotidianis, ita vt omnes percipiant de communi massa, & nullę prorsus distinctę sunt, ne dematur aliquid his, qui horis diuinis intersint, possint sic residentes in suis parochialibus eos integros percipere. Quod si post debitum seruitiū parochialibus suis præstitum etiam inseruire Cathedrali possint, tunc eas non percipiant, nisi quatenus inseruierint. ¶ Congregatio Concilij cē fuit, parocho propter inimicitias vltrà primum annum absenti, cōcedendum secundum, & ad nouam causam; quæ superuenerit ex incremento inimicitiarum, & homicidio subsequuto. ¶ Congregatio Concilij censuit vltrâ bimestre tempus abesse non posse parochos sine licentia Episcopi, & valeat constitutio Episcopi, ne parochi possint abesse vltra duos dies sine licentia, vt hic. In infirmitatibus curabilibus datur etiam quadrimestre. Episcopus non potest vti opera parochi in visitatione, vel alio seruitio suæ diœcesis, nisi pro tempore hic permisso duorum mensium, & tunc pro eo tempore idoneus Vicarius deputetur.

¶ *Nisi ex graui causa non obtineant.* Declarat Card. Sed non sunt denegandæ literæ commendatitiæ ab Episcopo, sacerdotibus, & clericis qui non habent beneficia in titulum requirentia residentiam. ¶ Propter inimicitias quæ non superuenerunt culpa parochi, datur annus, & crescentibus inimicitijs datur alius annus: sed odium solùm parochianorum non sufficit, neque si omnes ferè fructus essent, alijs reseruari, neque continua aëris intemperies, neque si esset necessarius magister ludi in ciuitate, aut oppido, neque seruitium Episcopi etiam ad tempus. Multa concessa sunt contra hoc decretum, in Regno Poloniæ, ex varijs causis, & necessitatibus.

¶ Ea-

¶ Eadem Sessione vigesima tertia, c. 1. de refor.

Ordinarius potest compellere curatos ad residendum adhibitis quibuscunque iuris remedijs. Hoc dicit.

CAPVT XII.

¶ Si per edictum citati *p* curam animarum habentes, etiam non personaliter, contumaces fuerint, *q* liberum esse vult Ordinarijs, per censuras Ecclesiasticas, *r* & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vsque ad priuationē compellere, neque executionem, hanc quolibet priuilegio, licentia familiaritate, exemptione etiam ratione cuiuscunque beneficij, pactione, statuto, etiam iuramento, vel quacunque auctoritate confirmato, consuetudine etiam immemorabili, *a* quæ potius corruptela censenda est, siue appellatione, aut inhibitione, etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ constitutionis, *b* suspendi posse.

SVPER CAPVT XII.

p ¶ *Per edictum citati.* Declara. Cardin. Respicit modum procedendi contra absentes ad residendum, cùm de iure communi obtinentes beneficium, curam animarum habens iurisdictionem teneantur residere, & sacris initiari: Extrauag. execrabilis, de præbend. Et idem Congregatio censuit intelligi de commendatarijs: per omnia enim æquatę sunt hodie commendæ titulis.

q ¶ *Contumaces fuerint.* Concordat. text. in cap. ex parte vestra, cap. tua, cap. fin. eodem titulo.

r ¶ *Per censuras Ecclesiasticas.* Declar. Cardin. Non autem per excommunicationem, si absuerit per aliquod breue tempus, vt nō possit abesse parochus absque licentia vltrà duos, vel tres dies, sub pœna excommunicationis.

s ¶ *Et subtractionem fructuum.* Decis. Cardinal. 141. Congregatio Concilij censuit, non licere parochis causa studiorum, à suis parochialibus Ecclesijs post Cōcilium abesse, & Episcopus licentias ad id concedere non posse, easque si concessæ fuerint, non suffragari. ¶ Item declar. Card. Quando alicui parocho concedi tur studendi facultas, vt fructus suos faciat, hæc infrascripta seruare debet. Primò, vt studeat Theologiæ, aut iuri Canonico in celebri Vniuersitate. Secundò, si est ætatis annorum triginta, nulla facultas cōcedi debet, ideò ætas est exprimenda, & hoc nisi iam studia incepisset, & illa nondum absoluisset, propter quod iam cepta studia finiri potest. Tertiò, ad quinq

quinquennium tantum, à principio studij computandum, licentia hæc est concedenda, adiecta clausula, vt infrà annum ad Subdiaconatum promoueatur. Quarò interim cura animarum per idoneum Vicarium, ab Ordinario eligendum, assignata illi congrua portione fructuũ, exerceatur. Atque hæc facultas solùm habet locum in parochialibus, ante Concilium Tridentinum obtentis, quia in obtentis post Concilium, prædicta licentia non datur, secùs in canonicatibus etiam post Concilũ Tridentinum obtentis, in quibus datur studendi facultas. ¶ An Episcopus procedens per subtractionem aduersus parochos non residentes iuxta Concilium Tridentinum, teneatur obseruare eadem interualla, eademque rationem, quam cõtra Episcopos non residentes statuit c. 1. sess. 6. Congregatio cẽsuit nõ teneri seruare eadẽ interualla. Episcop⁹ potest prohibere parochis sub pœna pecuniaria, arbitraria quæ tamen dimidiam decimã non excedat, ne vltrà biduum â sua Ecclesia possint abesse, non tamen id prohiberi potest sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. ¶ Parochus, qui non vult in sua parochiali residere, debet ea seruato iuris ordine priuari. ¶ Rector parochialis Ilerdensis monitus ab Ordinario, vt resideret, noluit, & propterea contumax appellatur visum est, committendum auditori Cameræ, vt Episcopo committat, vt Ecclesiæ Vicarium præficiat ne cultus, & reliqua cura deseratur.

t ¶ *Etiam vsque ad priuationem.* Decl. Car. Arbitrium est Episcopi, qua via, & quo remedio ex his vti voluerit contra non residentes.

u ¶ *Compellere.* Decl. Car. Quę compulsio ad Episcopum pertinet, etiam quod collatio pertineret ad Abbatem regularem.

a ¶ *Consuetudine etiam immemorabili.* Declar. Card. Vicarius amouibilis in exercitio cure animarum arguit curam esse penes deputantem, & ideò ipsum teneri ad residentiam. ¶ Postulantibus equitibus Hierosolymitanis, vt Capellani Melitæ commorantes confessores Equitum, & habẽtes in alijs locis parochias, non cogantur residere. Congregatio respondit, illis, qui habẽt parochias in Italia, permittendum esse, vt non resideant ad annum: qui verò habent in alijs Prouincijs, ad decem, & octo menses. ¶ Quandoque ex causa dispensari solet, vt quis in parochiali cõtinuè nõ resideat, habens canonicatum, si vtrique inseruire possit. Episcopus licentiã dare debet priori petenti, vt per quatuor mẽses â suo prioratu abesso possit, in loco cõ-

mo-

quod est desumptum ex 6. can. Con. Calced.

e ¶ *Vt nullus in posterum ordinatur.* Declar. Card. Hoc fiat in ipsa promotione, nam postea fieri nō potest.

f ¶ *Illi Ecclesiæ, aut pio loco.* Decla. Card. Clericus, qui in certo loco non est adscriptus ab Episcopo suo, non potest inuitus retineri, quin ex sua diœcesi abeat. Clericus iuxta hoc decretum certæ Ecclesiæ adscriptus, à nullo Episcopo recipiendus est sine Ordinarij licentia, secus si nullum beneficium habeat, aut nulli loco sit adscriptus, quia tunc ab omnibus Episcopis recipi potest, & Episcopus ei dimissorias concedere debet.

g ¶ *Non adscribatur.* Declar. Card. Quod etiam locum habet in familiaribus triennalibus Episcoporum, qui ad titulum patrimonij possunt promoueri, nam & ij debent adscribi alicui Ecclesiæ ordinariæ iuxta not. sup. c. 9. & cap. 2. sess. 21.

h ¶ *Nec incertis vagetur sedibus.* Concordat Conc. Nicæ. c. 15. & 16. c. Sanctorum. 70. d. c. tuæ. de cler. pereg. Conc. Antioch. c. 7. Concil. Chalced. can. 3. Conc. Aquisgra. c. 59. & 61. Concil. Epaun. c. 6. Concil. Autel. III.

Eadem sessione vigesima quarta, cap. 12. de reform. in communi.

Præbendatis in Ecclesijs Cathedralibus, seu Collegiatis non licet ab eis abesse vltra tres menses quolibet anno. Hoc dicit.

CAPVT XV.

¶ Obtinentes beneficium, *i* in Ecclesijs Cathedralibus, *k* aut Collegiatis *l* dignitates, canonicatus, præbendas, *m* aut portiones, *n* nō liceat vigore cuiuslibet statuti, *o* aut consuetudinis, vltra tres menses, *p* ab eisdem Ecclesijs quolibet anno abesse: *q* saluis nihilominus *r* earum Ecclasiarum constitionibus, quæ longiùs seruitij tēpus requirunt: alioquin primo anno priuet vnusquisq; dimidia parte fructuum, quos ratione etiā prębēdę, ac residentiæ fecit suos. *s* Quod si iterum eadem fuerit vsus negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit, crescente verò cō tumacia, cōtra eos, iuxta sacrorū canones constitutiones, *t* procedatur.

SVPER CAPVT XV.

i ¶ *Obtinentibus.* Decis. Card. 34. Congregatio Concilij censuit, statutum excludens à percep-

ptione fructuum, & distributionum quotidianarum, eos canonicos, qui nouem menses integros Ecclesiæ non inseruierunt, non habere locum quoad canonicum, per quem non stetit, quominus toto requisito tempore inseruiret. Item decis. Card. 180. Congregatio Concilij censuit, nullam requiri Episcopi licentiam, vt canonici tribus mẽsib⁹ permissis à residẽtia abesse possint. Itẽ deci. Car. 197. Non licere canonicis prætextu immemorabilis consuetudinis, vltrà tres mẽses quotannis ab Ecclesia abesse, neque eo trimestri tempore posse absentes distributiones quotidianas percipere, quippe, quod huiusmodi immemorabilis consuetudo vtroque casu sublata est decret. c. 12. sess. 24. Item decis. Cardi. 244. Congregatio Concilij censuit, canonicum tribus mensibus permissis ab Ecclesia abesse volentem, minimè teneri petere, vel obtinere licentiam ab Episcopo, cæterum quota pars canonicorũ ab Ecclesia eodem tempore possit abesse, ne debito seruitio ipsa Ecclesia distituatur, Episcopi iurisdictionem, aut que arbitrium esse. Item decis. Card. 246. Congregatio Concilij iam pridem declarauit, Canonicos Collegiatarum Ecclesiarum, etiam in oppidis non insignibus existentium teneri ad residentiam, nisi essent Collegiatæ rurales prorsus destitutæ, aut in quibus nunquam antea suprà hominum memoriam solitum esset residere, & quarum canonicatus ea esset in fructuum tenuitate, vt qui eos obtinuerint, nec ex eis alij possint, neque aliunde habeãt vnde commodè viuant.

k ¶ *In Ecclesijs Cathedralibus.* Declar. Card. Ad hanc residentiam in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesijs tenentur etiã Abbates regulares, si in eis dignitates obtinuerint.

l ¶ *Aut Collegiatis.* Intelligitur de omnibus Collegiatis, & non insignibus, nisi tamen non insignes Collegiatæ essent rurales prorsus destitutæ, in quibus nunquam antea suprà hominum memoriã solitum esset residere, aut adeò tenues redditus essent, vt Canonicus aliunde non habentes, vnde viuerent, alere non possint, & sufficit ad excludendum immemorabilem, quòd aliqui canonici residerent. Ad hanc residẽtiam tenentur etiam Abbates, & alij superiores Ecclesiarum Collegiatarum, licet, habeant iurisdictionem in canonicos, ad hoc possunt cogi, ab Episcopo sub cuius diœcesi sunt.

m ¶ *Dignitates, Canonicatus, præbendas.* Declar. Card. Beneficia simplicia habentes, an residere debeãt? Congregatio censuit, quod obtinens beneficium simplex,

plex, & sine cura animarum, & extra Collegiatam Ecclesiam, neque personalem residentiam, ob aliam causam requirens, nō tenetur in eo residere: tenetur tamen ad interueniendum illi per alium qui sit ab Ordinario approbatus. Nō fuit mens Pij Quinti in Bulla de residentia, edita 8. Iulij. 1569. cogere habentes beneficia simplicia, in eis residere, quæ incipit, *Cupientes*. Hoc decreto cauetur, ne obtinētes in Ecclesijs Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis, dignitates, Canonicast', siue portiones, possint vigore alicuius statuti, siue consuetudinis recreationis causa ab eisdem Ecclesijs abesse. Illustrissimi, & reuerendissimi Dñi Decanus, & capitulū Ecclesiæ Abulēsis prætēdūt, in vim cuiusdā statuti, siue cōsuetudinis vigore, nō obstātedecreto supradicto, posse ex dicta recreationis causa ab esse â seruitio, & residentia eorum Ecclesiæ per quatuor menses, & interim non solum præbendarum grossam, verum etiam quotidianas distributiones, ac si diuinis interessent lucrari. Reuerēdissimus Dominus Episcopus videns ex huiusmodi prætensione cultus diuini augmētum lædi, eamque esse de directo contra dispositionem Concilij Tridentini recurrit ad sacram Cōgregationem, supplicans duo declarari. Vnū est. An dictum decr. sess. 24. de refor. cap. 12. sustulerit quascunque consuetudines, & statuta, quæ longius tempus triū mensium indulgeant. Secūdum, An in dictis tribus mensibus, quibus possūt recreationis causa abesse ab residentia, lucrentur quascunque distributiones quotidianas, quocunque nomine nuncupentur, & ex quacunque causa dentur, & distribuantur. Et quatenus declaratio super præmissis facienda sit per sacram Congregationem suplicatur rescribi D. Episcopo, vt illa in dicta Ecclesia obseruentur. Reuerendissime Domine. Vidit sacra Congregatio Concilij Tridentini interpretum libellum, qui cum his erit literis, censuitque donec, & quousque Rota decreuerit confirmationem statuti Ecclesiæ Abulensis validam, & legitimam esse secundum decretum Concilij præfati sess. 24. de reform. cap. 12. de absentia trium mensium, non obstante quacunque contraria consuetudine etiam immemorabili. Interea verò absentes non lucrari distributiones quotidianas, quod ideò ad amplitudinē tuam perscripsi, vt cum illi nota sit Cōgregationis sententia, eam obseruandam curet, etiam benè valeat in Domino, quem eipropitium precamur. Romæ. die 3. Augusti. 1586.

n ¶ *An si portiones.* Declar. Car.

Episcopus residens in sua capitulari sede, solutus est, à residentia Decanatus, & Canonicatuum, & cæterorum beneficiorum, ac illa retinere fructusque percipere potest, exceptis quotidianis distributionibus, & alijs, si quæ forte sint, quas absentes alia de causa non perciperent. Canonici ad continuam residentiam tenentur in canonicatibus, nisi in alijs beneficijs, quæ sunt perpetua, & habeãt annexum seruitium, in choro redeant.

o ¶ *Non liceat vigore cuiuslibet statuti.* Declar. Card. Dummodò non sit confirmatum â sede Apostolica, licet per statutum Ecclesiæ concedatur Canonicis per tres menses abesse, si illud per consuetudinẽ nõ fuit obseruatũ, attẽdenda est magis consuetudo cõtraria, quam statutum. In Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vt supra obtinentes dignitates, & canonicatus immemorabilis consuetudo non excusat à residentia; ita S. D. N. Gregorius XIII. ex sententia Congregationis Concilij declarauit. In Collegiatis autem non insignibus immemorabilis consuetudo excusare poterit, si Ecclesiæ sunt rurales prorsus destitutæ, aut in quibus antea super hominũ memoriam solitum esset non residere, aut in quibus adeò tenues redditus habent, vt canonicos alere non possint, nõ habentes aliunde, quomodo viuant.

p ¶ *Vltrâ tres menses.* Declar. Card. Interessentia, de qua in hoc decreto, debet esse in omnibus diebus, & horis officijs diuinis interesse, & inseruire, præter quam tribus mensibus singulorum annorum, nisi Ecclesiæ constitutiones longius seruitij tempus requirant. ¶ Canonici licèt possint abesse â suis Ecclesijs per tres menses, non possunt tamen omnes eodem tempore recedere, ne Ecclesia destituatur suo debito seruitio, sed tantùm ea quota pars canonicorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi, & capituli. Nec licèet vltra tres mẽses abesse, nisi ex causa inimicitiarum, si post obtentum canonicatum inimicitiæ superuenerunt, vel nisi in parochiali Ecclesia resideret, qui fructus præbendæ facit suos, & dicitur abesse, etiam si steterit in loco, sed tamẽ abfuerit à seruitio vltrà tres menses. Fuit tamen dispensatum cum multis in Polonia, ad longũ tempus ex varijs causis. An quibusdam propter graues diuturnasque inimicitias recusantibus in suis parochialibus residere, & volẽtib⁹ resignare, vt de Rectore prouideatur. ¶ An Episcopus possit vnita eis quædam simplicia beneficia, & oratoria diuidere, & illis conferre, cum ijsdem detractis redditus parochialium sufficiant

ciant ad honeſtè ſuſtentandum Rectorem? Congregatio, Epiſcopū hoc nō poſſe facere. An illis tribus menſibus à iure conceſsis ſit aſsignāda cauſa abſentię, & cū licentia ſui Prælati, vel an poſsit potiri beneficiū triū mēſiū nulla cauſa declarata, ſed impetrata licemtia â Decano, vel Præſidente in choro, & frui quibuſdā nouis diſtributionibus, per Epiſcopum impoſitis, prout fruuntur in dictis tribus menſibus omnibus fructibus ſuarum præbendarum, cum pro præſentibus, & intereſſentibus, habeantur de iure. Congregatio cenſuit nullam aſsignandam eſſe cauſam. Secundò, nullam licentiam requiri, non tamen omnes Canonicos poſſe abeſſe eodem tempore, ne Eccleſia deſtituatur ſuo debito ſeruitio, ſed tantùm quota pars Canonicorum, quæ videbitur arbitrio Epiſcopi, vel capituli. Tertio, non poteſt frui dictis diſtributionibus, cū iſtæ diſtributiones ſint diſtinctæ à præbendis. ¶ Congregatio Concilij cenſuit eum, qui cum fideiuſsione eſt detentus, vt non poſsit diſcedere ab vrbe, non poſſe cogi ad reſidendum.

q ¶ *Quolibet anno abeſſe.* Decla. Card. Quando Canonici vigore huius decreti abeſſe volunt, non tenentur cauſam Epiſcopo, ſignificare, vel ab illo licentiam petere. Archiepiſcopus Ianuēſis prouideat ne duo menſes, quos habēt vacantes canonici ſui capituli incurrant in, Natale aut Paſcha Domini, aut maximas ſolemnitates. Decretum hoc intelligendū eſt, vt canonici non poſsint abeſſe ab Eccleſiæ ſuæ ſeruitio. Vltra tres menſes ſingulis annis, nihilque eis prodeſſe, quod in ciuitate maneant, niſi Eccleſiæ debitis horis inſeruiant, intelligendumque eſt omnes in contrarium conſuetudines per hoc decretū eſſe ſublatas. Si vltrà tres mēſes abſint, licèt in ciuitate ſint, incidunt in dicti decreti pœnā per qđ ſublata eſt omnis cōſuetudo in cōtrariū. Canonicus, qui ab eſt â ſeruitio ſuæ Eccleſiæ vltrà tres menſes. licèt ſit, & maneat in ciuitate, vel locó, in quo Eccleſia ipſa cōſiſtit, mulctari poteſt, prout à capitulo ſtatuitur. Epiſcopus poteſt, ob legitimam cauſam dare licentiam Canonicis, vt â ſuis canonicatibus per quatuor menſes abeſſe poſsint. ¶ Quibus menſibus per Concilium Tridentinum canonicis abeſſe liceat à ſuæ Eccleſiæ ſeruitio, cauſam abſentiæ non eſt opus aſsignare, neque neceſſaria eſt Epiſcopi licentia, ſed ſufficit, vel Decani, vel capituli, licèt omnes Canonici eodem tempore abeſſe non poſsint, ne Eccleſia deſtituat à ſuo ſeruitio, ſed aliqua tantùm canonicorum pars videtur arbitrio Epiſcopi,

vel capituli.Reſidens in decanatu vnius Eccleſiæ, non ammittit fructus aliorum canonicatuum, quos in alijs Eccleſijs obtinet, ex ſententia Congregationis, exceptis tamẽ diſtributionibus, & alijs, quę abſentes nõ ſolent percipere An dignitates canonici, vel portionarij canonicatus, & alij officiales poſsint abeſſe à ſeruitio Eccleſiæ ſine licencia Epiſcopi? Cõgregatio Concilij cenſuit, non requiri licentiam Epiſcopi, quando dignitates canonici portionarij abeſſe volunt, tempore Concili Tridentini ipſis permiſſo: nõ tamen omnes ſimul abeſſe poſſunt, ne Eccleſia ſuo ſeruitio debito deſtituatur, quæ autem pars ſimul poſsit abeſſe relinquitur arbitrio Epiſcopi, & capituli. De alijs, qui non ſunt beneficiati, & inſeruiunt in Eccleſia, Concilium nihil diſpoſuit, ſed æqualiter ſeruandum quod Concilium mandat circa regimen debitum in diuinis officijs hoc cap. in fi.

r ¶ *Saluis nihilominus*. Declar. Cardin. An liceat canonicis regularibus, & portionarijs ſecularibus ab eadem Eccleſia abeſſe per tres menſes, ſtante, quod per eorum ſtatuta, & conſuetudines abſunt per quadraginta dies cum licentia? Sacra Congregatio in ſecularibus cenſuit negatiuè ex hoc textu. In regularibus verò cenſuit, non comprehendi ſub hoc decreto; verùm ſi cauſa ſit rationabilis, & ad ſit licentia prioris, poterunt abeſſe. ¶ An indultũ Leonis Decimi tribuens præpoſito, & Canonicis S. Mariæ de la Scalę vacationẽ duorum menſium contra fundationem Eccleſiæ, intelligatur ſublatum per hoc cap. Si verò hoc textu prætereatur, dum vult ſaluas eſſe inſtitutiones Eccleſiarum, quæ longius ſeruitij tempus requirunt? Congregatio cenſuit, negatiuè, cum expreſsè non deroget indultis, & Concilium reuocat tantùm conſtitutiones, quæ concedunt abſentiam vltrâ tres menſes. ¶ Quando tempus faciendi itineris periculoſum eſt, propter nimios calores, concedi poteſt dilatio petenti ad proficiſcendum ad reſidentiam ſui beneficij, & interdũ abeſt ab ea, quoad fructus beneficij habenda eſt eadem ratio, ac ſi ſemper reſideret. Quando non ſtat per aliquem quominus in ſuo beneficio reſideat, nullum ob non reſidentiam detrimentum ſentire debet. Licentia vt quis poſsit abeſſe cauſa ſtudiorum â ſeruitio ſuæ Eccleſiæ, vel ſeruitio ſui canonicatus, non ſuffragatur vltra quinquennium à die, quo ſtudere cœpit. An obtinentes dignitates in Cathedralibus, ſeu Collegiatis ſiue præbendam, quæ tamen diſtincta eſt certa diſmembratione,

an-

Digitized by Google

interim dum effectum illius non expectant, teneantur reſidere? Congregatio cenſuit negatiue. Habentes plures canonicatus, vbi reſidere debeant? Congregatio cenſuit, habentes plures canonicatus dignitate pares reſidere tenentur, vbi pluribus inſeruire poteſt. Obtinẽs duos canonicatus tenetur in digniori reſidere: eius verò, in quo non reſidet, quotidianas diſtributiones perdit, in quibus diſtributionibus intelligitur etiam comprehenſa tertia pars præbendæ, quæ ex decreto Concilij Tridentini conuerſa fuit in diſtributiones quotidianas. ¶ Obtinens canonicatum, & monaſterium in commendam ab animarum cura liberam, in canonicatu reſidere tenetur. Epiſcopo Vlixbonenſi ſcribatur non reſidentem in canonicatu Eccleſiæ Oliſiponæ, cogendum non eſſe, vt reſideat in monaſterio nempè ordinis Ciſtercienſis, quod obtinet in commendam. Habens duos Archidiaconatus dignitate pares reſidere poterit, in quo ſibi placuerit, ſi alter eſt dignior, in eo reſidere tenetur. Habens dignitatem in Collegiata, quæ vnita ſit Cathedrali, quæ Collegiata ſit diſtricta, poteſt talis, ſi non recipiatur in Cathedrali, alibi ſi habet beneficium, reſidere, & dignitatis ſuæ fructus percipere, exceptis diſtributionibus, & ijs ſi quæ ſortè ſunt, quæ abſentes iuſta de cauſa non percipiunt. Parochus, qui habet parochiam intrà cuius limites adhuc habitant parochiani, tenetur in ea reſidere.

f ¶ *Ac reſidentiæ fecit ſuos.* Declar. Card. Non tamen ſi in alio canonicatu etiam Eccleſiæ Collegiatæ alterius diœceſis reſideret.

e ¶ *Iuxta ſacrorum Canonum conſtitutiones.* Concordat cap. ſi per edictum, cum allegatis ibid. ſup. eod.

Eadem ſeſſione vigeſimaquarta, capit. 12. de reform. in communi.

Intereſſentes dumtaxat recipiãt diſtributiones. Hoc dicit.

CAPVT XVI.

Diſtributiones, *u* qui ſtatis horis *a* interfuerint, *b* recipiant: *c* reliqui, quauis colluſione, aut remiſsione excluſa his careãt *d* iuxta Bonifacij VIII. decretum, *e* quod incipit, *Conſuetudinẽ*: quod ſancta Synodus in vſum reuocat, non obſtantibus quibuſcũque ſtatutis, *f* & conſuetudinibus. *b*

SVPER CAPVT XVI.

u ¶ *Diſtributiones*, Decl. Cardi. An canonici, vel alij officiales chori habentes in Cathedralibus, vel Collegiatis capellanias in titulum, veluti mercenarij, & tempore, quo in dictis capellanijs celebrant, diſtributiones accipere debent, licet abſint à choro, & quid ſi deuotionis cauſa, vel à ſuperiori Eccleſiæ iniungatur eis, vt eo tempore celebrent? S. D. N. etiã ex ſententia Congregationis declarauit, non poſſe, niſi quando ſic iuſsi eſſent à ſuo ſuperiori, quem tamẽ admoneri voluit, vt ab huiuſmodi iuſſu abſtineat. Inſeruientes Eccleſijs, ſiue parochialibus, & habentes legitima beneficia in Eccleſijs Cathedralibus, vel alias ſeruitoria, quæ reſidentiam requirunt, quorum omnes fructus conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, poſſunt omnes percipere, ſi modò nullæ præbendæ diſtinctæ fuerint, & omnes de communi percipiant, neque detur aliquid eis, qui diuinis horis non interſint, & quando ſaluo debito ſeruitio parochialium, poterunt etiam inſeruire Cathedrali, tunc non poſſunt percipere, niſi quatenus inſeruiant. Habens parochialem, & canonicatum ex legitima diſpenſatione debet reſidere in parochiali amiſſis diſtributionibus quotidianis, Ita etiam ſtatuit ſanct. mem. Pius V. de obtinentibus beneficium vtrumque ante Concilium. Abſentes pro vtilitate Eccleſiæ diſtributiones quotidianas non amittunt. Senio confectis, ſi aliàs reſidere ſoliti ſint diſtributiones debentur, ac etiam infirmis ex propria culpa, & peccato eum præcedenti occaſione; nimius enim rigor eſſet, neque ſuperior huiuſmodi inquiſitionem facere debet addendo afflictionem afflictis, quandoquidem multæ eſſent cauſæ, & non turpes. Debentur etiã detentis in carceribus, non tamẽ ob propriam culpã iuxta doctrinam Ioannis Andreæ, in c. 1. de cleric. non reſident. in 6. Nec poſſunt canonici, videlicet duo ad plus aſſociantes eorum Prælatũ, quandoque volentẽ audire Miſſam, in Cathedrali Eccleſia, vel in alia Eccleſia ciuitatis, participes fieri diſtributionum quotidianarum, quia non niſi præſentibus, & inſeruientibus dantur. Vacationes omnes vnius, aut plurium menſium, quibus abſentes diſtributiones quotidianas percipere ſolent, ſublatæ ſunt, niſi abſentes ex cauſis à iure permiſsis prætèr quam quod ſi dictæ vacationes connexæ eſſent in fundatione, quæ etiam intelligantur ſublatæ, ſi canonicatuum fructus omnes ſint diſtributiones quotidianæ.

¶ Non licet Epiſcopo aliquo

præ-

prætextu diſtributiones quotidianas donare relinquere, aut qualibet colluſione remittere alicui, qui vel ab Eccleſiæ ſeruitio abfuerit, vel alio quouis modo diſtributiones legitimè debeat amittere, nefas ſit cuipiam eas capere, & ſi acceperit, ſuas ne faciat, ſed eas reſtituere omninò cogatur diſtribuendas illicò fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco Epiſcopi arbitratu. Illi, qui licentia legitimè obtẽta ſtudiorũ cauſa abſunt, diſtributiones omnes quotidianas percipere debẽt, exceptis incertis, & quotidianis prouentibus, qui tantum inter eos diuidi ſolent quotidie, ſi ſacris horis interſunt. ¶ Canonicus, qui dum erat ſanus, nec aliqua legitima cauſa impeditus, canonicatus ſui perſonale munus obire ſolitus erat, ſi poſteà ægritudine ſuperueniente impediatur id exequi, non debet propter ea quotidianas diſtributiones amittere. ¶ Congregatio cenſuit, diſtributiones quotidianas lucrari eum, qui indebitè coniectus in carcerem fuerit: fructus tamen præbendæ, ſiue maſſæ groſſæ tamdiù deberi, quamdiu per ſententiam non fuerit declaratum, iuſtè illũ in carcere detineri.

a ¶ *Qui ſtatis horis*. Declarat Cardinal. Congregatio Concilij cenſuit, ſeu intelligit ſtatas horas, id eſt, omnes horas, quibus diuina celebrantur, licèt gloſſa in Clementina, vt ij, qui ibidem Cardin. Zambar. numer. 12. dicant de iure poſſe fieri diſtributionem per certas horas. ¶ Non valet ſtatutum, in vna hora, vel duabus intereſſentes lucrantur maſſam groſſam, ſiue præbendam amiſsis diſtributionibus quotidianis. ¶ An canonici, & dignitates obtinentes teneantur hodie omnibus horis, tàm diurnis, quàm nocturnis diuinis intereſſe, licèt alias ante Concilium non niſi ad tres horas tantùm Miſſæ, Sextæ, & Matutinæ, ſiue Primæ tenerentur, & per Sedem Apoſtolicam fuerit confirmatum, an ſaltem, cæteræ, quæ diſtributione carent ſint prædictis tribus copulandæ, ne contemnantur? Congregatio cenſuit, canonicatus, & dignitates obtinentes teneri intereſſe omnibus horis, niſi irritante aliqua confirmatione, quæ non eſt ſublata per Concilium Tridentinum. Diſtributiones quotidianæ cæteris quoque horis ex fructibus maſſæ proportionabiliter ſunt aſsignandæ, ne negligantur.

b ¶ *Interfuerint*. Declarat Cardinal. Qui tempore, quo cantatur vna hora in choro Miſſam celebrat in Eccleſia ex deuotione, vel obligatione, non dicitur interfuiſſe illi horæ,

nec illius distributiones accipere potest: si verò iussus fuerit à superiori, vt celebraret, tunc reciperet, superior tamen debet cauere à tali iussione. Censuit Congregatio facultatem capitularibus se se inuicem substituendi in seruitio Ecclesiæ, ab Episcopo debere concedi, ea tamen cautione adhibita, vt non eodem tempore eidem seruitio sint obstricti.

c ¶ *Recipiant*. Declarat Cardinal. Habeantur tanquam præsentes in choro, qui animarum curam exercent, quæ illi Ecclesiæ imminet, dum tamen sint in actu administrandi sacramenta, vel alia exercendi, quæ spectant ad ipsam curam. Non potest declinari, quin tertia pars præbendæ conuertatur in distributiones quotidianas ex decreto Concilij sup. sessione 22. cap. 3. ratione curæ animarum, quæ imminet canonicatui, qui à præbenda non est diuisibilis. ¶ De statu, & consuetudine Ecclesiæ Collegiatæ canonicorum regularium, vt tam ipsi canonici, quàm portionarij, qui sunt seculares, ab eadem Ecclesia singulis annis cum licentia Prioris, & capituli per quatuor dies abesse possint, quibus vna cum fructibus grossæ etiam distributiones quotidianas accipiant, perinde, ac si diuinis interessent. ¶ Sacra Congregatio in portionarijs secularibus absque difficultate censuit amittere distributiones quotidianas, & quod debentur tantùm illis, qui adstant, & dicitur salarium diurnum, quod laborantibus debetur: de regularibus verò censuit illos non comprehendi hoc decreto, & quia habent seruitium continuum, si prior eis concedat licentiam cum rationabili causa, posse abesse, & percipere.

d ¶ *His careant*. Declarat Car. Nisi residentes in parochialibus nullos redditus ex præbenda deberent, sed omnes fructus in distributiones essent, tunc habentur pro præsentibus, & inseruientibus, quo casu nihil vltra seruitiũ perciperent. Puniendi sunt, qui à seruitio Ecclesiæ absunt, licèt in ciuitate locòve, in quibus ipsa Ecclesia consistit, sint præsentes.

Qui fuerunt olim Canonici reseruantes in resignationibus domos canonicales, easque etiam laicis locantes, cogendi tamen sunt locare iusta mercede, dictas domos canonicis residentibus, ita vt hi præferantur quibuscunque alijs in locatione, cessantibus quibusuis priuilegijs inquilinatus.

e *Iuxta Bonifacij VIII. decretũ*. Hoc decretũ refertur in c. vni. de cler. non resi. in 6. cuius tenor talis

lis est. *Consuetudinem, quæ in quibusdam partibus inolenit: qua canonici, & alij beneficiati, seu clerici Cathedralium, & aliarum Collegiatarum Ecclesiarum (distributiones quotidianas, quæ aliàs manualia beneficia, seu victualia nuncupantur, & tantùm residentibus tribuuntur) qualitercunque in ciuitatibus, seu alijs locis, in quibus ipsæ consistunt Ecclesiæ sint præsentes: licèt diuinis officijs non interfint, ex integro percipiunt: ac si continuè ipsis Ecclesijs in eisdē officijs deseruirēt penitùs improbantes, Statuimus, vt distributiones ipsæ quotidianæ, in quibuscunque rebus consistant, canonicis, ac alijs beneficiatis, & clericis Ecclesiarum ipsarum, qui eisdem officijs in ipsis Ecclesijs affuerint: tribuantur iuxta Ecclesiæ cuiuslibet ordinationem rationabilem iam factam, seu etiam faciendam: qui verò aliter de distributionibus ipsis quicquam receperit (exceptis illis quos infirmitas, seu iusta, & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens Ecclesiæ vtilitas excusaret) rerum sic receptarum dominium non acquirat: nec faciat eas suas. Imò ad omnium restitutionem: quæ contra huiusmodi nostram constitutionem receperit, teneatur. De distributionibus etiam pro defunctorum anniuersarijs largiendis idem decernimus obseruandum.*

f ¶ *Non obstātibus quibuscunque statutis.* Decis. Card. 43. Congregatio Concilij censuit, non licere capitulo aliquo prætextu, distributiones quotidianas donare, aut remittere alicui, qui ab Ecclesiæ seruitio abfuerit, quinimò eū, qui illas receperit, teneri ad earū restitutionem, neque illas suas facere posse. Item decis. Card. 124. Congregatio Concilij censuit, quod si quis indebitè coniectus fuerit in carcerē, vtiq; distributiones quotidianæ ei debeantur: pariter censuit, quòd fructus massæ grossæ tamdiù debeātur, quādiù per sententiam non constiterit iustè illū in carcere detineri. ¶ Item decis. Card. 139. Congregatio Cōcilij censuit, duos ex canonicis, qui inseruientes Episcopo à chori seruitio absunt, lucrari quidem fructus præbendæ, nō autem distributiones quotidianas. Item decis. Car. 146. Congregatio Concilij censuit, canonicum absentem studiorū causa percipere quidē fructus præbendæ; nō autem distributiones quotidianas, quod si in huiusmodi distributionibus omnes capituli redditus cōsistant, percipere etiā distributiones dempta tertia parte, quę inseruiētibus accrescit, nullo autē casu debere ipsum canonicū percipere distributiones Missis, aut defunctorū anniuersarijs applicatas ¶ Itē decis. Card. 162. Congregatio Concilij cēsuit, canonicos Episcopum in visitatione comitantes, percipere

re quidem debere fructus præbē dæ, non autē diſtributiones quotidianas, in illis Eccleſijs, in quibus fructus præbendæ ſunt diſtincti, à quotidianis diſtributionibus, vniuerſi capituli redditus cō ſtent percipere debere ipſas diſtributiones dimiſſa tertia parte, quæ inſeruientibus acceſsit; verùm huiuſmodi dictis de cauſis abſentes nullo modo percipere eleemoſynam pro anniuerſarijs, vel Miſsis relictam, aut elargitam niſi ipſi Eccleſiæ per ſe ſeruitiū præſtiterit. Item deciſ. 192. Congregatio Concilij cenſuit, decret. cap. 12. ver. diſtributiones, ſeſ. 24. ſublatam eſſe conſuetudinem percipiendi diſtributiones in abſentia, etiam immemorabilem. Item deciſ. Card. 267. Congregatio Concilij cenſuit, Epiſcopum priuilegio ſacris canonibus conceſſo poſſe vti opera duorū canonicorum, eoſque dum illi inſeruient debere percipere fructus præbendæ, amiſsis diſtributionibus quotidianis, ſi diſtributiones quotidianæ ſemotæ ſint à fructibus præbendæ. Quod ſi omnes fructus in quotidianis diſtributionibus conſtent, debere percipere earum duas partes amiſſa tertia, quæ accreſcit inſeruientibus.

g ¶ *Et conſuetudinibus.* Declarat Card. Etiā immemorabilibus in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus nōn deſeruiendi. Et conſuetudinibus etiam immemorabilibus: nō tamen ſuſtulit hoc decretū fundationes, nec cōfirmationes Apoſtolicas. Et ita declarauit S. D. N. Greg. XIII. immemorabilem conſuetudinē non excuſare à reſidentia in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, vt ſuprà dictū eſt. An excuſantur canonici abeundo ad Matutinū, ſi ex immemorabili conſuetudine id faciāt? Congregatio cenſuit, canonicos non excuſari ſi vllam aliam cauſam allegant præter hanc, quod ſi per ipſos id facere debent, nō augendæ illis, vt petunt diſtributiones. Congregatio cenſuit, id agēdum ex præſcripto decretorum Conc. ſeſ. 21. & 22. cap. 3. ¶ Si factum eſt aliquod ſtatutū, quòd canonici poſſent inſeruire per ſubſtitutos, vel ſaltem vnus pro alio, non habeatur ratio, quia eſt contra Concilium. An obtinens dignitatem cum canonicatu, ſeu portione in eadem Eccleſia teneatur per ſe ipſum vtriuſque beneficij onera ſubire, ita vt ſatisfaciat Cō cilio deſeruiendo perſonaliter in dignitate, & per ſubſtitutū in canonicatu, ſeu portione non obſtante contraria Eccleſiæ conſuetudine? Congregatio Concilij cē ſuit, poſſe aliquē in vna Eccleſia ex priuilegio, vel conſuetudine fungi duplici officio, vt ſit Theſaura-

ſuarius, & Canonicus, & propterea duplices lucrari diſtributiones, qui eas obtinet diuerſo iure, cum inter dignitates ſuppleat numerum Canonicorum, nec eget ſubſtituto Abb. in cap. cum olim in 6. de reſudicata.

Eadem ſeſſione vigeſimaquarta, capit. 2. de reform. in communi.

Vnuſquiſque teneretur per ſe officia obire, & Epiſcopo inſeruire. Hebdicit.

CAPVT XVII.

Omnes diuina per ſe,[h] & non per ſubſtitutos, compellãtur obire officia,[i] & Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti, aſſiſtere,[k] & inſeruire,[l] atque in choro ad pſalẽdũ, inſtituto, hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, diſtincte deuotèque laudare.

SVPER CAPVT XVII.

[h] ¶ *Omnes diuina per ſe.* Deciſ. Card. 16. Congregatio Concilij cenſuit, pœnitentiarum dum confeſſiones audit, in Eccleſia cenſeri præſentem, tam in proceſſionibus, & orationibus.

[i] ¶ *Compellantur obire officia.* Declarat. Cardinal. Et ad omnes ſeptem horas canonicas tenentur, & ad faciendum principium, & officium hebdomadarij, ſi tamen alij non ſunt Canonici.

[k] ¶ *Pontificalia exercenti aſſiſtere.* Declar. Card. Comitantes Epiſcopum non lucrantur diſtributiones quotidianas, niſi canonicatus conſiſterent, in diſtributionibus quotidianis, & tunc amittunt eam partem, quæ deſeruientibus accreſcit. ¶ An capellaniæ in Eccleſia Cathedrali exiſtẽtes, quarum redditus ex varijs defunctorum redditibus cum onere, Miſſas aliquot, & diuina officia pro animarum ſalute celebrandi, inter ſe tantũ diſtribuunt cappella in præſentes, qui contra onera prædicta per ſe ipſos, & per alios presbyteros quoſcunque perſoluunt, reliquis capellanis, qui præſentes non ſunt nihil percipientibus perſonalem reſidentiam requirant, ita quod, qui eas obtinent, ad reſidentiam præciſè etiam per priuationem cogi poſſunt, non obſtante conſuetudine contraria? Multi ex illuſtriſſimis tenebant non poſſe cogi præciſe, & in hanc ſententiã inclinabat maior pars, niſi allegaretur aliàs fuiſſe contrarium deciſum quoniam fructus tunc in forma diſtributionum, vt in canonicatibus. Ideò fuit deciſum poſſe cogi præciſè ad reſidendum. ¶ Epiſco

po

po Missam priuatam celebranti non tenentur canonici assistere. In modo assistendi, & seruiendi Episcopo celebranti seruanda est consuetudo Ecclesiæ. Canonicatus, & dignitates obtinētes in Cathedrali omnes Episcopo Pontificalia exercenti assistere debent, nisi aliqui legitimè absint, etiam si titulo vacationis, & renuentes Episcopus puniat. In conferendo ordines seruādum est c. 8. sess. 23. Episcopo exercenti Pontificalia extrà Cathedralem Ecclesiarum in ciuitate tamen, non in diœcesi, tenētur assistere, & inseruire, qui solent assistere, & inseruire exercenti Pontificalia in Cathedrali. Obtinentes dignitatem, vel canonicatum in Cathedrali cogi non possunt ab Episcopo, vt sibi assistant, seu inseruiant, quando in Ecclesia prædicta Missam priuatam celebrabit: potest tamen ipsos cogere sibi assistere, & inseruire, quādo exercet Pōtificalia in ipsa Cathedrali Ecclesia. An ad solum Episcopum spectet nominatio existentium in Pontificalibus tam in Missa, quàm in Vesperis, vel an spectet ad capitulum? Congregatio censuit, seruandam esse consuetudinē eiusdem Ecclesiæ, de qua constet, seruandum esse id, quod scribitur in Pontificali, etiam non obstante quacunque consuetudine.

¶ *Inseruire.* Decl. Card. Cōgre-

gatio censunt, canonicos accedere debere ad cubiculum Episcopi, quoties ipse non priuatim, sed Pontificaliter cum cappa, in diebus festiuis, & solemnibus voluerit descendere, vt assistat, vel horis diurnis, vel Missæ sacrificio, multoque magis si ipsemet sit celebraturus; in reditu verò vsque ad ostium domus Episcopi, Episcopo præcedente ipsisque sequentibus comitari debere: in diebus autem feriatis, quando priuatim venit, in Ecclesia celebraturus, aut quidquid aliud acturus, debere nonnullos ex canonicis accedere ad ostium Ecclesiæ, & Episcopum comitari, id ipsumque in reditu obseruandum. Illustrissimi & reuerendissimi Domini. Pro parte capituli Seguntinensis supplicātū infrascr. dubia declarari, circa quorum obseruationē contra consuetudinem immemorabilem eiusdem Ecclesiæ à reuerendissimo domino Episcopo molestantur. Primum est præsupposito, quod ab immemorabili tēpore prædictum capitulū est in possessione nominandi, & deputandi per eorum Magistrum cæremoniarum, & prouidentē chori respectiuè ex dignitatibus, & canonicis dictæ Ecclesiæ assistentes, & ministros in choro per diē ante in tabula describentes eos, qui debent assistere, & ministrare Episcopo Pōtificaliter in Cathe-

drali

drali celebranti, seu Pontificalia exercenti, aut concionanti, aut capitulum iuxta eandē cōsuetudinem assistētes, & ministros, put hactenꝰ deputare debeat. An potius reuerēdissimus dominus Episcopus, nam stante prædicta cō suetudine videtur capitulum satis habere fundatam suam intentionem? Et sic eam seruandam esse, prout à sacra Congregatione, in alijs Ecclesijs fuit declaratum. Congregatio censuit seruandam esse consuetudinem, ita tamen vt Magistris cæremoniarum à libri Pontificalis præscripto discedere non liceat, præstantiores verò cæteris assistendo eligendæ. Secūdum, an capitulum teneatur dare assistentes eidem reuerendissimo domino Episcopo, quando in Cathedrali, vel alia ciuitatis Ecclesia priuatim, non autem Pontificaliter celebrat, vel concionatur, siue concioni interest pro arbitrio, & si nunquam tales existentes capitulum dare consueuit, quod etiā reperitur in alijs Ecclesijs declaratum à sacra Congregatione? Cōgregatio censuit, quando priuatim Episcopus celebrat, non teneri capitulum assistentes dare. Tertium, an reuerendissimo Episcopo extra ciuitatem Seguntinēsem Pontificaliter celebranti, siue Pontificaliter ministranti, vel cōcionāti, seu cōcioni Pōtificaliter interessenti, dictum capitulum assistentes ei præstare debeat? Et quidem pro parte capituli, dicitur non teneri dare assistentes extra ciuitatem, quod vt creditur, iam declaratum reperitur in alijs Ecclesijs. Congregatio respondit, Pontificalia Episcopo exercenti, siue in Cathedrali, siue in alia Ecclesia in ciuitate, & suburbijs teneri. Quarum, vt euitetur omnis discordia, supplicatur declarari, an omnes assistentes debeant esse dignitates, & canonici? An verò, illi, quos capitulum nominauerit ex dignitatibus, canonicis, & præbendis, iuxta consuetudinem supradictam immemorabilem, quam etiam seruandam iam fuit in alijs Ecclesijs declaratum, & præsuppositā hac consuetudine, etiam quod Decanus Seguntinensis Ecclesiæ, ex statuto fundamentali dictæ Ecclesiæ facto autoritate Apostolica est præsidens chori, cui incumbit regimen chori, & correctio, & punitio colloquentiū in eo, & perturbantium officia diuina, & quòd ille tanquam præsidens chori est inter dignitates, & canonicos tantùm. Diaconus verò inter dimidios ex consuetudine non reperiuntur, qui debeant esse prædicti assistentes, & ministri. Et in hoc videtur etiam dicendum seruandam esse consuetudinem Ecclesiæ, quæ rationabilis

est,

po Missam priuatam celebranti non tenentur canonici assistere. In modo assistendi, & seruiendi Episcopo celebranti seruanda est consuetudo Ecclesiæ. Canonicatus, & dignitates obtinētes in Cathedrali omnes Episcopo Pontificalia exercenti assistere debent, nisi aliqui legitimè absint, etiamsi titulo vacationis, & renuentes Episcopus puniat. In conferendo ordines seruādum est c. 8. sess. 23. Episcopo exercenti Pontificalia extrà Cathedralem Ecclesiarum in ciuitate tamen, non in diœcesi, tenētur assistere, & inseruire, qui solent assistere, & inseruire exercenti Pontificalia in Cathedrali. Obtinentes dignitatem, vel canonicatum in Cathedrali cogi non possunt ab Episcopo, vt sibi assistant, seu inseruiant, quando in Ecclesia prædicta Missam priuatam celebrabit: potest tamen ipsos cogere sibi assistere, & inseruire, quādo exercet Pōtificalia in ipsa Cathedrali Ecclesia. An ad solam Episcopum spectet nominatio existentium in Pontificalibus tam in Missa, quàm in Vesperis, vel an spectet ad capitulum? Congregatio censuit, seruandam esse consuetudinē eiusdem Ecclesiæ, de qua constet, seruandum esse id, quod scribitur in Pontificali, etiam non obstante quacunque consuetudine.

¶ *Inseruire.* Decl. Card. Cōgregatio censuit, canonicos accedere debere ad cubiculum Episcopi, quoties ipse non priuatim, sed Pontificaliter cum cappa, in diebus festiuis, & solemnibus voluerit descendere, vt assistat, vel horis diurnis, vel Missæ sacrificio, multoque magis si ipsemet sit celebraturus; in reditu verò vsque ad ostium domus Episcopi, Episcopo præcedente ipsisque sequētibus comitari debere: in diebus autem feriatis, quando priuatim venit, in Ecclesia celebraturus, aut quidquid aliud acturus, debere nonnullos ex canonicis accedere ad ostium Ecclesiæ, & Episcopum comitari, id ipsumque in reditu obseruandum. Illustrissimi & reuerendissimi Domini. Pro parte capituli Seguntinensis supplicāt infrascr. dubia declarari, circa quorum obseruationē contra consuetudinem immemorabilem eiusdem Ecclesiæ à reuerendissimo domino Episcopo molestantur. Primum est præsupposito, quod ab immemorabili tēpore prædictum capitulū est in possessione nominandi, & deputandi per eorum Magistrum cæremoniarum, & prouidentē chori respectiuè ex dignitatibus, & canonicis dictæ Ecclesiæ assistentes, & ministros in choro per diē ante in tabula describentes eos, qui debent assistere, & ministrare Episcopo Pōtificaliter in Cathedrali

drali celebranti, seu Pontificalia exercenti, aut concionanti, aut capitulum iuxta eandē cōsuetudinem assistētes, & ministros, aut hacten⁹ deputare debeat. An potius reuerēdissimus dominus Episcopus, nam stante prædicta cō suetudine videtur capitulum satis habere fundatam suam intentionem? Et sic eam seruandam esse, prout à sacra Congregatione, in alijs Ecclesijs fuit declaratum. Congregatio censuit seruandam esse consuetudinem, ita tamen vt Magistris cæremoniarum à libri Pontificalis præscripto discedere non liceat, præstantiores verò cæteris assistendo eligendæ. Secūdum, an capitulum teneatur dare assistentes eidem reuerendissimo domino Episcopo, quando in Cathedrali, vel alia ciuitatis Ecclesia priuatim, non autem Pontificaliter celebrat, vel concionatur, siue concioni interest pro arbitrio, & si nunquam tales existentes capitulum dare consueuit, quod etiā reperitur in alijs Ecclesijs declaratum à sacra Congregatione? Cōgregatio censuit, quando priuatim Episcopus celebrat, non teneri capitulum assistentes dare. Tertium, an reuerendissimo Episcopo extra ciuitatem Seguntinēsem Pontificaliter celebranti, siue Pontificaliter ministranti, vel cōcionāti, seu cōcioni Pōtificaliter interessenti, dictum capitulum assistentes ei præstare debeat? Et quidem pro parte capituli, dicitur non teneri dare assistentes extra ciuitatem, quod vt creditur, iam declaratum reperitur in alijs Ecclesijs. Congregatio respondit, Pontificalia Episcopo exercenti, siue in Cathedrali, siue in alia Ecclesia in ciuitate, & suburbijs teneri. Quarum, vt euitetur omnis discordia, supplicatur declarari, an omnes assistentes debeant esse dignitates, & canonici? An verò, illi, quos capitulum nominauerit ex dignitatibus, canonicis, & præbendis, iuxta consuetudinem supradictam immemorabilem, quam etiam seruandam iam fuit in alijs Ecclesijs declaratum, & præsuppositā hac consuetudine, etiam quod Decanus Seguntinensis Ecclesiæ, ex statuto fundamentali dictæ Ecclesiæ facto autoritate Apostolica est præsidens chori, cui incumbit regimen chori, & correctio, & punitio colloquentiū in eo, & perturbantium officia diuina, & quòd ille tanquam præsidens chori est inter dignitates, & canonicos tantùm. Diaconus verò inter dimidios ex consuetudine non reperiuntur, qui debeant esse prædicti assistentes, & ministri. Et in hoc videtur etiam dicendum seruandam esse consuetudinem Ecclesiæ, quæ rationabilis

est,

eſt, & iuri conformis; cum ſemper dignitates deputentur diſtributis inter omnes oneribus ſuo ordine, & habita ratione perſonarum, & impedimentorum, prout etiam creditur declaratum reperiri in alijs Eccleſijs. Congregatio cenſuit, Epiſcopo ſolemniter Miſſam, aut Veſperas celebranti primam dignitatem obtinentem pluuiali induto debere in officio presbyteri aſsiſtentes inſeruire, & ipſo legitimè impedito ſecundum dignitatem, ſi canonici ſunt omnes presbyteri, poſtremos canonicos Epiſcopo celebranti aſſiſtere debere, & Subdiacono. Illuſtriſsime, & reuerendiſsime domine, pro parte reuerendiſsimi D. Epiſcopi Abulenſis fuerunt in noſtro Capitulo intimatæ quædam literæ Dom. veſtræ illuſtriſſimæ, in quibus declaratum fuit decretum ſacroſancti Concilij Tridentini, cap. 12. ſeſſ. 24. de reform. §. omnes verò, vt ſcilicet omnes canonici teneantur Reuerendiſsimum Dominum Epiſcopum aſſociare à domo ſua ad Eccleſiam, quando d D. Epiſcopus venit ad celebrandum, & Pontificalia exercendum. Et quamuis, illuſtriſsime domine, dictum decretum comprehendat omnes, qui ſunt de capitulo, prout eſt conſuetudine ſunt in dicta noſtra Eccleſia dignitates, & portionarij ſimul cum canonicis. Et ita etiam ſit de iure, quod appellatione canonicorum, veniat totum capitulum, ac etiam ex mente dicti ſancti Concilij Tridentini dicto §. Omnes verò, &c. Prout fuit declaratum per Dominationem veſtram illuſtriſsimam, & ſacram Congregationem, in vna Burgēſis aſſociationis: nihilominus tamen dictæ dignitates, & portionarij dictæ Eccleſiæ Abulenſis nollent Reuerendiſsimum Dominum Epiſcopū aſſociare, quaſi non fuiſſent comprehenſi in dicto decreto, totum idonus canonicis imponentes, quare pro parte canonicorum dictæ Eccleſiæ Abulenſis humiliter ſupplicatur, ac petitur, vt dignetur D. V. Illuſtriſsima declarare, prout fuit declaratum in dicta Burgenſi, quòd in dicto decreto aſſociandi D. Epiſcopum Abulenſem comprehendatur omnes dignitates, & portionarij dictæ Eccleſiæ, cū etiam prout dictum eſt, ſint de capitulo, & non deceat membra â capite diſcedere, & quòd ſimul cum canonicis teneantur aſſociare D. Epiſcopum. ¶ Reuerendiſsime Domine vti frater, ad dubitationem, quæ oritur ex literis ſuperiorib⁹ diebus ad amplitudinē tuam ſcriptis, de qua agitur in libello, cum eis ad eam miſſo, Congregatio Cardinalium ſacri Cōcilij Tridentini interpretum reſpondit, Dignitates item, & portiona-

tionarios Ecclesiæ, æquè ac canonicos debere Episcopum associare: idque Congregatio ipsa vult omninò obseruari. Deus incolumem conseruet, magisque indies faciat gratiæ suæ participem. Romæ, die 25. Maij. 1586 Illustrissimi & Reuerendissimi Domini, capitulum, & Canonici Abulenses, in pluribus defecerunt circa reuerentiam eorum Prælato debitam, ac cæremoniarum obseruantiam, non sine scandalo populi, & præiudicio cultus diuini, vt ex testibus desuper examinatis, contẽnentes sacras sanctiones, ac sacri Concilij decreta, quibus cauetur, vt Episcopis omnis, honor, tribuatur, qui eorum dignitati par est. Primò enim decretum ediderunt, vt nullus Episcopum associaret, alloquereturque, neque visitaret, vt dicunt testes super secundo, & quarto articulis; & ideò nolunt eum associare, vt dicũt testes, super IX. quod sapit rebellionem aduersus Prælatum, & eo Prælatus afficitur iniuria. Congregatio censuit, seruãdum àse decretum aliàs esse Episcopo transmissum, & capitulum reuocauit decretum, & vult associare, dũmodò sibi intimetur hora, neq; teneatur expectare vltrà dimidiam horam. Congregatio censuit, circa horã, quod Episcopus pro sua prudentia statuat, ac moderetur. Ita illustrissimo Domino placuit ordinare super hoc ne diuina extrà suas horas dicantur, & ciues recedant ab Ecclesia, & populus scandalizetur. Secundò, dum Episcopus accedit ad Ecclesiam pro diuinis audiendis, siue celebrandis, interim dũ oratiõẽ ante altare màius dicit, & ante quam accedat ad suam sedem in choro Canonici in continenti incipiunt cantare horas, vt dicunt testes super III. articulo, cũ tamẽ non debeant illas incipere, quousque Episcopus ad suam Sedem perueniat, & in ea existat, hoc negatur, & capitulum contentatur, quod Illustrissimus Dominus decernat, quando horas debeant incipere, & Dominus Episcopus venire. Congregatio respondit horas diuinas inchoandas statim, ac Episcopus fuerit in choro. Tertiò, vsus est Ecclesiæ huius, vt quando Episcopus ingrediatur Ecclesiam capellanus Ecclesiæ sibi præbeat hyssopũ cum aqua benedicta, hoc tamen ex particulari decreto canonici fieri prohibuerunt, vt dicunt testes super sexto, dicentes, quod attendatur consuetudo Ecclesiæ, quia capitulum dicit seruare contrarium; videlicet, quod familiaris Domini Episcopi ei dat aquam benedictam. Congregatio respondit, seruandam esse consuetudinem, alioquin seruandum subscriptum decretum, quòd à Pontificali præ-

scribitur. ¶ Episcopo rei diuinæ per agendæ causa ad Ecclesiam venienti cum cappa Pontificali, comitantibus Canonicis, vnus ex dignioribus ex capitulo in porta primaria Ecclesiæ porrigat aspersorium cum osculo: cum verò priuatim adit Ecclesiam, tunc ex suis familiaribus vnus aquam ad aspergendum, vt est consuetudo Episcopo porrigat. Quarto, est consuetudo Ecclesiæ, vt Episcopus dicat submissè responsorium in processionibus solemnibus, & Diaconus, & Subdiaconus teneant ei librum: quâm consuetudinem recusant Canonici obseruare, sed mandât, vt famulus chori dictum librum teneat, vt dicunt testes, attendatur consuetudo Ecclesiæ, vt quando Episcopus dicit submissè responsorium dictus Diaconus, & Subdiaconus teneantur ei librum, & negat capitulum mandasse quod famulus chori librum teneret, sed fuit in Curia Magistri cæremoniarum, & imò Diaconus eadem die non potuit tenere librũ. Quintò, quãdo Episcopus celebrat Pontificaliter, denegant, & subterfugiunt assistere, & ei dare assistentes iuxta consuetudinem Ecclesiæ, & formam in Pontificali præscriptam & in cõtẽptum dimittunt Episcopum solum ad altere, vt dicunt testes, & in his specialiter deliquerunt Archidiaconus Oropesa, Canonicus Serua, & Doctor Ares: attendatur consuetudo antiqua, quòd capitulum nominet assistentes ex Dignitatibus, & Canonicis, qui teneantur assistere, non tamen in casu chrismatis, & consecrationis olei: vt inf. cap. 12. Congregatio censuit seruandum quod cõsuetudine receptum est, alias, quòd in Pontificali præscribitur. Sextò, est consuetudo Ecclesiæ, vt assistentes induantur propè capellam maiorem, & inde associent Episcopum ad chorum tamen prædicti capitulares malitiosè relinquũt Episcopum solũ proportionare maius, & solus ipse accedit ad chorum, & assistentes se induunt in sacristia ex consilio Decani, & aliorum sequentium, vt dicunt testes super eisdem nono, & decimo articulis attendatur consuetudo Ecclesiæ, quæ est, quòd Dignitates, & canonici assistentes induant se in credentia superiore, vel in sacristia, & familiares Episcopi, & alij induant se in credentia inferiori, vbi Dominus Episcopus vult induantur assistentes. Congregatio censuit, consuetudinem obseruandam esse, ita vt Episcopus solus non accedat. ¶ Septimò, Decanus dictæ Ecclesiæ obiurgat Magistrum cæremoniarum, rituum, & obseruationum, vt dicunt testes super XI. Negatur, sed mouerunt eam,

eam, vt nihil faceret contra antiquam Ecclesiæ consuetudinem. Octauò, prædictus Decanus, & alij principaliores dignitates obtinentes recusant ea, quæ eorum dignitatum muneribus incumbunt circa cæremonias, & assistẽtiam exercere, neque in hoc Pontificale obseruare volunt, vt dicunt testes super XII. Negatur, sed conseruatur consuetudo antiqua Ecclesiæ, vel Pontificale. Nonò, euenit quodam die, dum Episcopus accessit ad conciones capitulares, malitiosè clauserant portam chori, qua debebat ingredi Episcopus, ita quod coactus fuit alia via proficisci, & transire inter mulieres solus, vt dicunt testes super XIII. Sunt tres portæ & duæ erant apertæ, & sacristia omisit aperire aliã, & capitulum propter huiusmodi illum puniuit.

¶ Decimò euenit, quòd altera die existente Episcopo in sua Sede in choro tẽpore decantationis cãtici Magnificat, thuribularius, primũ thurificauit Decanũ: & Archidiaconũ, & illos, qui ferebant cappas, & postea Episcopum; cũ tamen prius debuisset thurificare Episcopum, cui primus honor in omnibus actibus debetur, vt dicunt testes super XIIII. Negatur, & est inuerisimile, & est impossibile. ¶ Vndecimò, dum Episcopus sedet in choro, assistentes nolunt sustinere in altum Missale, seu Breuiarium, vt recitentur ea, quæ in choro cantantur, sed potiùs a longè, & ita inferiùs illũ tenent, vt in eo legere non possit, vt dicũt testes super XV. Etiã negat, & est inuerisimile, & impossibile. Duodecimò, dum etiam Episcopus consecreat oleũ, & chrisma, de cõsuetudine immemorabili solent ei assistere duodecim presbyteri canoni, & Portionarij, nihilomin⁹ dũ Modern⁹ Episcop⁹ duobus annis præteritis illa cõsecrauit, assiterunt ei tantùm capitulum dictæ Ecclesiæ, vt dicunt testes super XVI. articulo. Ita modo instant Canonici, vt attendatur consuetudo antiqua Ecclesiæ, quæ est, quòd in consecratione olei non assistant canonici, & Dignitates, sed capitulum chori, & beneficiati parochialium: tũ quia interuenit magnus numerus in dicto actu, tùm etiam, quia præbendati sunt pauciſsimi, & deficerent in choro. Cõgregatio respondit differentiam esse inter assistentes, & præsentes, vnde si ex consuetudine non solent assistere in dicto actu, nõ propterea sequitur, vt præsentes non sint, & præstare, quòd Episcopo debent Pontificalia exercenti.

De Clerico per ſaltum promoto.

TITVLVS DECIMVS.

In ſeſsione vigeſima tertia Cõcil. Triden. capit. 14. de reformat.

CAPVT VNICVM.

CVM promotis per ſtatutũ, *m* ſi non miniſtrauerint, Epiſcopus ex legitima cauſa poſsit diſpenſare.

De Clerico per ſaltum promoto.

SVPER C. VNICVM.

m ¶ *Cum promotis per ſaltum.* Declar. Cardi. An ea ſolùm intelligẽda ſint de promotis per ſaltũ, aliquo ſacrorum ordinum omiſſo? An verò etiam de promotis ad maiores ordines omiſsis minoribus, ſiue omnibus, ſiue vno tantum, & quid de omittentibus primam tonſuram? Congregatio cenſuit anno 1588. habere locum decretum Concili in omnibus caſibus poſitis.

De filijs presbyterorum promouendis, vel non.

TITVLVS VNDECIMVS.

In ſeſsione vigema quinta Cõcil. Trid. cap. 15. de refor.

Filius illegitimus nequit miniſtrare, neque beneficium aliquod, ſeu penſionem obtinere in Eccleſia paterna. Hoc dicit.

CAPVT I.

VT paternæ incontinentiæ *a* memoria à locis Deo conſecratis, quos maximè puritas ſanctitaſque decet, longiſsimè arceatur; non liceat filijs clericorum, *b* qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio, *c* in Eccleſijs vbi eorum patres *d* beneficium aliquod Eccleſiaſticum *e* habent, aut habuerunt *f* quodcunque etiam diſsimile *g* beneficium obtinere: *h* neque in dictis Eccleſijs quoquo modo miniſtrare: *i* nec penſiones, *k* ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt habere.

De

De filijs presbyterorum primò.

SVPER CAPVT I.

¶ *Vt paterna in continentia.* Declar. Cardin. Fuit quæsitum, in quo differat hoc decretum à iure cõmuni? Responsum est quod in quinque. Primò, quod non solum ratione successionis prout de iure cõmuni, sed etiã ob incontinentiæ memoriam inualuit hæc prohibitio. Secundò, quod talis memoria legitimè arceatur, non solũ mediatè, prout de iure cõmuni, sed etiam immediatè, contra Abbatem dilectum num. 1 sicod. tit. Tertiò, quod nõ solum prohibetur successio in beneficio eodem, sed in alio quocunque etiam dissimili, dummodò sint in eadem Ecclesia cõtra ius commune, de quo per Abbatem in cap. ad abolendam, post prin. Quartò, quòd nedum prohibetur filium obtenere beneficiũ in eadem Ecclesia, in quæ pater obtinet, sed etiam ministrare cõtra ius commune, quo tantum patri ministrare prohibetur, Abb. in c. cum decorem. eodem tit. Quintò, quòd neque pensiones super fructibus beneficiorum, quos parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent habere potuerunt filij.

¶ *Non liceat filijs clericorum.* Cõcil. IX. Tolet. cap. 10. & cap. proposuisti 82. dist. Grauius in hoc animaduertunt, & concordat Alexan. III. par. 19. c. 3. & Conc. II. Lat. c. 14. can. 2. & per totum de filijs presbyterorum. Decis. Card. 40. Congregatio Concilij causa aliàs maturè discussa censuit, nepotem legitimum ex filio illegitimo non comprehendi decreto c. 15. sess. 25. Item decis. Cardin. 221. Congregatio Concilij censuit, decretum d. c. sess. 25. minimè prohibere, vt nepos legitimus, ex filio illegitimo, beneficium quod auus habuit, obtinere non possit.

¶ *Quinon ex legitimo matrimonio.* Declar. Card. Filij illegitimi clericorum non prohibentur à Concilio Tridentino cum patribus habitare. Filij presbyterorum decreto hoc Concilij Tridentini non prohibentur retinere beneficium legitimè obtentum in eadem Ecclesia, in qua fuit beneficiatus pater eorum, qui ante publicationem eiusdem Concilij è vita migrauit. Patre autem Concilium mortuo, non tenetur eius filius illegitimus, qui in eadem Ecclesia canonicatũ, seu aliud beneficiũ obtinet, illud resignare, quia hoc decreto tantùm prohibetur in futurũ obtinentes.

¶ *In Ecclesijs vbi communiter.* Declar. Card. Hoc caput vnius vigore filij illegitimi arcentur à be-

neficijs, quæ in Eccleſia ſunt, in qua fuit beneficiatus eorũ pater, locum nõ habet, niſi in filijs, qui mortuo patre beneficia in eadem Eccleſia impetrare volunt, niſi in illis, qui vna cum patre in preſenti reperiuntur obtinere in eadem Eccleſia. Concilium Tridentinũ in hoc decreto de filijs presbyterorum, qui non poſſunt habere beneficia in Eccleſia, in qua pater eorũ ad præſens mortuus eſt, nõ ligat eos, qui obtinuerũt ante Cõcilij Tridentini publicationẽ beneficia in Eccleſia, in qua habuerat, vel tunc tẽporis habebat eorũ pater. An illegitimus cuius pater fuit Rector Eccleſiæ matricis, poſsit Eccleſiã filialem obtinere, dependentem, ſeu aliàs illi vnitam, in qua eadem matrix habeat etiam quædam iura parochialia, ſaluo hoc decreto? Congregatio cenſuit poſſe, niſi vnio facta ſit per viam ſubiectionis Eccleſiæ matricis. ¶ Fuit dubitatum, an filij illegitimi poſsint obtinere beneficia vnita Eccleſijs, quæ obtinuerunt, vel obtinent parẽtes eorum? Et fuit reſolutũ, quòd ſi beneficia ſunt vnita æquè principaliter, tũc illegitimi obtinere non poſſunt: ſi verò non ſunt vnita æquè principaliter, ſed acceſſoriè, tũc poſſunt, ſi tamen dictæ Eccleſiæ vnitæ non tenentur miniſtrare in principali. ¶ Fuit pariter dubitatum, An illegitimi obtinere poſsint Eccleſias filiales, quando eorum patres obtinuerunt matrices? Et fuit dictum, poſſe obtinere, quando obtinentes filiales non tenentur miniſtrare in matrice. ¶ Habens canonicatum in Eccleſia, in qua pater eius ſimiliter canonicatum obtinuit, non poteſt in eadẽ Eccleſia de canonicatu ad dignitatẽ aſcẽdere. Pater, qui eſt cõadiutor filij, in canonicatu, eedere tenetur omne ius filio, poſſet tamen ſibi aliquem ſeruare fructum, aut penſionem. An tolerandi in Eccleſia, vel expellendi canonici illegitimi ex presbyteris, & non ſolutis mulieribus, & diſpenſatur poſt Concilium Tridentinum, ſi eius pater nunquam in Eccleſia fuit, ſed poſſeſsionem per procuratorem apprehendit, & nullos fructus percipit, & alterius, qui literis Apoſtolicis non expeditis, nec poſſeſsione ſequuta ceſsit in fauorem alterius in manibus Pontificis? Cõgregatio cenſuit, prædictũ canonicum, cuius pater poſſeſsionẽ per procuratorẽ apprehendit; comprehendi hoc caſu, & ideò appellandum eſſe: alterũ verò canonicum cuius pater nec literas Apoſtolicas expediuit, nec vnquam habuit poſſeſsionem, non cõprehendi, ideò permittendum eſſe. Decretum huius c. nõ obſtat, quominus filius illegitimi canonicatum, ſeu beneficium ibi

ante

ante Cõciliũ, per resignationẽ acquisitum retinere possit, cuius possessionẽ adeptus est post mortem patris. Hunc locũ sacra Cõgregatio censuit, procedere non solùm in filio respectu patris, sed in nepote respectu aui, propter verbũ longissimè, quod excludit omnem personam mediatam, vt dictum est.

e *Beneficiũ aliquod Ecclesiasticũ.* Decla. Car. Concilium Tridentinum nõ prohibet, quin pater, & filius possint celebrare Missam in eadem Ecclesia, dummodò ambo non obtineãt beneficia in ea, sed id fiat ab altero causa legati, quod legatũ sit Missam celebrantibus. Ad Episcopum N. scribatur, vt desinat molestiam exhibere presbytero N. illegitimo celebrãti Missam ob quodã legatum in eadẽ Ecclesia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficium, & hic casus non sit prohibitus à Cõcilio.

f *Habent, vel habuerint.* Dec. Car. Nõ dicitur habuisse ad hoc, vt cõprehendatur sub hoc capitulo ille, qui fuit prouisus, & literis non expeditis, & possessione nõ habita cessit alteri. Hæc verba intelligũtur de futuro, scilicet post publicationem Cõcilij, non autem ante Concilium, sed etiam intelligẽdum est in pẽsionibus, neque mediatè cõprehenditur etiam hoc decreto Concilij, scilicet, qui per procuratorẽ, sed in Ecclesia nunquam ministrauit? Congregatio cẽsuit, quòd sic; quia per prouocationẽ acquiritur ius in re, & causatur vitiũ in personã filij per patris institutionẽ. Abb. in c. transmissa. n. 6. de filijs presbyterorũ. Si verò per solam publicationẽ pater obtinuerit beneficium, cũ vel literas expediuerit, nec possessionem cepit, secùs censuit Cõgregatio, quia ante literarum cõfectionem gratia non est perfecta, sed informis. ¶ Dubitatum fuit, an præsumpta dispensatione, in qua fundatur regula detriẽnali, habeat locum contra hoc decretum, ita vt possidens beneficiũ teneatur contra dispositionẽ huius cap. ex aliqua præsumpta dispensatione suam possessionẽ tueri valeat? Congregatio Concilij die 30. Iulij 1586. tenuit negatiuè, quia dicta regula requirit titulum coloratum, vt latè in cap. 4. sess. 7.

g *Quodcunque etiã dissimile.* Dec. Card. In Ecclesijs sororum aliarum Ecclesiarum, sicut sunt reliquæ in Hispania, in quarũ altera residẽdo præsupponitur residere in principali, nõ potest pater residere in vna, & filius in altera. Cũ patre habente præbendam Theologalem in Ecclesia, in qua eius filius illegitimus canonicatũ detinebat, qui filius, scilicet, canonicatum dimittere teneretur, tamen

obſuetum ſit ſacramenta, & teſtimonium ipſius Epiſcopi fuit diſpenſatum, ac etiam cum filio, dum modo ideo pater abſtineret ab Eccleſia, ſed per ſubſtitutum legeret ab Epiſcopo eligendum, cui aſſignetur aliquis portio vbi trio eiuſdem capituli, & Epiſcopi.

h ¶ *Beneficium obtinere.* Decla. Card. Non autem ſolum duæ obtinuiſſent, ſi de ſtitione ſuſtus hoc tempus ageretur.

i ¶ *Nisi eum ditiis Eccleſijs quo quo modo miniſtare.* Declara. Cardin. Dubitatum fuit, an filius illegitimus laicus, qui in Eccleſia, in qua pater beneficium habet, nec poſſeſſionem, ſed vt cantor muſicæ tantummodò in Eccleſia cãtat, prohibeatur per iſtũ textum? Congregatio die Decẽbris 1574 cenſuit affirmatiuè, quia cõciliũ dicit quoquo modo miniſtrare; eadem enim ratio, ſiue miniſtret in oficio, ſiue in beneficio. ¶ Filius clerici hoc decreto non prohibetur, quominus tanquam capellanus amouibilis deſeruire poſsit, atque obtinere beneficium in Eccleſia, in qua ius pater nũquã fuit intitulatus ad aliquod beneficiũ Eccleſiaſticũ, licẽt pro capellano immouibili inſeruierit in eadẽ Eccleſia. In ciuitate Laodicenſi ſunt plures Collegiatæ, Decani & Canonici vigore ſtatuti accedũt ad certas do

proceſsiones in certis feſtis diebus ad Cathedralem, & ibi canunt vnum verſiculum, ſeu collectam, ipſo ſtante fuit plurimis dubitatũ, an valeat electio facta de filio illegitimo ad Decanatum vnius illarũ Eccleſiarum Collegiatarũ cum prædicta tenentur præſtare in Cathedrali, in qua pater eius Canonicus fuit? Congregatio tenẽte fuit, filium illegitimum incapacem eſſe huius Decanatus, quia quoquo modo inſeruire dictæ Eccleſiæ videtur. Et quia S. D. N. mandat iterum partes audiri, tamen Congregatio ſtetit in decriſis. Non ſolum filius non poteſt retinere beneficia in Eccleſia, in qua pater obtinuit, ſed nec canere in eadem Eccleſia, tanquam muſicus ſimplex.

k ¶ *Nec penſiones.* Declar. Cardin. Decretũ hoc nõ obſtat, quin filius preſbyteri, in cuius fauorẽ fuit impoſita penſio ante Cõcilium Tridentinũ, ſuper partem quã tũc pater eius reſignauit, poſsit exigere prædictam penſionẽ. Idẽ decretũ locũ non habet in iis filiis preſbyterorum, qui penſiones ſuper beneficio à patre obtẽto ante Cõciliũ Tridentinũ, & illius cõfirmationem à patre obtinuerũt. De illegitimo N. habente beneficium in Eccleſia, in qua patre, ſed patre deſeruiente, & tunc, & anteà ſemper, in eadem Eccleſia, vt ſibi poſsit retinere, vel reſeruare

iure pensionem, nihil obtinendum est. Cum N. portionem habente in Ecclesia, in qua pater viuit cum regressu eius, qui regressum habet. Cum filio obtinere pensionem in Ecclesia N. qua pater habuit canonicatum, quem resignauit visum est, dispensandū. Filius illegitimus presbyteri dimidius beneficiatus in vna Ecclesia, qua pater eius olim beneficium habuit, non potest succedere ad integram portionē. Filius presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod quim pater eius absque legimo titolo, & minus pacificè aliquandiu possedit die 4. Septembris. 1586.

Eadem sessione vigesima quinta cap. 15. de reform.

Obtinentes beneficia in Ecclesijs paternis tempore Concilij, teneantur ea resignare, aut permutare intra tres menses. Hoc dicit.

CAPVT II.

SI in præsenti pater & filius illegitimus in eadem Ecclesia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra Ecclesiam intrà trium mensium spatium: alias ipso iure eo priuatus existat & super his quæcunque dispensatio subreptitia confecta.

SVPER CAPVT II.

¶ *Sin præsenti.* Declar. Cardi. In petitione presbyteri N. de resignatione canonicatus nepoti coadiutor, quod ideò sit, vt eius filius possit obtinere, quem habet in eadem Ecclesia canonicatum, visum est dandum spatiū sex mensiū filio ad permutandū, ita tamen vt interim ab Ecclesia omnino abstineat. Illegitimo N. habēte beneficiale, patrimoniale, quod permutare non potest, in Ecclesia, in qua idem pater habet sed non seruit iam diu iacens in lecto paralyticus concessum est, vt retineat, quia non potest permutare. Spurij petentes in posterum de transitu ad honorem, afferant testimonium, & Episcopi commendationem, & maioris partis sui capituli, postulantibus dum viuit alter, vel pater, vel filius, possit ire ad aliam Ecclesiam, vt illo mortuo de consensu Episcopi, & capituli liceat ad primam Ecclesiam residere, concessum est. ¶ Stante supra di-

cta declaratione, quòd Concilium non comprehendat nepotem legitimum ex filio, seu filia illegitimo respectu beneficij, quod alius obtinuit, an procedat etiam viuente ipso auo, adeò vt nepos ex filia illegitima, siue illa viuat, siue non, possit obtinere pensionem super beneficio parochiali, quod auus possidet? Congregatio die 13. Maij 1586. censuit negatiuè, vt arceatur memoria vitæ incontinentiæ: licèt omnes illustrissimi dixerint, contrariam opinionem esse de iure veriorem ex sententia Rotæ. ¶ Cardinali N. dubitanti, an nothi parochias obtinere possint? visum est respondendum Concilium Tridentinum de hoc non esse loquutum.

m ¶ *In eadem Ecclesia beneficia obtinere*. Declarat Cardin. Idem esset si vnum tantùm, sed esset in persona patris, & filij cum alternatiua residentia. Dicitur & eam obtinere resignatarius cum reseruatione tituli, & denominationis, necnon fructuum pro resignante, perinde, ac si resignasset, vnde resignatarius censetur priuatus titulo, si post publicationem Concilij intrà tempus hic præscriptum non resignauit, si tamen eius viueret beneficiatus, in ea Ecclesia, verè beneficiatus est licèt reseruatis fructibus, vt suprà, secùs verò si eius pater in eadem Ecclesia beneficiatus ante prædictã publicationẽ Concilij fuisset mortuus: tunc eueniente morte resignantis illud beneficiũ plenè possidere potest, fructusq; inde percipere, pleno iure, & tuta conscientia tanquam ante Cõcilium acquisitum.

n ¶ *Reperiantur*. Decl. Car. Etiã si esset factus coadiutor, teneretur intrà sex menses à die mortis patris resignare.

o ¶ *Cogatur filius suũ beneficiũ resignare*. Decl. Car. Si fieret locus regressui, & qui regressum habet nollet consentire, oblata prius resignatione cũ honesta pensione, & non acceptata admittitur resignatio, & regressus suspẽditur vtique ad accessũ, vel decessum resignatarij. Filius omninò cogẽdus est resignare beneficiũ, quod obtinet in illa Ecclesia, in qua pater obtinuit, qui filius semper repræsentat incõtinentiam paternam: hoc tamẽ moderatum quandoq; fuit de consensu Ordinariorum, si pater resignasset sua sponte suũ beneficium.

p ¶ *Intra trium mensium spatiũ*. Declar. Car. Filij intra trium mẽsium spatiũ resignare debent sua beneficia, quod adeò verum est, vt si post dictos tres menses resignauerint, nihil eis prodest hoc decretum,

Subre-

q ¶ *Subreptitia censeatur.* Declar. Car. Illegitimus beneficiatus, in quo pater similis, vel dissimilis beneficij mortuo patre ante Concilij publicationem, nō potest quacunque eius dispensatione, ante Concilij publicationem obtenta obtinere aliud beneficium (dimisso eo) quod obtinebat in eadem Ecclesia, in qua pater reperitur beneficiatus, nec optare exui statu illius Ecclesiæ aliud beneficiū, quod sibi competeret, veluti antiquiori, vel alia causa, acquiritur enim de nouo ex dispensationibus per Concilium sublatis, remanet indispensatus.

¶ Eadem sessione vigesima quinta, c. 15. de reform.

Resignationes reciprocæ parentum in filios clericorum prohibentur. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Reciprocæ resignationes, r & quæ post hac à parentibus clericis in fauorem filiorum, fiant vt alter alterius beneficium consequatur, in fraudem huius decreti, & canonicatum sanctionum factæ omninò censeantur: nec collationes sequutæ, vigore huiusmodi resignationum, seualiarum quarumcunque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsis clericorum filijs suffragentur.

SVPER CAPVT III.

r ¶ *Reciprocæ resignationes.* Dec. Card. 58. Congregatio Concilij censuit, decretum Concilij, cap. 15. sess. 25. de reformatione, disponere tantùm circa reciprocas resignationes post ipsum Conciliū in fauorem filiorum faciendas. Item decis. Cardin. 128. Congregatio Concilij censuit, re matura discussa patrem legitimū nulla indigere dispensatione ad obtinendum immediatè beneficium filij, licèt filius, quamuis legitimus, dispensatione egeat ad obtinendum immediatè beneficiū patris.

De statu Regularium.

TITVLVS DVODECIMVS.

In sessione decima quarta Cō cil. Trid. c. 11. de refor.

Admissus ad habitum & professionem, tenetur, sub sui superioris obedientia in claustro perpetuò manere. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Quia regulares de vno ad alium ordinem trāslati, a facilè à suo superiore licentiam standi extrà monasterium obtinere solent,

Digitized by Google

lent, ex quo vagandi, & apostatandi occasio tribuitur, nemo cuiuscunque ordinis Prælatus, vel superior vigore cuiusuis facultatis, aliquem ad habitum, & professionem admittere possit, nisi vt ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui superioris obedientia in claustro perpetuo *b* maneat, ac taliter translatus, etiamsi canonicorum regularium fuerit, ad beneficia secularia, etiam curata, omnino incapax existat.

De statu Regularium.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *De vno ad alium ordinem translati.* Declar. Card. Omnes cuiuscunque Religionis legitimè translati ad Carthusianos, possunt in eadem Carthusiensi religione in claustro Priores, & extrà claustrum procuratores esse. ¶ Contra regulares vagantes] de vno in alium ordinem translatos agit Episcopus ex hoc decreto, vt ex Bulla Pij Quinti de translatis.

b ¶ *Perpetuò.* Declar. Card. Potest tamen superior dare licentiã translato ad modicum tempus stãdi extra monasterium causa prædicationis, vel audiendi confessiones.

c ¶ *Ad beneficia secularia.* Decis. Card. 259. Congregatio Concilij censuit Milites regulares Militiæ sancti Iacobi de Spatha, alioscue huiusmodi non emittentes omnia tria vota substantialia, videlicet paupertatis, castitatis, & obedientiæ, non esse incapaces beneficiorum secularium, siue simplicium, siue curatorum, nec etiam pensionum.

Item sessione vigesima quinta cap. 1. de regul.

Omnes regulares tenentur ad regulæ, quam professi sunt præscriptum, vitam instituere, & componere. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Quoniam non ignorat sancta Synodus, quantum ex monasterijs piè institutis, & rectè administratis, in Ecclesia Dei splendoris, atque vtilitatis oriatur, necessarium esse censuit, quò facilius, ac maturius, vbi collapsa est vetus regularis disciplina instauretur, & constantius, vbi conseruata est perseueret, præcipere, prout hoc decreto præcipit, vt regulares omnes tam viri, quàm mulieres, ad regulæ, quam professi sunt, præscriptum vitam conformare, & componant; atque in primis, quæ ad suæ professionis perfectionẽ, & vt obedientiæ, paupertatis, & castitatis, ac si quæ

quæ aliæ ſunt alicuius regulæ, & ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorũ reſpectiuè eſſentiã, necnon ad communem vitam, victum, & veſtitum conſeruandæ pertinentia fideliter obſeruent. Omniſque cura, & diligentia à ſuperioribus adhibeatur tam in capitulis generalibus, & prouincialibus, quàm in eorum viſitationibus, quæ ſuis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis nõ recedatur; cum compertum ſit, ab eis, non poſſe ea, quæ ad ſubſtantiam regularis vitæ pertinẽt, *f* relaxari: ſi enim illa, quæ baſes ſunt, & fundamenta totius regularis diſciplinæ exactè non fuerint conſeruata, totum corruat ædificium neceſſe eſt. g

SVPER CAPVT II.

d ¶ *Ad ſuæ profeſſionis perfectionẽ.* Declar. Card. cenſuit. Cõgregatio, quod Ordinarius permittere debet Tertiarias Moniales ſancti Franciſci ſub obedientia Fratrum Minorum, quemadmodũ ante fuerunt, & perficere, vt profeſſionem trium ſolemnium votorum, quam primum emittant, ex inſtituto Religionis ſancti Franciſci, cui ſunt adiectæ, ſi fortè, non emiſerunt, nec eas cogere debet, vt habitum mutent, vel vt velo nigro vtantur ſi illarum ordo id non requirat. Poſtremò inter ſepta Monaſterij illas claudere debet.

e ¶ *Vt obedientiæ paupertatis, & caſtitatis.* Cõcordat tex. in Clem. exiui, §. cum igitur in primis, de verb. ſignifi.

f ¶ *Quæ ad ſubſtantiam regularis vitæ pertinent.* Concordat tex. in c. cum ad Monaſterium, in fi. de ſtatu Monach.

g ¶ *Corruat ædificiũ neceſſe eſt.* Concord. tex. in c. cum Paulus. 1. q. 1. & tex. in c. veniens, de preſbyt. non bapt.

Eadem ſeſſione vigeſima quinta, c. 2. de regul.

De paupertate à Regularibus obſeruanda; ac etiam de pœnis proprietariorum. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Nemini Regularium, *h* tam virorum, quàm mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuſcunque qualitatis fuerint etiam quouis modo ab eis acquiſita, tanquam propria, *i* aut etiam nomine conuentus poſsidere, vel tenere, *k* ſed ſtatim ea ſuperiori tradantur, *l* conuentuique incorporẽtur. *m* Nec deinceps liceat ſuperioribꝰ bona ſtabilia alicui regulari cõcedere etiã ad vſum fructũ, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam.

dam. Administratio autem bonorũ Monasteriorum, seu Cõuentuũ ad solos officiales eorũdem, ad nutũ superiorũ amouibiles, pertineat. Mouilium verò vsum ita superiores permittant, vt eorum supellex statui paupertatis, quàm professi sunt, conueniat nihilque superfluit in ea sit *q* nihil etiam, quod sit necessarium, *r* eis denegetur. Quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus, aut conuictus fuerit, is biennio actiua, & passiua voce priuatus sit: *s* atque etiam iuxta suæ regulæ, & ordinis constitutiones puniatur.

SVPER CAPVT III.

h ¶ *Nemini Regularium.* Decl. Cardin. Regulares tam fœminæ, quàm masculi, non possunt tenere propria, sed omnia dare debẽt suis superioribus, à quibus primò subueniendum est, necessitatibus eorum vel earum, quibus munera destinata fuerũt. Monialibus non licet possidere propria & si quid legatum, relictum, datum, donatumve fuerit, vel eorum labore, vel industria partum, tradi debet Abbatissæ, quæ ex eo primum Monialis ipsius, cuius causa id quæsitum est, necessitati prouidebit, reliquum cõferri debet in vsum Monasterij.

i ¶ *Tanquam propria.* Concord. tex. in c. 2. & c. cum ad Monasterium, de statu Monachorum.

k ¶ *Possidere, vel tenere.* Declar. Car. Moniales, nec tam propriũ possidere possunt, quod suis manibus laborãdo acquirũt, vel eis à parẽtibus donatur, etiã cp Monasteriũ esset pauperrimũ. In casu suprà dicto, quãdo donatur Monialibus, aut aliàs ipsæ aliquid acquirũt, Superior Monasterij, si illud pauperrimũ sit, & debet primo prouidere donatariæ, vel ei, quę laborãdo requirit, de necessariis, quod reliquum in commune conferatur.

l ¶ *Superiori tradantur.* Declara. Car. Moniales, & regulares cæteri res, etiã parui momẽti sibi donatas, aut alias acquisitas, vti ꝓprias retinere non possunt, sed superiori resignandæ sunt.

m ¶ *Cõuentui incorporentur.* Dec. Car. Quicquid singulæ Moniales, quocũque titulo acquisierint, totum ad Abbatissæ manus deferri oportet, quę in primis ex huiusmodi acquisitionibus, subueniat arbitrio suo necessitatibus illius Monialis, cuius opera, vel cõtemplatione fuerũt petitæ: quod verò reliquũ erit, cõuertat in cõmunẽ vsum totius Monasterij, curabitq; vt victus Monialiũ quotidianus cõmunis sit, & in coctura, & in vsu. Cũ D. Aldonza de Toledo, viro mortuo facta est Monialis S. Frãciſci sibiq; permittẽte filio

filiò reſeruaſſet circiter 200. aureus ad vſum, quia cõtra Cõcilũ eſt Moniales habere aliquid proprium, viſum eſt dandã eã pecuniã Prioriſſæ, quæ prouidebit neceſſitati ipſius Aldonzæ. Si quis affert munera, vel eleemoſynã, vel aliquid, quod ſacrarũ virginũ manibus elaborandũ ſit, det Abbatiſſæ, vel illis, quæ ab ea Rotæ præpoſitæ ſunt, modò præſente earũ procuratore, neq; alij debet, aut cum eam præterea alloquatur.

n ¶ *Nec deinceps liceat ſuperioribus.* Decl. Car. Niſi ſoli Papæ, qui ſolet Monachis cõcedere vim teſtandi, dũmodò cõſenſus ſuperioris ad illud accedat, & de modica quãtitate diſponatur. Couar. to. 1. c. 2. nu. 12. An ex diſpoſitione inferiorum Summi Pontificis, liceat regularibus poſsidere, vel tenere agros, annuos redditus, aliaque dona immobilia ſuperflua, nõ obſtante hoc decreto? Cõgregatio Cõcilij conſuit, non licere. An propter talem diſpoſitionẽ, ſeu licentiam ſuperiorum poſsidentes, vel tenentes immobilia, vel mobilia ſuperflua, à culpa, vel à pœna excuſentur? Congregatio cenſuit, nõ excuſari, neque à culpa, neque à pœna ipſo iure incurrenda. An ſuperioribus aſſerẽtibus, ſe huiuſmodi licentias poſſe concedere, fides adhibenda ſit? Congregatio cenſuit, minimè adhibendam.

o ¶ *Adminiſtratio autem bonorũ.* Decl. Card. Electio officialium, qui adminiſtraturi ſunt Monaſteriorum bona, ad Monaſterij ſpectat ſuperiores, & ideò licèt Epiſcopus, ſit eius ſuperior, ipſi tamen poſſunt eligere officiales. Officiales electi pro adminiſtratione beneficiorũ Monaſterij à ſuperioribus eiuſdem, poſſunt, prout magis expedire videbitur, redditus ipſorũ Monaſteriorũ in loco cõueniẽti, etiã extra Monaſterium conſeruare, & de eiſdem miniſtrare, pro tempore neceſsitatis ipſis Monialibus. Moniales deputatæ in officiales reddituum Monaſterij à ſuis ſuperioribus, illos adminiſtrare poſſunt.

p ¶ *Ad nutũ ſuperiorũ amouibiles.* Declar. Card. Et ſunt tantùm, quĩ diſtributionem bonorum habent, nam alios amouere no poſſunt. Secùs ſi darẽtur in titulum, tunc enim admitterentur etiam illorũ reſignationes, etiã in fauorem in forma dignum, & pro expreſſè eiuſdẽ Ordinis profeſsis, neque enim officia in titulum cõceſſa dantur potiùs dignitates. Moniales illæ, quæ à capitulo ſui Monaſterij in officiales huiuſmodi eligi ſolebãt, in adminiſtrationẽ bonorũ immobilium dicti Monaſterij, ſi dicto Monaſterio viſum fuerit amoueri poſſunt. Poterunt etiam amoueri Moniales

neficijs, quæ in Ecclesia sunt, in qua fuit beneficiatus eorũ pater, locum nõ habet, nisi in filijs, qui mortuo patre beneficia in eadem Ecclesia impetrare volunt, nisi in illis, qui vna cum patre in præsenti reperiuntur obtinere in eadem Ecclesia. Concilium Tridentinũ in hoc decreto de filijs presbyterorum, qui non possunt habere beneficia in Ecclesia, in qua pater eorũ ad præsens mortuus est, nõ ligat eos, qui obtinuerũt ante Cõcilij Tridentini publicationẽ beneficia in Ecclesia, in qua habuerat, vel tunc tẽporis habebat eorũ pater. An illegitimus cuius pater fuit Rector Ecclesiæ matricis, possit Ecclesiã filialem obtinere, dependentem, seu aliàs illi vnitam, in qua eadem matrix habeat etiam quædam iura parochialia, saluo hoc decreto? Congregatio censuit posse, nisi vnio facta sit per viam subiectionis Ecclesiæ matricis. ¶ Fuit dubitatum, an filij illegitimi possint obtinere beneficia vnita Ecclesijs, quæ obtinuerunt, vel obtinent parẽtes eorum? Et fuit resolutũ, quòd si beneficia sunt vnita æquè principaliter, tũc illegitimi obtinere non possunt: si verò non sunt vnita æquè principaliter, sed accessoriè, tũc possunt, si tamen dictæ Ecclesiæ vnitæ non tenentur ministrare in principali. ¶ Fuit pariter dubitatum, An illegitimi obtinere possint Ecclesias filiales, quando eorum patres obtinuerunt matrices? Et fuit dictum, posse obtinere, quando obtinentes filiales non tenentur ministrare in matrice. ¶ Habens canonicatum in Ecclesia, in qua pater eius similiter canonicatum obtinuit, non potest in eadẽ Ecclesia de canonicatu ad dignitatẽ ascẽdere. Pater, qui est cõadiutor filij, in canonicatu, cedere tenetur omne ius filio, posset tamen sibi aliquem seruare fructum, aut pensionem. An tolerandi in Ecclesia, vel expellendi canonici illegitimi ex presbyteris, & non solutis mulieribus, & dispensatur post Concilium Tridentinum, si eius pater nunquam in Ecclesia fuit, sed possessionem per procuratorem apprehendit, & nullos fructus percipit, & alterius, qui literis Apostolicis non expeditis, nec possessione secuta cessit in fauorem alterius in manibus Pontificis? Cõgregatio censuit, prædictũ canonicum, cuius pater possessionẽ per procuratorẽ apprehendit, comprehendi hoc casu, & ideò appellandum esse: alterũ verò canonicum cuius pater nec literas Apostolicas expediuit, nec vnquam habuit possessionem, non cõprehendi, ideò permittendum esse. Decretum huius c. nõ obstat, quominus filius illegitimi canonicatum, seu beneficium ibi ante

ante Cõciliũ, per reſignationẽ acquiſitum retinere poſsit, cuius poſſeſsionẽ adeptus eſt poſt mortem patris. Hunc locũ ſacra Cõgregatio cenſuit, procedere non ſolùm in filio reſpectu patris, ſed in nepote reſpectu aui, propter verbũ longiſsimè, quod excludit omnem perſonam mediatam, vt dictum eſt.

e Beneficiũ aliquod Eccleſiaſticũ. Decla. Car. Concilium Tridentinum nõ prohibet, quin pater, & filius poſsint celebrare Miſſam in eadem Eccleſia, dummodò ambo non obtineãt beneficia in ea, ſed id fiat ab altero cauſa legati, quod legatũ ſit Miſſam celebrantibus. Ad Epiſcopum N. ſcribatur, vt deſinat moleſtiam exhibere presbytero N. illegitimo celebrãti Miſſam ob quodã legatum in eadẽ Eccleſia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficium, & hic caſus non ſit prohibitus à Cõcilio.

f Habent, vel habuerint. Dec. Car. Nõ dicitur habuiſſe ad hoc, vt cõprehendatur ſub hoc capitulo ille, qui fuit prouiſus, & literis non expeditis, & poſſeſsione nõ habita ceſsit alteri. Hæc verba intelligũtur de futuro, ſcilicet poſt publicationem Cõcilij, non autem ante Conciliũ, ſed etiam intelligẽdum eſt in pẽſionibus; neque mediatè cõprehenditur etiam hoc decreto Concilij, ſcilicet, qui per procuratorẽ, ſed in Eccleſia nunquam miniſtrauit? Congregatio cẽſuit, quòd ſic; quia per prouocationẽ acquiritur ius in re, & cauſatur vitiũ in perſonã filij per patris inſtitutionẽ. Abb. in c. tranſmiſſa. n. 6. de filijs presbyterorũ. Si verò per ſolam publicationẽ pater obtinuerit beneficium, cũ vel literas expediuerit, nec poſſeſsionem cepit, ſecùs cenſuit Cõgregatio, quia ante literarum cõfectionem gratia non eſt perfecta, ſed informis. ¶ Dubitatum fuit, an præſumpta diſpenſatione, in qua fundatur regula detrienali, habeat locum contra hoc decretum, ita vt poſsidens beneficiũ teneatur contra diſpoſitionẽ huius cap. ex aliqua præſumpta diſpenſatione ſuam poſſeſsionẽ tueri valeat? Congregatio Concilij die 30. Iulij 1586. tenuit negatiuè, quia dicta regula requirit titulum coloratum, vt latè in cap. 4. ſeſſ. 7.

g Quodcunque etiã diſſimile. Dec. Card. In Eccleſijs ſororum aliarum Eccleſiarum, ſicut ſunt reliquæ in Hiſpania, in quarũ altera reſidẽdo præſupponitur reſidere in principali, nõ poteſt pater reſidere in vna, & filius in altera. Cũ patre habente præbendam Theologalem in Eccleſia, in qua eius filius illegitimus canonicatũ detinebat, qui filius, ſcilicet, canonicatum dimittere teneretur, tamen

ob suarum & aliorum merita, & testimonium ipsius Episcopi fuit dispensatum, ac etiam cum filio, dum modo idem pater abstineret ab Ecclesia, sed per substitutum legeret ab Episcopo eligendum cui assignetur alijqua portio ultra tertiam eiusdem capituli, & Episcopi.

h ¶ *Beneficium obtinere.* Decla. Card. Non autem solum quia obtinuisset, & de petitione fructus non tempus ageretur.

i ¶ *Nequeant dictis Ecclesijs quoquo modo ministrare.* Declara. Cardin. Dubitatum fuit, an filius illegitimus laicus, qui in Ecclesia, in qua pater beneficium habet, nec possessionem, sed vt cantor mulicæ tantummodò in Ecclesia cãtat, prohibeatur per istũ textum? Congregatio die Decẽbris 1574 censuit affirmatiuè, quia concilium dicit quoquo modo ministrare; eadem enim ratio, siue ministret in oficio, siue in beneficio. ¶ Filius clerici hoc decreto non prohibetur, quominus tanquam capellanus amouilis deseruire possit, atque obtinere beneficium in Ecclesia, in qua ius pater nũquã fuit intitulatus ad aliquod beneficiũ Ecclesiasticũ, licet pro capellano immouibili inseruierit in eadẽ Ecclesia. In ciuitate Laodicensi sunt plures Collegiatæ, Decani & Canonici vigore statuti accedũt ad certas processiones in certis festis dictus annis ad Cathedralem, & ibi canunt vnum versiculum, seu collectam, ipsis stantes, fuit plurium dubitatũ, an valeat statio facta de filio illegitimo ad Decanatus vnius illarũ Ecclesiarum Collegiatarũ, cum prædicta teneantur præstare in Cathedrali, in qua pater eius Canonicus fuit? Congregatio tenẽ fuit, filium illegitimum incapacem esse huius Decanatus, quia quoquo modo inseruire dictæ Ecclesiæ videtur. Et quia S. D. N. mandati iterum partes audiret, tamen Congregatio stetit in decisis. Non solum filius non potest retinere beneficia in Ecclesia, in qua pater obtinuit, sed nec canere in eadem Ecclesia, tanquam musicus simplex.

k ¶ *Nec pensiones.* Declar. Cardin. Decretũ hoc nõ obstat, quin filius presbyteri, in cuius fauorẽ fuit imposita pensio ante Concilium Tridentinũ, super partem quã tũc pater eius resignauit, possit exigere prædictam pensionẽ. Idẽ decretũ hoc tũ non habet in iis filijs presbyterorum, qui pensiones super beneficio à patre obtento ante Cõciliũ Tridentinũ, & illius cõfirmationem à patre obtinuerũt. De illegitimo N. habente beneficium in Ecclesia, in qua patre, sed patre deseruiente, & tunc, & anteà semper, in eadem Ecclesia, vt sibi possit retinere, vel reser-

uare

iure pensionem, nihil obtinendum est. Cum N. portionem habente in Ecclesia, in qua pater viuit cum regressu eius, qui regressum habet. Cum filio obtinẽte pensionem in Ecclesia N. qua pater habuit canonicatum, quem resignauit visum est, dispensandũ. Filius illegitimus presbyteri dimidius beneficiatus in vna Ecclesia in qua pater eius olim beneficiũ habuit, non potest accedere ad integrã portionẽ. Filij presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim pater eius absque legimo titulo, & minus pacificè aliquamdiu possedit die 4. Septembris. 1586.

Eadem sessione vigesima quinta. cap. 15. de reform.

Obtinentes beneficia in Ecclesijs paternis tempore Concilij, tenebantur ea resignare, aut permutare intra tres menses. Hoc dicit.

CAPVT II.

S I in præsenti *l* pater & filius illegitimus in eadem Ecclesia beneficia obtinere *m* reperiantur, *n* cogatur filius suum beneficium resignare, *o* aut cum alio permutare extra Ecclesiam intrà trium mensium spatium: *p* alias ipso iure eo priuatus existat & super his quæcunque dispensatio subreptitia censeatur. *q*

SVPER CAPVT II.

l ¶ *Si in præsenti.* Declar. Catdi. In petitione presbyteri N. de resignatione canonicatus nepoti coadiutor, quod ideò sit, vt eius filius possit obtinere, quem habet in eadem Ecclesia canonicatum, visum est dandum spatiũ sex mensiũ filio ad permutandũ, ita tamen vt interim ab Ecclesia omnino abstineat. Illegitimo N. habẽte beneficiale, patrimonitle, quod permutare non potest, in Ecclesia, in qua idem pater habet sed non seruit iam diu iacens in lecto paralyticus concessum est, vt retineat, quia non potest permutare. Spurij petentes in posterum detransitu ad honorem, afferant testimonium, & Episcopi commendationem, & maioris partis sui capituli, postulantibus dum viuit alter, vel pater, vel filius, possit ire ad aliam Ecclesiam, vt illo mortuo deconsensu Episcopi, & capituli liceat ad primam Ecclesiam residere, concessum est. ¶ Stante supra dicta

cta declaratione, quòd Concilium non comprehendat nepotem legitimum ex filio, seu filia illegitimo respectu beneficij, quod alius obtinuit, an procedat etiam viuente ipso auo, adeò vt nepos ex filia illegitima, siue illa viuat, siue non, possit obtinere pensionem super beneficio parochiali, quod auus possidet? Congregatio die 13. Maij 1586. censuit negatiuè, vt arceatur memoria vitæ incontinentiæ: licèt omnes illustrissimi dixerint, contrariam opinionem esse de iure veriorem ex sententia Rotæ. ¶ Cardinali N. dubitanti, an nothi parochias obtinere possint? visum est respondendum Concilium Tridentinum de hoc non esse loquutum.

m ¶ *In eadem Ecclesia beneficia obtinere.* Declarat Cardin. Idem esset si vnum tantum, sed esset in persona patris, & filij cum alternatiua residentia. Dicitur & eam obtinere resignatarius cum reseruatione tituli, & denominationis, necnon fructuum pro resignante, perinde, ac si resignasset, vnde resignatarius censetur priuatus titulo, si post publicationem Concilij intrà tempus hic præscriptum non resignauit, si tamen eius viueret beneficiatus, in ea Ecclesia, verè beneficiatus est licèt reseruatis fructibus, vt suprà, secus verò si eius pater in eadem Ecclesia beneficiatus ante prædictã publicationẽ Concilij fuisset mortuus: tunc eueniente morte resignantis illud beneficiũ plenè possidere potest, fructusq; inde percipere, pleno iure, & tuta conscientia tanquam ante Cõcilium acquisitum.

n ¶ *Reperiantur.* Decl. Car. Etiã si esset factus coadiutor, teneretur intrà sex menses à die mortis patris resignare.

o ¶ *Cogatur filius suũ beneficiũ resignare.* Decl. Car. Si fieret locus regressui, & qui regressum habet nollet consentire, oblata prius resignatione cũ honesta pensione, & non acceptata admittitur resignatio, & regressus suspẽditur vtique ad accessũ, vel decessum resignatarij. Filius omninò cogẽdus est resignare beneficiũ, quod obtinet in illa Ecclesia, in qua pater obtinuit, qui filius semper repræsentat incõtinentiam paternam: hoc tamẽ moderatum quandoq; fuit de consensu Ordinariorum, si pater resignasset sua sponte suũ beneficium.

p ¶ *Intra trium mensium spatiũ.* Declar. Car. Filij intra trium mẽsium spatiũ resignare debent sua beneficia, quod adeò verum est, vt si post dictos tres menses resignauerint, nihil eis prodest hoc decretum,

Subre-

¶ *Subreptitia censeatur.* Declar. Car. Illegitimus beneficiatus, in quo pater similis, vel dissimilis beneficij mortuo patre ante Concilij publicationem, nō potest quacunque eius dispensatione, ante Concilij publicationem obtenta obtinere aliud beneficium (dimisso eo) quod obtinebat in eadem Ecclesia, in qua pater reperitur beneficiatus, nec optare exui statu illius Ecclesiæ aliud beneficiū, quod sibi competeret, veluti antiquiori, vel alia causa, acquiritur enim de nouo ex dispensationibus per Concilium sublatis, remanet indispensatus.

¶ Eadem sessione vigesima quinta, c. 15. de reform.

Resignationes reciprocæ parentum in filios clericorum prohibentur. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Reciprocæ resignationes, r & quæ post hac à parentibus clericis in fauorem filiorum, fiant vt alter alterius beneficium consequatur, in fraudem huius decreti, & canonicatum sanctionum factæ omninò censeantur: nec collationes sequutæ, vigore huiusmodi resignationum, seualiarum quarumcunque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsis clericorum filijs suffragentur.

SVPER CAPVT III.

r ¶ *Reciprocæ resignationes.* Dec. Card. 58. Congregatio Concilij censuit, decretum Concilij, cap. 15. sess. 25. de reformatione, disponere tantùm circa reciprocas resignationes post ipsum Concilium in fauorem filiorum faciendas. Item decis. Cardin. 128. Congregatio Concilij censuit, re matura discussa patrem legitimū nulla indigere dispensatione ad obtinendum immediatè beneficium filij, licèt filius, quamuis legitimus, dispensatione egeat ad obtinendum immediatè beneficiū patris.

De statu Regularium.

TITVLVS DVODECIMVS.

In sessione decima quarta Cō cil. Trid. c. 11. de refor.

Admissus ad habitum & professionem, tenetur, sub sui superioris obedientia in claustro perpetuò manere. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Quia regulares de vno ad alium ordinem trāslati, a facilè à suo superiore licentiam standi extrà monasterium obtinere solent,

lent, ex quo vagandi, & apostatandi occasio tribuitur, nemo cuiuscunque ordinis Prælatus, vel superior vigore cuiusuis facultatis, aliquem ad habitum, & professionem admittere possit, nisi vt ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui superioris obedientia in claustro perpetuo *b* maneat, ac taliter translatus, etiamsi canonicorum regularium fuerit, ad beneficia secularia, *c* etiam curata, omnino incapax existat.

De statu Regularium.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *De vno ad alium ordinem translati.* Declar. Card. Omnes cuiuscunque Religionis legitimè translati ad Carthusianos, possunt in eadem Carthusiensi religione in claustro Priores, & extrà claustrum procuratores esse. ¶ Contra regulares vagantes, de vno in alium ordinem translatos agit Episcopus ex hoc decreto, vt ex Bulla Pij Quinti de translatis.

b ¶ *Perpetuò.* Declar. Card. Potest tamen superior dare licentiã translato ad modicum tempus standi extra monasterium causa prædicationis, vel audiendi confessiones.

c ¶ *Ad beneficia secularia.* Decis. Card. 259. Congregatio Concilij censuit Milites regulares Militiæ sancti Iacobi de Spatha, aliosque huiusmodi non emittentes omnia tria vota substantialia, videlicet paupertatis, castitatis, & obedientiæ, non esse incapaces beneficiorum secularium, siue simplicium, siue curatorum, nec etiam pensionum.

Item sessione vigesima quinta cap. 1. de regul.

Omnes regulares tenentur ad regulæ, quam professi sunt præscriptum, vitam instituere, & componere. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Quoniam non ignorat sancta Synodus, quantum ex monasterijs piè institutis, & rectè administratis, in Ecclesia Dei splendoris, atque vtilitatis oriatur, necessarium esse censuit, quò facilius, ac maturius, vbi collapsa est vetus regularis disciplina instauretur, & constantius, vbi conseruata est perseueret, præcipere, prout hoc decreto præcipit, vt regulares omnes tam viri, quàm mulieres, ad regulæ, quam professi sunt, præscriptum vitam conformatuant, & componant; atque in primis, quæ ad suæ professionis perfectionẽ, vt obedientiæ, paupertatis, & castitatis, ac li-

quæ

quæ aliæ ſunt alicuius regulæ, & ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorũ reſpectiuè eſſentiã, necnon ad communem vitam, victum, & veſtitum conſeruandã pertinentia fideliter obſeruent. Omniſque cura, & diligentia à ſuperioribus adhibeatur tam in capitulis generalibus, & prouincialibus, quàm in eorum viſitationibus, quæ ſuis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis nõ recedatur; cum compertum ſit, ab eis, non poſſe ea, quæ ad ſubſtantiam regularis vitæ pertinẽt, *f* relaxari: ſi enim illa, quæ baſes ſunt, & fundamenta totius regularis diſciplinæ exactè non fuerint conſeruata, totum corruat ædificium neceſſe eſt. *g*

SVPER CAPVT II.

d ¶ *Ad ſuæ profeſſionis perfectionẽ.* Declar. Card. cenſuit. Cõgregatio, quod Ordinarius permittere debet Tertiarias Moniales ſancti Franciſci ſub obedientia Fratrum Minorum, quemadmodũ ante fuerunt, & perficere, vt profeſſionem trium ſolemnium votorum, quam primum emittant, ex inſtituto Religionis ſancti Franciſci, cui ſunt adiectæ, ſi fortè, non emiſerunt, nec eas cogere debet, vt habitum mutent, vel vt velo nigro vtantur ſi illarum ordo id non requirat. Poſtremò inter ſepta Monaſterij illas claudere debet.

e ¶ *Vt obedientiæ paupertatis, & caſtitatis.* Cõcordat tex. in Clem. exiui, §. cum igitur in primis, de verb. ſignifi.

f ¶ *Quæ ad ſubſtantiam regularis vitæ pertinent.* Concordat tex. in c. cum ad Monaſterium, in fi. de ſtatu Monach.

g ¶ *Corruat ædificiũ neceſſe eſt.* Concord. tex. in c. cum Paulus. 1. q. 1. & tex. in c. veniens, de preſbyt. non bapt.

Eadem ſeſſione vigeſima quinta, c. 2. de regul.

De paupertate à Regularibus obſeruanda; ac etiam de pœnis proprietariorum. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Nemini Regularium, *h* tam virorum, quàm mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuſcunque qualitatis fuerint etiam quouis modo ab eis acquiſita, tanquam propria, *i* aut etiam nomine conuentus poſsidere, vel tenere, *k* ſed ſtatim ea ſuperiori tradantur, *l* conuentuique incorporẽtur. *m* Nec deinceps liceat ſuperioribꝰ bona ſtabilia alicui regulari cõcedere etiã ad vſum fructũ, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam.

filio reſeruaſſet circiter 200. aureus ad vſum, quia cõtra Cõcilij eſt Moniales habere aliquid proprij, viſum eſt dandã eã pecuniã Prioriſſæ, quæ prouidebit neceſſitati ipſius Aldonzæ. Si quis affert munera, vel eleemoſynã, vel aliquid, quod ſacrarũ virginũ manibus elaborandũ ſit, det Abbatiſſæ, vel illis, quæ ab ea Rotæ præpoſitæ ſunt, modò præſente earũ procuratore, neq; alij debet, aut cum eam præterea alloquatur.

n ¶ *Nec deinceps liceat ſuperioribus.* Decl. Car. Niſi ſoli Papæ, qui ſolet Monachis cõcedere vim teſtandi, dũmodò cõſenſus ſuperioris ad illud accedat, & de modica quãtitate diſponatur. Couar. to. 1. c. 2. nu. 12. An ex diſpoſitione inferiorum Summi Pontificis, liceat regularibus poſsidere, vel tenere agros, annuos redditus, aliaque dona immobilia ſuperflua, nõ obſtante hoc decreto? Cõgregatio Cõcilij cenſuit, non licere. An propter talem diſpoſitionẽ, ſeu licentiam ſuperiorum poſsidentes, vel tenentes immobilia, vel mobilia ſuperflua, à culpa, vel à pœna excuſentur? Congregatio cenſuit, nõ excuſari, neque à culpa, neque à pœna ipſo iure incurrenda. An ſuperioribus aſſerẽtibus, ſe huiuſmodi licentias poſſe concedere, fides adhibenda ſit? Congregatio cenſuit, minimè adhibendam.

o ¶ *Adminiſtratio autem bonorũ.* Decl. Card. Electio officialium, qui adminiſtraturi ſunt Monaſteriorum bona, ad Monaſterij ſpectat ſuperiores, & ideò licèt Epiſcopus, ſit eius ſuperior, ipſi tamen poſſunt eligere officiales. Officiales electi pro adminiſtratione beneficiorũ Monaſterij à ſuperioribus eiuſdem, poſſunt, prout magis expedire videbitur, redditus ipſorũ Monaſteriorũ in loco cõueniẽti, etiã extra Monaſterium conſeruare, & de eiſdem miniſtrare, pro tempore neceſſitatis ipſis Monialibus. Moniales deputatæ in officiales reddituum Monaſterij à ſuis ſuperioribus, illos adminiſtrare poſſunt.

p ¶ *Ad nutũ ſuperiorũ amouibiles.* Declar. Card. Et ſunt tantùm, qui diſtributionem bonorum habent, nam alios amouere no poſſunt. Secùs ſi darẽtur in titulum, tunc enim admitterentur etiam illorũ reſignationes, etiã in fauorem in forma dignum, & pro ex preſſẽ eiuſdẽ Ordinis profeſsis, neque enim officia in titulum cõceſſa dantur potiùs dignitates. Moniales illæ, quæ à capitulo ſui Monaſterij in officiales huiuſmodi eligi ſolebãt, in adminiſtrationẽ bonorũ immobilium dicti Monaſterij, ſi dicto Monaſterio viſum fuerit amoueri poſſunt. Poterunt etiam amoueri Monia-

les administrantes bona suprà dicta, etiamsi â capitulo eiusdem Monasterij fuerint electæ. Licèt administrantes bona temporalia Monasteriorũ, & officiales possunt amoueri ad nutum superiorum ex hoc decreto; in eo tamen non comprehenduntur officiales, qui bona temporalia non administrant, sed hoc relinquitur dispositioni iuris communis, & statutorum sacræ Religionis, Ciuitates, quibus à Sede Apostolica concessa fuit administratio bonorum temporalium ex custodia clausuræ, & facultate, hac adhibita moderatione vti debent, videlicet, vt quoad tẽporalia, & clausuram tantum, illi electi à ciuitate gubernent Monasteria Monialium; cùm interuentu tamen, & consensu superiorum dictorum Monasteriorum, ita vt ipsi laici essent ætatis saltem quadraginta annorum, & quòd prætextu talis gubernationis non possint loqui cum Monialibus, aut eorum Monasteria ingredi, nisi cum necessitas sui officij id postulauerit, & tunc quoque in præsentia superiorum ipsarum Monialium.

q ¶ *Nihilque superflui in ea fit.* Declar. Card. An superiorum arbitrio, & præfinitioni stare debeãt regulares, quoad mobiliũ superfluitatem, vel conuenientiã? Congregatio censuit, nisi ex decessu, arbitrij constiterit, vtiq; stare debere, habita videlicet ratione personæ officij, & regularis status paupertatis, quam professi sunt, etiam cæterarum itidem qualitatum.

r ¶ *Nihil etiam quod sit necessarium* Declar. Card. An superiore quantumuis requisito, necessaria suis regularibus negante, vel subtrahente, liceat ipsis clam, vel eo inuito, illa sibi cõparare, seu retinere? Cõgregatio censuit licere. An itidem liceat, cum necessario ideò negantur, vel subtrahuntur, quia Monasterij facultates non suppetunt? Idem licere censuit Congregatio, si præfata necessitas, sit ad indiuidui sustentationẽ, cæterùm eandem penuriam ab omnibus perpetrandam, vsque adeò, vt si quid priuatim alicui delatum, vel ab ipso partum fuerit, id omne ad superiorem rectè deferri oporteat, qui & primum succurrat eius necessitati, cuius intuitu illud obtinuerit, si peculiari aliqua necessitate vltra communẽ præmatur, reliquum in communem vtilitatem conuertat. An dicti Superiores hoc cap. declarare & interpretari possint? Congregatio censuit, non posse. Si Moniales victui, & vitæ suæ aliter cõsulere non possint, nisi sustentarẽtur artificio operum, quæ manibus elaborantur, non prohibentur earum rerum emptiones, & vẽditiones, modò stricta earum, & ho-

& honesta clausura seruetur, prout illarum instituta, & Concilij Tridentini decreta postulant. Præpposito, quod superiores regularium non possint eis concedere licentiam possidendi immobilia, vel mobilia superflua, iuxta nouissimam decisionem Congregationis, An per talē licētiā regulares ipsa immobilia, vel mobilia superflua, possidentes àculpa, vel à pœna excusentur? Cōgregatio censuit, non excusari. Item præsuppositā alia Congregationis declaratione, quod licet regularibus, superiore negante prædicta necessaria, vel subtrahente eo sibi clam, vel inuito superiori ipsa comparare, vel retinere, ad idē cēsendum, si necessaria ipsa ideò negantur, quia Monasterij facultates non suppetunt? Congregatio censuit, nequaquam, nisi necessitas, ad sustentationem indiuidui.

s ¶ *Biennio actiua, & passiua voce priuatus sit.* Decl. Card. In omnibus actibus capitularibus, non tamen in electionibus.

Eadem sessione vigesima quinta, cap. 3. de regul.

Omnibus Monasterijs demptis domibus Capucinorum: & Minorū de obseruantia licet bona immobilia possidere. Hoc dicis

CAPVT IIII.

CONcedit sancta Synodus omnibus Monasterijs, & domibus tam virorum, quàm mulierum, & Mendicantium, *t* exceptis domibus fratrum sancti Francisci Capucinorum, & eorum, qui Minores de obseruantia vocantur, *u* etiam, quibus, aut ex cōstitutionibus suis erat prohibitū, aut ex priuilegio Apostolico nō erat concessum, vt deinceps bona immobilia *x* eis possidere liceat. Quod si aliqua loca ex prædictis, quibus autoritate Apostolica similia bona possidere permissum erat, eis spoliata sint, eadem omnia illis restituenda esse decernit.

SVPER CAPVT IIII.

t ¶ *Et Mendicantium.* Concordat tx. in c. exijt. §. porrò, de ver. sig. in 6.

u ¶ *Qui Minores de obseruantia vocantur.* Decis. Card. 3. Congregatio Concilij censuit in exemptione fratrum Minorum de obseruantia, quæ habetur in decreto c. 3. sess. 25. de Regul. ibi. *Exceptis domibus*, non cōprehendi Moniales sanctæ Claræ. Item declar. Cardin. In hac exceptione fratrum Minorum de obseruantia, non comprehenduntur Moniales sanctæ Claræ.

x ¶ *Bona immobilia.* Decl. Cardin. Executio huius decreti competit Episcopis, & regularibus respectiuè, Pius V. in Bulla incipiente, *Ars pastoralis officij*, publicata 4. Kalendas Iunij. 1566.

Eadem sessione vigesimaquinta. cap. 3. de regul.

Tot sint religiosi in vnoquoque Monasterio, quot possint commodè sustentari. Hoc dicit.

CAPVT V.

In Monasterijs, *a* & domibus tam virorum, quam mulierum, *b* bona immobilia possidentibus, vel nō possidētibus, is tantùm numerus *c* cōstituatur, ac in posterū conseruetur, qui vel ex redditibus proprijs Monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis cōmodè possit sustentari.

SVPER CAPVT V.

a ¶ *In Monasterijs.* Concordat Conc. Arelat. III. c. 8. Concil. Mogunti. c. 19. can. 1. & cap. autoritate, de institutio. c. quoniam, vt ait, de vita & hon. Cler. c. vnic. §. sanè, vt hoc, de statu Regul. in 6.

b ¶ *Quam mulierum.* Declar. Card. Monialibus, quæ non habent, aliunde, vnde commodè se sustentare valeant liceat artificio, & manibus proprijs victum sibi quærere, dummodò honesta, & stricta illarum clausura seruetur, prout à Concilio Tridentino decretum est, & visum est Cōgregationi.

c ¶ *Is tantùm numerus.* Declar. Cardin. Ordinarij. Monialiumq; superiores permittere non debent, vt plures in illarum Monasterijs recipiantur, quàm ex proprijs Monasterij reddibus, vel cō suetis eleemosynis possent sustētari. ¶ In constituendo numero Monialium obseruari debet huius capituli decretum: de dotibus autem nihil certi cum eis statuendum est, sed prout qualitas personarum, & temporum postulabit, est faciendum; nec quod datur à Moniali Monasterium ingrediente dotis nomine, vocari debet, sed dicendum est quòd id tribuitur pro alimentis Monasterium ingressæ. ¶ An in Monasterijs Monialium, quibus iuxta decretum Concilij hoc c. Episcopus certum numerum constituit, liceat Abbatissæ in loco Monialium deficientium alias recipere, pacta certa eleemosyna, pro dote, & quatenus non liceat, quæ prouisio debeat per Episcopum adhiberi, quia hæc deputatio est magni ponderis, & consuetudo est contra id, quod iura dispo-

ponũnt, vt in cap. quoniam, cap. non ſatis de ſim. vbi Doct. Extra uag. Sanct. eod. tit. Bal. in l. ſi quẽquã. C. de Epiſco. & Cler. Guid. Papa deciſ. 80. Armi. ver. ſimonia. nu. 150. & Sylueſt. eod. ver. num. 15. D. Thom. relatus à Summiſtis. Propoſita congregatio cẽ ſuit, negotium conferri ad Papam.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta. cap. 4. de regul.

Nulli regulari permittitur, vt ſe ſubijciat alicui perſonæ extraneæ abſque licentia ſui ſuperioris. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Prohibet ſancta Synodus, ne quis regularis, ſine ſui ſuperioris licentia, prædicationis, vel lectionis, aut cuiuſuis pij operis prætextu ſubijciat ſe obſequio *d* alicuius Prælati, Principis, vel Vniuerſitatis, vel Communitatis, aut alterius cuiuſcunque perſonæ, ſeu loci: neque ei aliquod priuilegium, aut facultas ab alijs ſuper his obtenta, ſuffragetur. Quod ſi contra fecerit, tanquam inobediens arbitrio ſuperioris puniatur.

SVPER CAPVT VI.

d ¶ *Subijciat obſequio.* Concordat tex. in c. quanto, de offic. Ordina. Clem. ne in agro. §. quia verò. de ſtatu Monacho.

Eadm ſeſsione vigeſima quinta. c. 4. de regu.

Recedens â ſue conuentu abſque licentia, puniri debet tanquam deſertor ſui inſtituti. Hoc dicit.

CAPVT VII.

Non liceat regularibus à ſuis conuentibus recedere, etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedẽdi, niſi ab eiſdem miſsi, aut vocati fuerint. Qui vero ſine prædicto mandato, in ſcriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinarijs locorum tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur.

SVPER CAPVT VII.

e ¶ *Tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur.* Declar. Sunt igitur puniendi, ſed non ſunt excommunicati.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta c. 5. de regul.

Epiſcopi tenentur maximè procurare clauſurã Monialiũ. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Bonifacij VIII. conſtitutionem, *f* quæ incipit, *Periculoſo*

renouans ſancta Synodus vniuerſis Epiſcopis, g ſub obteſtatione diuini iudicij, & intermina tione maledictionis æternæ, præcipit, vt in omnibus Monaſterijs ſibi ſubiectis, ordinaria, in alijs verò ſedis Apoſtolicæ autoritate clauſuram ſanctimonialium, h vbi violata fuerit diligenter reſtitui, i & vbi inuiolata eſt conſeruari maximè procurent: inobedientes, atque contra dictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacunque appellatione poſtpoſita, compeſcentes, inuocato etiã ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Quod auxiliũ, vt præbeatur, omnes Chriſtianos Principes hortatur ſancta Synodus, & ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, omnibus Magiſtratibus ſecularibus iniungit.

SVPER CAPVT VIII.

f Bonifacij VIII. conſtitutionem. Hæc conſtitutio refertur in cap. vnico de ſtatu Regularium in 6. cuius tenor talis eſt.

Periculoſo & deteſtabili quarundam Monialium ſtatui, quæ honeſtatis laxatis habenis, & monachali modeſtia ſexuſq; verecundia impudenter abiectis, extra ſua Monaſteria nonnunquam per habitacula ſecularium perſonarum diſcurrunt, & frequenter infra eadem Monaſteria per ſonas ſuſpectas admittunt: in illius, cui ſuam integritatem voluntate ſpontanea denouerunt grauem offen ſam: in Religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum prouidere ſalubriter cupientes, præſenti conſtitutione perpetuò irrefragabiliter valitura ſacimus, vniuerſas & ſingulas Moniales præſentes, atque futuras cuiuſcunque Religiones ſint, vel Ordinis in quibuſlibet mundi partibus exiſtentes: ſub perpetua in ſuis Monaſterijs debere de cætero permanere clauſura. Ita quod nulli earũ Religionẽ tacitè, vel expreſſe profeſſæ ſit vel eſſe valeat quacunque ratione, vel cauſa (niſi fortè tanto, & tali morbo euidẽter earũ aliquã laborare cõſtaret, quod nõ poſsit cũ alijs abſque grani periculo, ſeu ſcãdalo cõmorari) Monaſteria ipſa deinceps egrediẽdi facultas nulli, q; aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, neque etiã honeſtæ (niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat: ac de illis ad quem pertinuerit ſpecialis licentia) ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem: vt ſic à publicis, & mundanis conſpectibus ſeparatæ omninò ſeruire Deo valeãt liberius: & (laſciuiẽdi opportunitate ſublata) eidem corda ſua, & corpora in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire.

§. SANE VT HOC.

Sanè vt hoc ſalutare ſtatutum cõmodiùs valeat obſeruari: diſtrictius inhibemus, ne in Monaſterijs ordinum

num non Mendicantium aliquæ recipiantur de cætero in ſorores, niſi quot poterunt de ipſorum Monaſteriorum bonis, ſiue prouentibus abſq; penuria ſuſtentari: ſi ſecùs actum fuerit irritum decernentes.

§. VERVM QVONIAM.

¶ *Verum quoniam Abbatiſſa, vel Prioriſſa cuiuſuis Monaſterij pro fœudo, quod Monaſterium ipſum tenet ab aliquo Principe, ſeu domino temporali ſibi debebit homagium, vel fidelitatis Sacramentum præſtare niſi, quod per procuratorem illud præſtet poſſit efficere apud eũ, de Monaſterio cum honeſta, & decenti ſocietate exire poterit, eo caſu licenter homagio facto: quam primum commodè poterit, ſeu fidelitatis præſtito Sacramento ad ipſum Monaſterium eueſtigio reuerſura: ſic quòd in fraudem reſidentiæ, ſiue moræ clauſtralis nihil facia omninò.*

§. PORRO NE MONIALES

Porrò ne Moniales cauſam, ſeu occaſionem habeant euagandi Principes ſeculares, ac alios dominos temporales rogamus, requirimus, & obſecramus per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti: eiſdem in remiſſionem peccaminum nihilominus ſuadentes quòd Abbatiſſas ipſas, & Prioriſſas ac Moniales quaſcunque Monaſteriorum ſuarum curam adminiſtrationem negotiaue gerentes, quibuſcunque nominibus cenſeantur: per procuratores in ſuis tribunalibus, ſeu curijs litigare permittant: ne pro conſtituendis procuratoribus, quia tornati in aliquibus partibus nuncupantur, ſeu alijs huiuſmodi eaſdem oporteat euagari. Si qui verò contra præſumpſerint exhortationi huiuſmodi rationabili, atque ſanctæ obtemperare nolentes, cum ſit iuri contrarium, quod mulieres præſertim religioſæ per ſe ipſas litigare cogantur, & à via deuiet honeſtatis, & periculum animarum inducat: ad hoc per ſuos Ordinarios Eccleſiaſticos cenſura Eccleſiaſtica compellantur. Epiſcopis autem, & alijs Prælatis ſuperioribus, & inferioribus quibuſcunque iniungimus, quod & ipſi cauſas, ſeu negotia, quæ præfatæ Moniales habebunt agere coram ipſis, aut in curijs eorundem, ſiue ſint homagia fidelitatis Sacramenta lites, vel quidquid aliud ipſa per procuratores earum fieri faciant, & tractari.

§. ET QVONIAM PARVM

¶ *Et quoniam parum eſſet condere iura, niſi eſſent, qui ea executioni debitè demandarent. Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis vniuerſis diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipiendo*

mandamus, quatenus eorum quilibet in ciuitate, ac diœcesi propria in Monasterijs Monialium sibi Ordinario iure subiectis sua, in his verò, quæ ad Romanam immediatè spectant Ecclesiam Sedis Apostolicæ autoritate: Abbates verò, & alij tam exempti, quàm non exempti Prælati Ecclesiarum, Monasteriorum, & Ordinum quorumcunque in Monasterijs huiusmodi sibi subiectis: de clausura conuenienti, vbi non est ipsorum Monasteriorum expensis, & fidelium eleemosynis, quas ad hoc procurent diligentius facienda, & de ipsis Monialibus includendis quã primùm commodè poterunt: prouidere procurent, si diuinæ, ac nostræ indignationis volucrint acrimoniam euitare: contradictores, ac rebelles per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Per hoc autem in Monasterij exemptis Ordinarij locorum, quoad alia nulla sibi credant iurisdictionem, vel potestatem aliquatenus attributam.

g ¶ *Vniuersis Episcopis.* Declar. Car. Episcopi. Patriarchę, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi in virtutæ sanctæ obedientiæ debẽt publicarẽ in suis ciuitatibus, & diœcesibus Bullã Pij V. de clausura Monialium, & coercere, vt in omnibus Monasterijs clausura seruetur, iuxta formã Bullæ proximè citatæ. Episcop⁹ debet prouidere de ijs, quæ faciunt ad clausuram Monialium, & alijs earum necessitatibus Episcopus Monasteria regularibus subiecta potest visitare in his omnibus, quæ ad clausurã pertinent. Censuit Congregario, Episcopũ diœcesis in Monasterijs alteri Episcopo subiectis ex Cõcilio Tridentino ius visitandi, quoad clausuram, & eãdem potestatem quoad alia, quã habent in Monasterijs regularibus sibi subiectis.

h ¶ *Clausurã Sanctimonialium.* Decl. Card. Moniales Tertiariæ, quæ tria vota substantialia solẽniter emiserunt, cogendæ omninò sunt ad obseruandum clausurã. In alijs autem Tertiarijs, quæ dicta vota non emiserunt, seruanda est præcisè Bulla Pij V. edita anno 66. quarto Kalendarũ Iunij. Sicque declarandum est breue aliàs à Pio Quarto scriptõ Nũtio Hispaniarum pro Tertiarijs Hispanis, quæ ea vota non emiserũt, quatenus in eo cõcessit, vt permanerent prout antea vixerunt. Intelligitur tamẽ hęc permissio iuxta præscriptum dictæ Bullæ, quæ est generaliter in omnibus Tertiarijs huiusmodi, vbicunq; degẽtibus, deinceps obseruãtur, nulla habita amplius ratione inssionis factæ ab eodem Pio Quarto ipsis Tertiarijs. Solemniter non professis certus terminus præfigatur ad profitendum, quo elapso si nõ fuissent

fuiſſent profeſſæ, ad domos parē tum propinquorumque reuerterentur. Cum enim nulla ſuper hac iuſsione fuerit promulgata Bulla, ſed aliquæ tantùm literæ partim à Congregatione Concilij, partim à nonnullis protectoribus regularium, pro quibuſdā particularibus harum Tertiariarum Monaſterijs ſcriptę fuerint, ob id rectius ſe ad generalem dictæ Bullæ iam diù editæ, & paſſim obſeruatæ redire. Moniales licèt prætendant ſubeſſe earum prouincialiſſæ, Ordinarius tamē eas coercere debet, in ijs præſertim, quæ ſpectant ad clauſuram. Epiſcopus habens facultatem cō cedendi alloquendi Moniales exemptas, potiùs ab Epiſcopo quàm ab alio concedatur. Moniales Tertij Ordinis, quæ non emiſerunt profeſsionem, non ſunt ad clauſuram ſeruandam compellendæ. Bulla ſanctiſsimi domini noſtri, de Tertiarijs prohibet puellis, quòd non poſsint ſuſcipere habitum in Monaſterio nō clauſo: ſi verò ſit clauſum, poſſint. Monachæ Tertiariæ, ſeu de pœnitentia dictæ, quæ tria ſubſtātialia vota ſolemniter emiſerunt ad præciſam clauſuram perpetuò ſeruandam, per cenſuras, & aliarum pœnarum impoſitionem, & ſecularis brachij inuocationem, omnibuſque alijs iuris, & facti remedijs omninò agendæ ſunt, & compellendæ. In alijs verò à quibus hæc tria vota non ſunt emiſſa, ſeruandum eſt præſcriptum Bullæ Pij Quinti, editæ 4. Kalendarum Iunij Pontificatus ſui anno primo, quæ ſic incipit: *Cum paſtoralis officij*: vbi Tertiarias non profeſſas ab Ordinario, & earum ſuperioribus admonendas, & inducendas, vt profiteantur, & poſt profeſsionē clauſuræ ſe ſubijciāt; quod ſi recuſauerint, & inuentæ fuerint ſcandalosè viuere, eſſe ſeueriſsimè puniendas. In eadem Bulla Pontifex volentibus viuere ſine profeſsione, & clauſura, vt in futurum nullam aliam in ſuum Ordinem, Religionem, aut Congregationem recipiant. Sanctimoniales omnes, & Tertiariæ obſeruare debent hoc decretum clauſuræ, ſi tria vota ſubſtantialia emiſerunt: in reliquis verò, quæ tria vota non emiſerunt, ſeruanda eſt ſuprà dicta Bulla Pij V. Congregatio cenſuit, comprehendi ſub conſtitutione ſanct. memo. Pij V. de clauſura Monialium, ſub dato Romę 1564. 4. Kalen. Iunij anno primo, quādam religioſam domum de paupere vita nūcupatam, quæ caſtitatis ſimplex votum emittūt, non autem votum clauſuræ, & obedientiæ, Monachali nolente emittere profeſsionem, vel extra clauſuram viuere, omnino interdictum ſit, & prohibitum perpetuò,

filiò reſeruaſſet circiter 200. aureus ad vſum, quia cõtra Cõcilij eſt Moniales habere aliquid proprij, viſum eſt dandã eã pecuniã Prioriſſæ, quæ prouidebit neceſſitati ipſius Aldonzæ. Si quis affert munera, vel elemoſynã, vel aliquid, quod ſacrarũ virginũ manibus elaborandũ ſit, det Abbatiſſæ, vel illis, quæ ab ea Rotæ præpoſitæ ſunt, modò præſente earũ procuratore, neq; alij debet, aut cum eam præterea alloquatur.

n ¶ *Nec deinceps liceat ſuperioribus.* Decl. Car. Niſi ſoli Papæ, qui ſolet Monachis cõcedere vim teſtandi, dũmodò cõſenſus ſuperioris ad illud accedat, & de modica quãtitate diſponatur. Couar. to. 1. c. 2. nu. 12. An ex diſpoſitione inferiorum Summi Pontificis, liceat regularibus poſsidere, vel tenere agros, annuos redditus, aliaque dona immobilia ſuperflua, nõ obſtante hoc decreto? Cõgregatio Cõcilij cenſuit, non licere. An propter talem diſpoſitionẽ, ſeu licentiam ſuperiorum poſsidentes, vel tenentes immobilia, vel mobilia ſuperflua, à culpa, vel à pœna excuſentur? Congregatio cenſuit, nõ excuſari, neque à culpa, neque à pœna ipſo iure incurrenda. An ſuperioribus aſſerẽtibus, ſe huiuſmodi licentias poſſe concedere, fides adhibenda ſit? Congregatio cenſuit, minimè adhibendam.

o ¶ *Adminiſtratio autem bonorũ.* Decl. Card. Electio officialium, qui adminiſtraturi ſunt Monaſteriorum bona, ad Monaſterij ſpectat ſuperiores, & ideò licèt Epiſcopus, ſit eius ſuperior, ipſi tamen poſſunt eligere officiales. Officiales electi pro adminiſtratione beneficiorũ Monaſterij à ſuperioribus eiuſdem, poſſunt, prout magis expedire videbitur, redditus ipſorũ Monaſteriorũ in loco cõueniẽti, etiã extra Monaſterium conſeruare, & de eiſdem miniſtrare, pro tempore neceſsitatis ipſis Monialibus. Moniales deputatæ in officiales reddituum Monaſterij à ſuis ſuperioribus, illos adminiſtrare poſſunt.

p ¶ *Ad nutũ ſuperiorũ amouibiles.* Declar. Card. Et ſunt tantùm, qui diſtributionem bonorum habent, nam alios amouere no poſſunt. Secùs ſi darẽtur in titulum, tunc enim admitterentur etiam illorũ reſignationes, etiã in fauorem in forma dignum, & pro ex preſſè eiuſdẽ Ordinis profeſsis, neque enim officia in titulum cõceſſa dantur potiùs dignitates. Moniales illæ, quæ à capitulo ſui Monaſterij in officiales huiuſmodi eligi ſolebãt, in adminiſtrationẽ bonorũ immobiliũ dicti Monaſterij, ſi dicto Monaſterio viſum fuerit amoueri poſſunt. Poterunt etiam amoueri Monia-

les administrantes bona suprà dicta, etiamsi â capitulo eiusdem Monasterij fuerint electæ. Licèt administrantes bona temporalia Monasteriorũ, & officiales possunt amoueri ad nutum superiorum ex hoc decreto; in eo tamen non comprehenduntur officiales, qui bona temporalia non administrant, sed hoc relinquitur dispositioni iuris communis, & statutorum sacræ Religionis, Ciuitates, quibus à Sede Apostolica concessa fuit administratio bonorum temporalium ex custodia clausuræ, & facultate, hac adhibita moderatione vti debent, videlicet, vt quoad tẽporalia, & clausuram tantum, illi electi à ciuitate gubernent Monasteria Monialium; cùm interuentu tamen, & consensu superiorum dictorum Monasteriorum, ita vt ipsi laici essent ætatis saltem quadraginta annorum, & quòd prætextu talis gubernationis non possint loqui cum Monialibus, aut eorum Monasteria ingredi, nisi cum necessitas sui officij id postulauerit, & tunc quoque in præsentia superiorum ipsarum Monialium.

g ¶ *Nihilque superflui in ea fit.* Declar. Card. An superiorum arbitrio, & præfinitioni stare debeãt regulares, quoad mobiliũ superfluitatem, vel conuenientiã? Congregatio censuit, nisi ex decessu, arbitrij constiterit, vtiq; stare debere, habita videlicet ratione personæ officij, & regularis status paupertatis, quam professi sunt, etiam cæterarum itidem qualitatum.

r ¶ *Nihil etiam quod sit necessarium* Declar. Card. An superiore quantumuis requisito, necessaria suis regularibus negante, vel subtrahente, liceat ipsis clam, vel eo inuito, illa sibi cõparare, seu retinere? Cõgregatio censuit licere. An itidem liceat, cum necessario ideò negantur, vel subtrahuntur, quia Monasterij facultates non suppetunt? Idem licere censuit Congregatio, si præfata necessitas, sit ad indiuidui sustentationẽ, cæterùm eandem penuriam ab omnibus perpetrandam, vsque adeò, vt si quid priuatim alicui delatum, vel ab ipso partum fuerit, id omne ad superiorem rectè deferri oporteat, qui & primum succurrat eius necessitati, cuius sintui tu illud obtinuerit, si peculiari aliqua necessitate vltra communẽ præmatur, reliquum in communem vtilitatem conuertat. An dicti Superiores hoc cap. declarare & interpretari possint? Congregatio censuit, non posse. Si Moniales victui, & vitæ suæ aliter cõsulere non possint, nisi sustentarẽtur artificio operum, quæ manibus elaborantur, non prohibentur earum rerum emptiones, & vẽditiones, modò stricta earum, & ho-

Digitized by Google

& honeſta clauſura ſeruetur, prout illarum inſtituta, & Concilij Tridentini decreta poſtulant. Præpoſito, quod ſuperiores regularium non poſsint eis concedere licentiam poſsidendi immobilia, vel mobilia ſuperflua, iuxta nouiſsimam deciſionem Congregationis, An per talē licētiā regulares ipſa immobilia, vel mobilia ſuperflua, poſsidentes àculpa, vel à pœna excuſentur? Cōgregatio cenſuit, non excuſari. Item præſuppoſita alia Congregationis declaratione, quod licet regularibus, ſuperiore negante prædicta neceſſaria, vel ſubtrahente eo ſibi clam, vel inuito ſuperiori ipſa comparare, vel retinere, ad idē cēſendum, ſi neceſſaria ipſa ideò negantur, quia Monaſterij facultates non ſuppetunt? Congregatio cenſuit, nequaquam, niſi neceſsitas, ad ſuſtentationem indiuidui.

ſ ¶ *Biennio actiua, & paſsiua voce priuatus ſit.* Decl. Card. In omnibus actibus capitularibus, non tamen in electionibus.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta, cap. 3. de regul.

Omnibus Monaſterijs demptis domibus Capucinorum: & Minorū de obſeruantia licet bona immobilia poſsidere. Hoc dicis

CAPVT IIII.

CONcedit ſancta Synodus omnibus Monaſterijs, & domibus tam virorum, quàm mulierum, & Mendicantium, *t* exceptis domibus fratrum ſancti Franciſci Capucinorum, & eorum, qui Minores de obſeruantia vocantur, *u* etiam, quibus, aut ex cōſtitutionibus ſuis erat prohibitū, aut ex priuilegio Apoſtolico nō erat conceſſum, vt deinceps bona immobilia *x* eis poſsidere liceat. Quod ſi aliqua loca ex prædictis, quibus autoritate Apoſtolica ſimilia bona poſsidere permiſſum erat, eis ſpoliata ſint, eadem omnia illis reſtituenda eſſe decernit.

SVPER CAPVT IIII.

t ¶ *Et Mendicantium.* Concordat tx. in c. exijt. §. porrò, de ver. ſig. in 6.

u ¶ *Qui Minores de obſeruantia vocantur.* Deciſ. Card. 3. Congregatio Concilij cenſuit in exemptione fratrum Minorum de obſeruantia, quæ habetur in decreto c. 3. ſeſ. 25. de Regul. ibi. *Exceptis domibus*, non cōprehendi Moniales ſanctæ Claræ. Item declar. Cardin. In hac exceptione fratrum Minorum de obſeruantia, non comprehenduntur Moniales ſanctæ Claræ.

x. ¶ *Bona immobilia.* Decl. Cardin. Executio huius decreti competit Episcopis, & regularibus respectiuè, Pius V. in Bulla incipiente, *Ars pastoralis officij*, publicata 4. Kalendas Iunij. 1566.

Eadem sessione vigesimaquinta. cap. 3. de regul.

Tot sint religiosi in vnoquoque Monasterio, quot possint commodè sustentari. Hoc dicit.

CAPVT V.

In Monasterijs,[a] & domibus tam virorum, quam mulierum, [b] bona immobilia possidentibus, vel nō possidētibus, is tantùm numerus [c] cōstituatur, ac in posterū conseruetur, qui vel ex redditibus proprijs Monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis cōmodè possit sustentari.

SVPER CAPVT V.

a ¶ *In Monasterijs.* Concordat Conc. Arelat. III. c. 8. Concil. Mogunti. c. 19. can. 1. & cap. autoritate, de institutio. c. quoniam, vt ait, de vita & hon. Cler. c. vnic. §. sanè, vt hoc, de statu Regul. in 6.

b ¶ *Quam mulierum.* Declar. Card. Monialibus, quæ non habent, aliunde, vnde commodè se sustentare valeant liceat artificio, & manibus proprijs victum sibi quærere, dummodò honesta, & stricta illarum clausura seruetur, prout à Concilio Tridentino decretum est, & visum est Cōgregationi.

c ¶ *Is tantùm numerus.* Declar. Cardin. Ordinarij. Monialium q; superiores permittere non debent, vt plures in illarum Monasterijs recipiantur, quàm ex proprijs Monasterij reddibus, vel cō suetis eleemosynis possent sustētari. ¶ In constituendo numero Monialium obseruari debet huius capituli decretum: de dotibus autem nihil certi cum eis statuendum est, sed prout qualitas personarum, & temporum postulabit, est faciendum; nec quod datur à Moniali Monasterium ingrediente dotis nomine, vocari debet, sed dicendum est quòd id tribuitur pro alimentis Monasterium ingressæ. ¶ An in Monasterijs Monialium, quibus iuxta decretum Concilij hoc c. Episcopus certum numerum constituit, liceat Abbatissæ in loco Monialium deficientium alias recipere, pacta certa eleemosyna, pro dote, & quatenus non liceat, quæ prouisio debeat per Episcopum adhiberi, quia hæc deputatio est magni ponderis, & consuetudo est contra id, quod iura dispo-

Digitized by Google

ponũnt, vt in cap. quoniam, cap. non ſatis de ſim. vbi Doct. Extra uag. Sanct. eod. tit. Bal. in l. ſi quẽ quã. C. de Epiſco. & Cler. Guid. Papa deciſ. 80. Armi. ver. ſimonia. nu. 150. & Sylueſt. eod. ver. num. 15. D. Thom. relatus à Summiſtis. Propoſita congregatio cẽ ſuit, negotium conferri ad Papam.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta. cap. 4. de regul.

Nulli regulari permittitur, vt ſe ſubijciat alicui perſonæ extraneæ abſque licentia ſui ſuperioris. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Prohibet ſancta Synodus, ne quis regularis, ſine ſui ſuperioris licentia, prædicationis, vel lectionis, aut cuiuſuis pij operis prætextu ſubijciat ſe obſequio *d* alicuius Prælati, Principis, vel Vniuerſitatis, vel Communitatis, aut alterius cuiuſcunque perſonæ, ſeu loci: neque ei aliquod priuilegium, aut facultas ab alijs ſuperhis obtenta, ſuffragetur. Quod ſi contra fecerit, tanquam inobediens arbitrio ſuperioris puniatur.

SVPER CAPVT VI.

d ¶ *Subijciat obſequio.* Concordat tex. in c. quanto, de offic. Ordina. Clem. ne in agro. §. quia verò. de ſtatu Monacho.

Eadm ſeſsione vigeſima quinta. c. 4. de regu.

Recedens à ſuo conuentu abſque licentia, puniri debet tanquam deſertor ſui inſtituti. Hoc dicit.

CAPVT VII.

Non liceat regularibus à ſuis conuentibus recedere, etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedẽdi, niſi ab eiſdem miſsi, aut vocati fuerint. Qui vero ſine prædicto mandato, in ſcriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinarijs locorum tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur.

SVPER CAPVT VII.

e ¶ *Tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur.* Declar. Sunt igitur puniendi, ſed non ſunt excommunicati.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta c. 5. de regul.

Epiſcopi tenentur maximè procurare clauſurã Monialiũ. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Bonifacij VIII. conſtitutionem, *f* quæ incipit, *Periculoſa*

renouans ſancta Synodus vniuerſis Epiſcopis, g ſub obteſtatione diuini iudicij, & intermina tione maledictionis æternæ, præcipit, vt in omnibus Monaſterijs ſibi ſubiectis, ordinaria, in alijs verò ſedis Apoſtolicæ autoritate clauſuram ſanctimonialium, h vbi violata fuerit diligenter reſtitui, i & vbi inuiolata eſt conſeruari maximè procurent: inobedientes, atque contra dictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacunque appellatione poſtpoſita, compeſcentes, inuocato etiã ad hoc (k opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Quod auxiliũ, vt præbeatur, omnes Chriſtianos Principes hortatur ſancta Synodus, & ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, omnibus Magiſtratibus ſecularibus iniungit.

SVPER CAPVT VIII.

f Bonifacij VIII. conſtitutionem. Hæc conſtitutio refertur in cap. vnico de ſtatu Regularium in 6. cuius tenor talis eſt.

Periculoſo & deteſtabili quarundam Monialium ſtatui, quæ honeſtatis laxatis habenis, & monachali modeſtia ſexuſq; verecundia impudenter abiectis, extra ſua Monaſteria nonnunquam per habitacula ſecularium perſonarum diſcurrunt, & frequenter infra eadem Monaſteria perſonas ſuſpectas admittunt: in illius, cui ſuam integritatem voluntate ſpontanea denouerunt grauem offenſam: in Religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum prouidere ſalubriter cupientes, præſenti conſtitutione perpetuò irrefragabiliter valitura ſacimus, vniuerſas & ſingulas Moniales præſentes, atque futuras cuiuſcunque Religiones ſint, vel Ordinis in quibuſlibet mundi partibus exiſtentes: ſub perpetua in ſuis Monaſterijs debere de cætero permanere clauſura. Ita quod nulli earũ Religionẽ tacitè, vel expreſſe profeſſæ ſit vel eſſe valeat quacunque ratione, vel cauſa (niſi fortè tanto, & tali morbo euidẽter earũ aliquã laborare cõſtaret, quod nõ poſſit cũ alijs abſque graui periculo, ſeu ſcãdalo cõmorari) Monaſteria ipſa deinceps egrediẽdi facultas nulli q; aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, neque etiã honeſtæ (niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat: ac de illis ad quem pertinuerit ſpeciali licentia) ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem: vt ſic à publicis, & mundanis conſpectibus ſeparatæ omninò ſeruire Deo valeãt liberius: & (laſciuiẽdi opportunitate ſublata) eidem corda ſua, & corpora in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire.

§. SANE VT HOC.

Sanè vt hoc ſalutare ſtatutum cõmodiùs valeat obſeruari: diſtrictius inhibemus, ne in Monaſterijs ordinum

nam non Mendicantium aliquæ recipiantur de cætero in ſorores, niſi quot poterunt de ipſorum Monaſteriorum bonis, ſiue prouentibus abſq; penuria ſuſtentari: ſi ſecùs actum fuerit irritum decernentes.

§. VERVM QVONIAM.

¶ Verum quoniam Abbatiſſa, vel Prioriſſa cuiuſuis Monaſterij pro fœudo, quod Monaſterium ipſum tenet ab aliquo Principe, ſeu domino temporali ſibi debebit homagium, vel fidelitatis Sacramentum præſtare niſi, quod per procuratorem illud præſtet poßit efficere apud eũ, de Monaſterio cum honeſta, & decenti ſocietate exire poterit, eo caſu licenter homagio facto: quam primum commodè poterit, ſeu fidelitatis præſtito Sacramento ad ipſum Monaſterium eueſtigio reuerſura: ſic quòd in fraudem reſidentiæ, ſiue moræ clauſtralis nihil facia omninò.

§. PORRO NE MONIALES

Porrò ne Moniales cauſam, ſeu occaſionem habeant euagandi Principes ſeculares, ac alios dominos temporales rogamus, requirimus, & obſecramus per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti: eiſdem in remiſſionem peccaminum nihilominus ſuadentes quòd Abbatiſſas ipſas, & Prioriſſas ac Moniales quaſcunque Monaſteriorum ſuarum curam adminiſtratio rem negotia ve gerentes, quibuſcunque nominibus cenſeantur: per procuratores in ſuis tribunalibus, ſeu curijs litigare permittant: ne pro conſtituendis procuratoribus, quia tornati in aliquibus partibus nuncupantur, ſeu alijs huiuſmodi eaſdem oporteat euagari. Si qui verò contra præſumpſerint exhortationi huiuſmodi rationabili, atque ſanctæ obtemperare nolentes, cum ſit iuri contrarium, quod mulieres præſertim religioſæ per ſe ipſas litigare coganturſ, & à via deuiet honeſtatis, & periculum animarum inducat: ad hoc per ſuos Ordinarios Eccleſiaſticos cenſura Eccleſiaſtica compellantur. Epiſcopis autem, & alijs Prælatis ſuperioribus, & inferioribus quibuſcunque iniungimus, quod & ipſi cauſas, ſeu negotia, quæ præfatæ Moniales habebunt agere coram ipſis, aut in curijs eorundem, ſiue ſint homagia fidelitatis Sacramenta litis, vel quidquid aliud ipſa per procuratores earum fieri faciant, & tractari.

§. ET QVONIAM PARVM

¶ Et quoniam parum eßet condere iura, niſi eßent, qui ea executioni debitè demandarent. Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis vniuerſis diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipiendo

fuissent professæ, ad domos parē tum propinquorum que reuer-terentur. Cum enim nulla sūper hac iussione fuerit promulgata Bulla, sed aliquæ tantùm literæ partim à Congregatione Concilij, partim à nonnullis protectoribus regularium, pro quibusdā particularibus harum Tertiariarum Monasterijs scriptę fuerint, ob id rectiùs se ad generalem dictæ Bullæ iam diù editæ, & passim obseruatæ redire. Moniales licèt prætendant subesse earum prouincialissæ, Ordinarius tamē eas coercere debet, in ijs præsertim, quæ spectant ad clausuram. Episcopus habens facultatem cōcedendi alloquendi Moniales exemptas, potiùs ab Episcopo quàm ab alio concedatur. Moniales Tertij Ordinis, quæ non emiserunt professionem, non sunt ad clausuram seruandam compellendæ. Bulla sanctissimi domini nostri, de Tertiarijs prohibet puellis, quòd non possint suscipere habitum in Monasterio nō clauso: si verò sit clausum, possint. Monachæ Tertiariæ, seu de pœnitentia dictæ, quæ tria substātialia vota solemniter emiserunt ad præcisam clausuram perpetuò seruandam, per censuras, & aliarum pœnarum impositionem, & secularis brachij inuocationem, omnibusque alijs iuris, & facti remedijs omninò agendæ sunt, & compellendæ. In alijs verò à quibus hæc tria vota non sunt emissa, seruandum est præscriptum Bullæ Pij Quinti, editæ 4. Kalendarum Iunij Pontificatus sui anno primo, quæ sic incipit: *Cum pastoralis officij*: vbi Tertiarias non professas ab Ordinario, & earum superioribus admonendas, & inducendas, vt profiteantur, & post professionē clausuræ se subijciāt; quod si recusauerint, & inuentæ fuerint scandalosè viuere, esse seueriſsimè puniendas. In eadem Bulla Pontifex volentibus viuere sine professione, & clausura, vt in futurum nullam aliam in suum Ordinem, Religionem, aut Congregationem recipiant. Sanctimoniales omnes, & Tertiariæ obseruare debent hoc decretum clausuræ, si tria vota substantialia emiserunt: in reliquis verò, quæ tria vota non emiserunt, seruanda est suprà dicta Bulla Pij V. Congregatio censuit, comprehendi sub constitutione sanct. memo. Pij V. de clausura Monialium, sub dato Romę 1564. 4. Kalen. Iunij anno primo, quādam religiosam domum de paupere vita nūcupatam, quæ castitatis simplex votum emittūt, non autem votum clausuræ, & obedientiæ, Monachali nolente emittere professionem, vel extra clausuram viuere, omnino interdictum sit, & prohibitum per-

petuò, vt in futurum nullam aliã prorsus in suum ordinem, Congregationemvè recipiant. ¶ Cẽ fuit Congregatio ob causam cõcedere, vt Moniales possit exire à Monasterio in Ecclesiã exteriorem ipsius Monasterij, vt exercitari possit, vbi sunt reliquæ: hac eadem de causa à Sede Apostolica concessum fuit, vt in domo parentum accedit per mensem.

i ¶ *Diligentes restitui*. Decis. Card. 194. Congregatio Concilij censuit, Episcopũ posse Moniales regularibus subiectas in his, quæ clausuram concernunt, toties visitare, quoties verè cognouerit expedire.

Eadem sessione vigesima quinta cap. 5. de reg.

Monialibus indicitur clausura perpetua in Monasterijs. Hoc dicit.

CAPVT IX.

Nemini Sanctimonialium [k] liceat post professionem exire, [l] à Monasterio, etiam ad breue tẽpus, quocunque præ textu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, indultis quibuscunque, & priui legijs non obstantibus.

SVPER CAPVT IX.

[k] ¶ *Nemini Sanctimonialium.* Concordat Conc. Cabil. II. c. 57. 62. & 63. cum allegatis in cap. præcedenti.

[l] ¶ *Post professionem exire.* Declarat. Cardinal. Monialibus à Monasterio exire non licèt, etiam cum causa probabili, nisi ad sit communis consensus superioris regularis, & Episcopi illius. Monialis non potest exire clausuram Monasterij, nisi de consensu eius superioris regularis, & Episcopi diœcesani. Moniales subiectæ potestati regularium si sine Bulla, & licentia Ordinarij egressæ fuerint per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia, debent ipsæ, & ipsarum superiores de quorum licentia è Monasterio fuerunt egressæ, ab eodem Ordinario puniri, non obstantibus quibuscunque priui legijs Bulla subcripta. Quando ex permissu Sedis Apostolicæ transferuntur Moniales de loco ad locum, translatum debet fieri in aurora, vt à paucis cõspici possint, atque à personis grauibus, & honestis, & sanguine eis proximioribus coniunctis deducãtur earumque dotes Monasterio, quod reliquerunt, remaneant. Exeunde à Monasterijs iustam causam Moniales non habent, vt curam nepotum suorum gerant,

rant, etiam si nullum propinquorum haberent. ¶ Ex causa Sedis Apostolicæ concessit quibusdã Monialibus, vt trãsirent ad aliud Monasterium alterius obedientiæ, de consensu tamen superiorum.

Eadem sessione vigesima quinta cap. 5. de regul.

Excommunicantur ingredientes absque licentia intra septa Monasterij Sanctimonialium. Hoc dicit.

CAPVT X.

Ingredi intrà septa Monasterij *m* Sanctimonialium nemini liceat, *n* cuiuscũq; generis, aut cõditionis sexus, vel ætatis fuerint, sine Episcopi, vel superioris licentia *o* in scriptis obtenta, sub excõmunicationis pœna, ipso facto incurrenda. Dare autem tantùm Episcopus, *p* vel superior licentiã debet in casibus necessarijs, neque alius vllo modo possit, etiam vigore cuiuscunque facultatis vel indulti *q* hactenus concessi, vel in posterum concedendi.

SVPER CAPVT X.

m ¶ *Ingredi intra septa Monasterij.* Decla. Card. S. D. N., Greg. XIII. audita relatione Congregationis approbauit declarationem aliàs factam à sanct. mem. Pio V. vt liceat mulieribꝰ ingredi prima clausura Monasteriorum virorũ, quando contingit viros, & mulieres in publicis processionibus ire per ea ad Ecclesiam, vel in eis diuina celebrare, & nonaliter. Cadauera eorum, qui cupiunt in Monasterijs Monialium sepulturæ tradi, respondit S. D. N. Gregorius sepeliri debere in exteriori Ecclesia, nõ autem intra clausuram. Presupposita declaratione Cõgregationis aliàs edicta quod si eorum est cõsuetudo, accedendi ad Monasteria Monialium regularibus subiecta, sine licentia Epĩscopi, ea debet obseruari, an eodem modo attendenda sit consuetudo, post Concilium introducta, vt Ordinarij concedãt licẽtiã ingressus ad Monasteria regularibus subiecta priuatione ad ipsos superiores regulares? Cõgregatio cẽsuit si cõsuetudo sit introducta post Cõcilĩũ, quod ea debeat obseruari. An dato, quòd à superioribus regularibus huiusmodi licẽtiæ ingressus cõcedi debeant priuatiuè ad Ordinarios, possint tamen Ordinarij aliquã super ipsarũ licẽtiã cõfessione super intendentiã habere, & qnãlẽ prout Mediolani, vbi vigore Prouincialis Cõcilij primi debent hẽ licentiæ ad superiores registrari

Cõgregatio cẽſuit, quòd etiam ſit ſeruãda conſuetudo. Et an ſi ipſis ſic expedire ex aliqua cauſa videbitur, ipſas aliquando improbare? Cõgregatio cenſuit, quòd nõ poſſit ipſas improbare, verũ poſſet aliquẽ accedentem impedire, ſi probabiliter ſic expedire videbitur. Ingredi intraſepta Monaſterij, nec religioſis ipſis licet, etiã vt ſatisfaciãt poteſtatũ vuluntati, qui in Monaſterijs Monialiũ voluerint quodlibet anno anniuerſariũ celebrari, nã hoc caſu ſatisfaciendũ eſt, celebrãdo illũ in exteriori Eccleſia. Intra ſepta Monaſterij, nec ipſis religioſis licet Miſſas celebrãdi cauſa ingredi. Vtrũ puella introduci poſſit intra clauſtra Monaſterij Monialiũ ad hoc, vt educetur ibi, etiã abſque licentia Ordinarij, quoad Monaſteria regularibus ſubiecta? Congregatio cenſuit, poſſe, obtentis tamen licentijs ab ipſa Congregatione cauſa præſuppoſita, non autẽ ex ſola licentia ſuperiorum regularium, nec etiam licentia Ordinarij, & ſuperiorum illa, quæ habitum regularem ſuſcipere vult, & ibi permanere, poteſt itidem cõmorari per aliquot dies, vt magis proſpicere poſſit, Monaſterijs ordinis regularium, niſi obtentis literis ab ipſa Cõgregatione. Nobili fœminæ, cuius progenitores Monaſterium Monialium fundarunt, conceſſum fuit ex magna cauſa, vt etiam cum duabus alijs matronis, bis in anno in illud ingredi poſſit, dummodò in eo nõ pernoctet. Viduis & mulieribus nobilibus, quæ volunt ingredi Monaſteria, vt in eis perpetuò viuant, retento ſeculari habitu, à Sede Apoſtolica permittitur, dummodo ingrediantur de conſenſu Abbatiſſæ, & maioris partis Monialium, modeſtoque habitu incedant, legemque communem clauſuræ obſeruent, quod ſi ſemel egrediantur, in ea iterum ingredi non permittantur. Permiſſum etiam quandoque fuit, mulieribus habentibus virum abſentem ad tẽpus in Monaſterijs Monialium permanere. Licet Epiſcopo, vel ſuperiori in Monaſterijs ſibi ſubiectis dare licentiam recipiendi puellas in Monaſterijs, & ibi cõmorandi, vt rectè in moribus inſtituantur, licet noluerint religionis habitum ſuſcipere cũ certis tantùm conditionibus, nõ obſtante Concilio Trid. hoc cap. Concilium Trid. non prohibet, quin puellæ in Monaſterijs Monialium educationis gratia recipi poſſint, niſi forte ratio aliqua, vel ſtatutum religionis alicuius Monaſterij aliter prohiberet. Puellæ, quæ in Monaſterijs educantur, nec ſacra veſte indutæ ſunt, ſed laicali, non prohibentur Concil. Trident. decreto ibidem retineri, niſi ex inſtitutis, vel regula illius

Digitized by Google

liùs Ordinis id eſſet interdictum. ¶ Nec liceat ingredi ſepta Monaſterij ſine licentia Epiſcopi, aut Vicarij Generalis ad hoc ſpeciale mandatum habentis ¶ Poſſent tamen Ordinarij iure proprio puellas, de quibus controuertitur, in Monaſterijs collocare ad tempus, donec lites finiantur. ¶ Puellæ ſeculares non prohibentur, quin in Monaſterijs Monialium educari poſsint, ſeruanda tamen ſunt inſtituta cuiuslibet Monaſterij, nec niſi de conſenſu ſuperioris eiuſdem Monaſterij admittendæ. ¶ Puellæ, quæ educationis gratia degunt in Monaſterijs, debent ibi manere ſine ancillis, nec inde exire, niſi non recuſare poſsint, & obligatæ ſunt ad clauſuram, & ad cætera, ſicut ipſe Moniales. ¶ Idem ſtatutum eſt de puellis, quæ propter tenues facultates, vel inopiam domi ſuæ tutè ali nequeũt, ac eiſdem etiam victus à propinquis ſuppeditari debet in Monaſterijs collocandæ. Puellæ educationis gratia ſtare poſſunt in Monaſterijs Monialium modò ſeruent omnia, ad quæ tenentur ipſe Moniales, c. tamen, 4. & 5. huius ſeſsionis locum non habet in dictis puellis. ¶ Puellæ, quæ educationis gratia in Monaſterio Monialiũ recipiuntur, recipi debent de conſenſu Abbatiſſæ, & Monialiũ, & de conſenſu, & licẽtia in ſcriptis ſuperioris earundem, debentque in Monaſterio ſine ancillis manere, & ſi ſemel ab eo exierint, non ſunt amplius in eo admittendæ. ¶ Puellæ, quæ ſunt in Monaſterijs Monialium educationis gratia debent reſtitui patri, quandocunque illas petierit. ¶ Puellis, quæ in Monaſterijs educationis gratia ſunt, licentiæ dari debent, inde ad balnea curandæ, valetudinis ſuæ gratia exeundi, iiſdemque permitti debet, vt in idem Monaſterium redire poſsint, ſi tamen rectè ad balnea eò ſe recipere voluerunt. Puellę, quæ de licentia ſuperioris Monaſterij de eo exierunt, curandæ valetudinis cauſa, rurſus in eo admitti debent, modo ab earundem ſuperiore licentiam inſcriptis impetrent, & Abbatiſſæ ac reliquarum Monialium accedat cõſenſus, etiam eo veſtitu in Monaſterium intromitti debent, qui virginali modeſtiæ, ac pudori conueniat, nullamque ſuam famulam ducant, & dum ibi erunt, ſeruare debent clauſuræ eandem legem, quam Moniales ſeruant, neque ibi permanere permitti debent vltrà ætatis ſuæ annum 25. quo ex loco ſi ſemel exierunt, nullam poſteâ remittendi habeant facultatem. ¶ Epiſcopus poteſtatẽ facit puellæ redeũti, & commoranti in Monaſterio, in quo aliàs commorabatur cauſa

cauſa educationis, & ſi ex eo exi uit morbi ſui curandi cauſa, modo id fecerit de eius licentia, & quod ſeruentur omnes conditiones, quæ aliàs in alijs literis huiuſmodi eiſdem præſcriptæ fuerunt. ¶ Puellæ educationis gratia in Monaſterijs Monialium permitti debent vſque ad 25. ætatis ſuę annum, Gregorius XIII. ſuperiori regenti Monialium ſancti Gabrielis Ferrarienſis. In Monaſterijs Monialium tolerari debent puellæ, quæ delectæ ſunt ex Hoſpitalibus, & alijs pijs locis donec offeratur facultas eas nubēdi, quæ licet inſeruiant Monaſterijs Monialium, non poſsūt tamen priuatim cuique Moniali inſeruire, quæ puellæ, ſi producātur in publicum, omnes proceſſionaliter incedere debent, nec comitantes illis Monſales adiungantur, & confecta proceſsione in Monaſterium reuertantur, & quandiù ibi ſunt, clauſuram ſeruare tenentur, & reliquam viuendi rationem, prout ipſæ Moniales, & nullas ſecum habere ancillas, nec ſingulę indepoſsūt exire, niſi poſteà nūquam in idem Monaſterium redituræ. ¶ Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi Domini, Abbatiſſæ Monaſterij ſanctæ Annæ Ordinis ſancti Bernardi prope, & extra muros, ciuitatis Abulenſis, quæ Epiſcopo Abulenſi immediatè ſubiectæ ſunt, prætendunt, quòd clauſtra Monaſterij pro ſeruitio Monialium poſſent habere, & retinere quaſdam ancillas in habitu, & vita ſeculari degentes, quibus clauſtra intrare, & exire, etiam quandoque libuerit, & aliàs denuò poſſe recipere teſtantur. Quod ſit contra decretum Concilij Tridentini, & Apoſtolicas conſtitutiones Reuerendiſsimus dominus Epiſcopus Abulenſis Monialibus prohibuit, quòd intra clauſtra dicti Monaſterij prædictas ancillas ſeculares vlterius de nouo nō reciperent, ſed Abbatiſſa, & Moniales prædictæ contra præceptum D. Epiſcopi inſurgunt, ex eo, quod aſſerunt habere conſuetudinem recipiendi, & retinendi dictas ancillas. Quare reuerendiſsimus Epiſcopus Abulenſis, illuſtriſsimis, & reuerendiſsimis Dominis D.D. V.V. ſupplicat, vt dignentur illi reſcribere, quid in hac ſacra Congregatione faciendum fore dignum iudicabit. In Congregatione confirmatum, & approbatum fuit, quicquid per reuerendiſsimum D. Epiſcopum prouiſum fuit, vt ſuprà debeat executioni demandari, die 20. Februarij. ¶ Puellæ, quæ propinquis, & facultatib⁹ deſtitutæ ſunt, & ideò ſine dote, neq; in Monaſterium adduci poſſunt, ſi miſericordiæ cauſa admiſſæ fuerunt, tolerari debent in Monaſterijs,

modò

modò ſuprà dictis legibus obediant: in futurum autem nullæ talis cõditionis admittantur. Neophytæ poſſunt in Monaſterijs Monialium manere, ſi Ordinarij & Abbatiſſæ Monialium earumque; ſuperioris conſenſus acceſſerit, ipſæq; ſolæ maneant in Monaſterijs, neque inde exeant, niſi in Monaſterium amplius poſteà nõ redituræ, reliquiſque in rebus omnibus, præſertim in his quę ad clauſuram pertinent, leges ſeruent Monialibus præſcriptas. Viduæ quę viris mortuis honeſtatis cauſa ſe contulerunt in Monaſterium, modo ſint bonæ exiſtimationis, & famæ, legibuſque ſupra dictis Monialibus pareant, tolerari debent: de cætero tamen nullæ huiuſmodi recipi debẽt, niſi Moniales fieri velint Mulier ſecularis, quæ iam eſt intrà ſepta Monaſterij expellenda eſt, ſi iſtuc ſine licentia Sedis Apoſtolicæ ingreſſa eſt, & contra maioris partis Monialium intentionem. Viduæ nobiles, quibus permittitur ingredi Monaſterium Monialium, his conditionibus vti debẽt vt nullas ſecum ducant ancillas, & eo animo ingrediantur, vt nolint inde amplius exire; & dum apud Moniales ſunt his clauſuræ finibus, & legibus teneantur, quibus ipſæ Moniales.

Non poteſt Epiſcopus licentiam dare viduæ Monaſterium ingredi volenti, in habitu laicali permanere, etiam ſi ibi vſque ad finem vitæ ſuæ permanere, nec amplius exire vellet, quia in iſtis nulla adeſt cauſa neceſſaria Mulier coniugata ſi ſit in Monaſterio Monialium, & conſtituit, quòd ſi inde exierit, verſabitur in periculo mortis in Monaſterio relinqui debet, & ſine ancillis, & vllo famulatu extraneo teneturq; clauſuram, & alia prout ipſæ Moniales ſeruare. Mulier, quæ venit in ſuſpicionem adulterij apud maritum, & ob id timet, ne ab eo vis aliqua inferatur, permitti debet, vt ingrediatur Monaſterium Monialium, ſi modò conſtitutiones Monaſterij non repugnent, & accedat conſenſus Abbatiſſæ, & Monialium, & Miniſtri Prouincialis, aut alterius earum ſuperioris, & ingrediatur ſine ancillis, & ſeruet clauſuram & reliqua, prout ipſæ Moniales. Et cauſa ingreſſus ceſſante debet inde exire, & ſi ſemel exierit, nunquam poſtea in idem Monaſterium ingredi poſsit. Mulieres, quæ ſunt in diſcordia cum maritis, & eorum ſæuitiam timent, ſi ſunt extra culpam, quandiù iuſtam timendi cauſam habuerint, debent ſi ſunt in Monaſterijs tolerari. Illæ verò, quæ probabili ſuſpicione adulterij laborantes in Monaſterijs receptæ fuerunt, ad breue tamen tempus tolerari de-

Digitized by Google

debeant: in posterum verò huiusmodi mulieres in eis recipi non debent. Causa infirmitatis Monialium aliquando Sedes Apostolica concessit, vt secum retinere possint famulam secularem, cum eisdem legibus clausuræ, & habitus, quibus suprà. Ordinarius tamen hanc facultatem concedere non potest, & de facto concessa reuocatur. Decretum huius Concilij, non obstat, quin virgines educandi causa intra Monasteriũ ingredi possint, & ibi educari vsq; ad vigesimum quintum annum, cũ habitu modesto, cum lege cõmunis clausuræ, & de consensu Abbatissæ, & maioris partis Monialiũ, quæ puellas educare solẽt, quę si semel egressę fuerint, ad ea amplius reuerti non permittitur sine noua dispensatione, nisi in eo profiteri voluerint. Quæ autẽ puella, putâ ex causa valetudinis, egrediatur, & de licentia Ordinarij, de eiusdem licentia in illud re intrare potest cum solitis circunstantijs, & conditionibus. Illustribus puellis, quæ in Monasterijs cum supradictis conditionibus educari permittuntur à Sede Apostolica, ab eadem etiam fuit, aliquando dispensatum, vt famulam secularem habeãt cum eisdẽ legibus. ¶ De virgine vxore N. ciui Panormitani, quæ separata est à viro in Monasterio scribatur Archiepiscopo Panormitano, vt si exiens sibi subit vitæ discrimen, patiatur esse in Monasterio, modò, quo ad clausuram attinet, seruet clausuram Monialium.

Petitio commissæ pignoris ſç, vt propter fluxũ sanguinis, possit à marito separari, & cum tribus filiabus puellis, in Monasterio Monialium habitare reiecta est. Nobiles, & gradus superioris matronæ, quæ sunt in Monasterio admissæ, omnes ancillas emittere debent, nec possunt à Monasterio exire, nisi in id non reditu rę, & dum in eo maneant, seruare debent clausuram, & reliqua, sicut ipsę Moniales.

De lite Comitissæ sancti Seuerini, quæ interea dum filius adolescat, vellet ingredi Monasteriũ Neapoli, Responsum est, vt ingrediatur, nec inde exeat, nisi cũ amplius ingredi noluerit, & quã diu ibi erit, & quod ad clausurã attinet; obseruare regulam Monialium.

Non licet Episcopo licentiam dari matri, sororibus, & consanguineis Monasterium ingredi, causa visitandi filias, vel sorores, quæ aliqua graui infirmitate tenẽtur, etiam non sine mortis periculo: minus quando filiæ, aut aliæ professionem emittunt, vel habitum suscipiunt Religionis.

Seculares omnes ab ingressu Monasteriorũ Monialiũ prorsus

tus prohibẽdi sunt, & Monialibus expressè præcipi debet, ne in Monasteriũ vllos seculares admittant. Deinde excõmunicationis pœna secularibus ipso facto incurrẽda, si ausi fuerint ea Monasteria introire, denũtianda est. Causa euidẽtis vtilitatis Monialiũ licẽtia cõcedenda est ab Ordinario procuratoribus eorũ Monasteria ingredi, modò ætas, & morũ grauitas ea sit, quæ eos cõmodet. Ordinarius nõ debet permittere mulieres, quæ inhonestè vixerint in sacrarũ virginũ Monasterijs permanere, & præsertim si nõ cõsuluit in Monasteriũ illud, tales fœminas admittere, & prædictæ mulieres nullã à superiore Monasterij inscriptis licentiã impetrauerũt, nec Abbatissæ, nec reliquæ Moniales consenserunt, nec post ingressum Monasterij clausuram seruauerunt, nec aliã viuendi rationẽ, quã Moniales seruant. Quandoque fuit ex gratia â Sede Apostolica concessum, vt aliquæ mulieres semel ingrediãtur septa Monasterij Carthusiensis, cũ licẽtia tamen superiorũ, causa visitandi quãdã capellã. Quoad accessum ad colloquiũ Monialibus ad crates, seruãda est cõsuetudo etiam in Monasterijs subiectis Regulãribus, velut si nemo ex cõsuetudine possit accedere sine licentia Episcopi. Quoad licentias ingrediendi intra septa obseruandum est hoc decretum. ¶ Item licentia ingrediendi obtinenda est à Regularibus, quãdo Monasteria ipsis Regularib⁹, nõ tamẽ Episcopis sunt subiecta. Itẽ facultas accipiẽdi & dimittendi facultates, ad eos pariter spectare dicitur, qui Monasteria habent. ¶ Puellæ, quæ intra Monasterium educationis gratia detinebantur, licèt egressæ sint non prohibentur, quominus iterum recipi possint, vt fiant Moniales.

n ¶ *Nemini liceat.* Decis. Card. 108. Congregatio Concilij censuit, Episcopum non posse impediri à Regularibus, quominùs ingrediatur septa Monasterij, ipsis Regularibus subiecti, ad effectũ videndi, si clausura seruata fuerit vel ne. ¶ Item decis. Card. 218. Congregatio Concilij censuit, non esse permittendum quampiam mulierem tametsi Regia dignitate insignitam, vel ex Regia stirpe profectam, fundatricemvè Monasteria Religionis Fratrum Minorum S. Francisci de Paula intrare.

o Sine Episcopi, vel superioris licẽtia. Decis. Car. 188. Congregatio Concilij censuit, licentias ingrediendi intrâ septa Monasteriorum Monialiũ Regularibus secularibus, ex vera tantũ necessitate cõcedẽdas, spectare dumtaxat ad ipsos superiores Regulares. Item decla-

declar.Cardin.An cùmaliquibus valde cõiunctis,vel alijs præcipuis perſonis,quæ neceſsitatibus Monialium ſubueniant poſsit ſuperior diſpenſare,vt viſitentMoniales in loco deputato intra ſepta Monaſterij.Congregatio cenſuit,non poſſe,quinimo debere cogere dictasMoniales ad præciſe ſeruandum decretumConcilij Tridentini,& Bullam Pij V. de clauſura Monialium.

p ¶ *Dare autem tantùm Epiſcopus.*Declar.Cardin.Nulla eſt licentia danda introeundi ſepta Monaſterij Monialium, niſi in caſibus neceſsitatis,quorum aliqui explicati fuerunt edicto Vicarij Vrbis Romæ . Epiſcopus concedere debet licentiam in caſibus neceſſarijs mulieribus honeſtis,petentibus tamen, qui curam habent de Monaſteri,s Conuertitarum. Tolluntur Eccleſiæ, quæ ſunt intrà clauſtra Monaſterij ex decreto Concilij Tridentini,vel alibi collocentur. Regulares adeuntes Monaſteria Monialium ſine licentia Epiſcopi, incidunt in pœnam excommunicationis,quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit,ſic Congregatio cenſuit.9.Aprilis.1587.Niſi Regulares illi haberent ex priuilegio,quòd non poſsintexcõmunicari,& tunc deberent puniri à ſuis ſuperioribus,alia pœna.Qui Regulares, ſic excommunicati non poſſunt abſolui à ſuis ſuperioribus,niſi ab Epiſcopo,qui ſibi hanc facultatem reſeruauit.

q *Facultatis, vel indulti*. Decl. Card.Mulieres cuiuſcunque ſint ſtatus,aut conditionis, prætextu confeſsionalium,aut aliarum literarum Apoſtolicarum,ingrediẽtes domos, & Monaſteria Carthuſiẽſiũ,& aliorum Regularium Ordinum etiam Mendicantium excommunicationem ipſo facto incurrunt,cuius abſolutio Romano Pontifici reſeruatur, excepto mortis articulo,Pius V.in conſtitutione Regularium publicata die 23.Octobris 1566. Gregorius XIII. in ea cõſtitutione vbi gratia, publicata 24.Iunij. 1575. Nauarrus putat eam fuiſſe mentem Domini Gregorij includendi,ſcilicet, ſine tali licentia,ac ita ſacra pœnitentiaria obſeruare intendit.Idem decreuit adiungens ne Monialium quidem Monaſteria prædictas Moniales ingredi poſſe,iſtarum licentiarum prętextu,ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ:eius abſolutio ſolùm ſpectat ad Pontificem Romanum.Nauarrus in Manuali.capite 27.n. 150.Nota, Pium Quintum declaraſſe mentem ſuã fuiſſe includendi,cum hac conſtitutione Regularium perſonarum , ſine vlla licentia ingredientes.

Ea-

Digitized by Google

Eadem ſeſsione vigeſimaquinta, cap. 8. de regul.

Monaſteria, quæ hactenus immediatè ſubdebantur Sedi Apoſtolicæ teneantur ſe in congregationes redigere, à quarum ſuperioribus viſitentur & reformentur. Hoc dicit.

CAPVT XI.

Monaſteria omnia, quæ generalibus capitulis, aut Epiſcopis non ſubſunt, nec ſuos habent Ordinarios Regulares Viſitatores, ſed ſub immediatas Sedis Apoſtolicæ protectione, ac directione regi cõſueuerũt, teneantur infrà annum à fine præſentis Concilij, & deinde quolibet triennio ſe ſe in congregationes redigere iuxta formam conſtitutionis Innocentij III. ſin Concilio generali, quæ incipit: *In ſingulis*: ibique certas Regulares perſonas deputare, quæ de modo & ordine de prædictis congregationibus erigẽdis, ac ſtatutis in eis exequendis deliberent, & ſtatuant. Quod ſi in his negligentes fuerint, liceat Metropolitano, t incuius Prouincia prædicta Monaſteria ſunt tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, eos pro prædictis cauſis conuocare. Quòd ſi infrà limites vnius Prouinciæ non ſit ſufficiens talium Monaſteriorum numerus ad erigendam congregationem, poſſint duarum, vel trium Prouinciarum Monaſteria vnam facere congregationem. Ipſis autem cõgregationibus cõſtitutis, illarum generalia capitula, & ab illis electi Præſides, vel Viſitatores eandem habeant autoritatem in ſua congregationis Monaſteria, ac Regulares in eis commorantes, quam alij Præſides, ac Viſitatores in cæteris habent ordinibus: teneanturque ſuæ congregationis Monaſteria frequenter viſitare, & illorum reformationi incumbere, & ea obſeruare, quæ in ſacris Canonibus, & in hoc ſacro Concilio ſunt decreta. Quod ſi etiam Metropolitano inſtante, prædicta exequi nõ curauerint, Epiſcopis, in quorum diœceſibus loca prædicta ſita ſunt, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis, ſubdantur.

SVPER CAPVT XI.

r ¶ *Se ſe in congregationes redigere*. Declar. Cardin. Dubitatur. Quis numerus requiratur ad legitimè conuocandum? Congregatio cenſuit, quod maior pars requiratur ad congregandum, quia vniuerſitas conſiſtit in duabus partibus. Rurſus ex ſententia cõgregationis poſſunt legitimè cõgregati requirere & monere, non autem conpellere quæcun-

que Monasteria Prouinciæ. De Monasterijs verò extra Prouintiam, si in ea non sit sufficiens numerus Monasteriorum, idem censuit Congregatio. ¶ Vltimò, si sint intra limites, censuit posse deliberare, & definire quæcunq; negotia videbuntur, quia potestas est penes congregationem.

§ ¶ *Constitutionis Innocentij III.* Hæc constitutio refertur in cap. in singulis, de statu Monach. cuius tenor talis est. In singulis Regnis, siue Prouincijs fiat, de trienio in triennium (saluo iure diœcesanorum Pōtificum) commune capitulum Abbatum, atque Priorum Abbates proprius non habentium, qui non consueuerunt tale capitulum celebrare ad quod vniuersi conueniant præpeditionem canonicam non habentes apud vnum de Monasterij ad hoc aptum, hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum plus quam sex electiones, & octo personas adducat. Aduocent autem in huiusmodi nouitatis primordijs duos Cistercien. Ordinis vicinos Abbates ad præstādum sibi consilium, & auxilium opportunum: cum sint in huiusmodi capitulis celebrandis, ex longa consuetudine plenius informati: qui absque contradictione duos sibi de ipsis associent, quos viderint expedire, ac ipsi quatuor præsint capitulo vniuerso, ita quod ex hoc nullus eorum sibi autoritatem prælationis assumant, vnde cum expedierit prouida possit deliberatione mutari. Huiusmodi verò capitulum aliquot certis diebus continuè iuxta morem Cistercien sis Ordinis celebretur: in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, & obseruantia Regulari. Et quod statutum fuerit illis quatuor approbantibus inuiolabiliter obseruetur, omni excusatione, contradictione, & appellatione remotis. Prouiso nihilominꝰ, vbi sequenti termino debeat capitulum celebrari. Et qui conuenerint, vitam ducant communē, & faciant proportionabiliter simul omnes communes expensas; ita quòd si non omnes poterunt in eisdem, saltem plures simul in diuersis domibus commorentur. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosæ, ac circunspectæ personæ, quæ singulas Abbatias eiusdem Regni, seu Prouinciæ non solū Monachorum, sed etiā Monialiū, secundū formam sibi præfixam vice nostra studeant visitare, corrigentes, & reformantes, quę correctionis & reformationis officio viderint indigere; ita quod si Rectorem loci cognouerint, ab administratione penitùs amouendum, denuntient Episcopo proprio, vt illum amouere procuret. Quod si non fecerint

fecerint Visitatores hoc referant ad Apostolicæ Sedis examen. Hoc ipsum Regulares Canonicos secundùm ordinē suū volumus, & præcipimus obseruare. Si verò in hac nouitate quidquā difficultatis emerserit, quod per prędictas personas nequeat expedire ad Apostolicam Sedē iudiciū absque scādalo referatur: cæteris irrefragabiliter obseruatis, quæ concordi fuerint deliberatione prouisa. Porrò diœcesani Episcopi Monasteria sibi subiecta ita studeāt reformare, vt cū ad ea prædicti Visitatores accesserint plus in illis inueniāt quod cōmendatione, quā quod correctione sit dignū: attentissimè precantes ne per eos dicta Monasteria indebitis oneribus aggrauentur: quia sicut volumus superiorū iura obseruari, ita inferiores nolumus iniurias sustinere. Ad hoc districtè præcipim' tā diœcesanis Episcopis, quā personis, quæ præerunt capitulis celebrandis, vt per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compescant aduocatos patronos, Vicedominos, Rectores & Consules, Magnates, & Milites, seu quoslibet alios, ne Monasteria præsumant offendere in personis, aut in rebus. Et si forsitan offenderint, eos ad satisfactionē compellere non omittant, vt liberius, & quietius Deo valeant famulari.

¶ *Liceat Metropolitano.* Decl. Car. An conuocare Monasteria ad congregationem faciendam, de qua hoc c. pertineat ad Prælatos tantùm, an verò ipsis renuentibus ad ipsos capitulares: ita vt dispositio Concilij non intret, nisi data vtrorumque negligentia? Congregatio censuit die 5. Februarij negatiuè, quia procedit in secularibus. In Regularibus verò potestas congregandi spectat ad caput, quia sunt mortui mundo, & Concilium hoc vult, quod Metropolitanus, siue Episcopus, in cuius diœcesi tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus. Ergo, &c.

Eadem sessione vigesima quinta, c. 9. de regul.

Monasteria Monialium Sedi Apostolicæ immediatè subiecta, ab Episcopis tanquam illius Sedis Delegatis gubernentur. Hoc dicit.

CAPVT XII.

¶ Monasteria Sanctimonialium, *a* sanctæ Sedi Apostolicæ immediatè subiecta, etiam sub nomine capitulorū sancti Petri, vel sancti Ioānis, vel aliàs quomodocunque nuncupentur, *a* ab Episcopis, tanquam dictæ Sedis

Delegatis, gubernentur, *b* non obstantibus quibuscunque. Quæ verò à deputatis in capitulis Generalibus, vel ab alijs Regularibus reguntur *c* sub eorum cura, *d* & custodia relinquantur.

SVPER CAPVT XII.

a ¶ *Monasteria Sanctimonialium*, Concordat tex. in cap. cognouimus. 18. quæst. 2.

a ¶ *Vel aliàs quomodocunque nuncupentur*. Declar. Cardin. Moniales sancti Spiritus in Saxonia gubernandæ sunt ab Episcopis.

b ¶ *Gubernentur*. Declar. Card. Spirituali gubernio, non autem temporali. Per hoc decretum nulla iurisdictio concessa est Episcopis in Monasterijs Sedi Apostolicæ immediatè subiectis, nisi in concernentibus spiritualia; in tẽporalibus nihil agere possunt. Magistratus seculares non debent regere Monesteria Monialium, quæ sunt immunia priuilegio, vel indulto Apostolico, sed sunt sub iurisdictione Ordinarij, in ijsdem dũtaxat rebus, quæ ad veram rationem spiritualium pertinent, in reliquis verò non possunt se intromittere. Et ita Congregatio censuit. Episcopus non habet iurisdictionem in Monialibus, quæ priuilegio, vel indulto Papæ sunt immunes, nisi in ijs, quæ ad clausuram, & spiritualium rerum curam pertinent.

Episcopus, qui est in quasi possessione visitandi Moniales aliquot potest in dicta possessione perseuerare, saluum tamen manet in dictis Monialibus in petitorio. Episcopus visitans Monasterium tanquam Abbas, non tanquã Episcopus, non acquirit possessionem visitandi Episcopo.

c ¶ *Vel alijs Regularibus reguntur*. Declar. Card. Ex sentẽtia Cõgregationis Concilij nullã autoritatem, vel iurisdictionẽ possunt sibi Ordinarij vendicare ex decretis Concilij Tridẽtini incõfessarios Monialium, quæ subiectæ sint Regularibus.

d ¶ *Sub eorum cura*. Decis. Car. 196. Congregatio Concilij censuit facultatem concedendi licentiam accedendi ad colloquium cũ Monialibus Regularibus subiectis, spectare ad ipsos superiores Regulares, nisi esset consuetudo legitimè præscripta, vt huiusmodi licentia etiam quoad Monasteria, quæ Regularibus subsunt ad Episcopo, & superiore Regulari coniunctim obtineretur; tunc enim consuetudinem esse obseruandam.

Eadem sessione vigesima quinta, cap. 10. de regul.

Admoneri debent Sanctimoniales, vt saltim singulis mensibus confiteantur, & communicent: eisquè extra ordinarius confessor bis, aut ter in anno offeratur. Hoc dicit.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XIII.

Attendant diligenter Epiſcopi, & cæteri ſuperiores Monaſteriorum Sanctimonialium, vt in conſtitutionibus earum admoneantur Sanctimoniales, vt ſaltem ſemel ſingulis menſibus *e* cõfeſsionem peccatorum faciant: & ſacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant, vt eo ſe ſalutari præſidio muniant ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter ſuperandas. Præter Ordinarium autem confeſſorem *f* alius extra ordinarius ab Epiſcopo *g* & alijs ſuperioribus bis, aut ter in anno offeratur: qui omnium confeſsiones audire debeat. *h*

SVPERCAPVT XIII.

e ¶ *Saltim in ſingulis menſibus.* Concordat tex. in Clem. ne in agro. §. ſanè. de ſtatu Monach.

f ¶ *Præter Ordinarium autem confeſſorem.* Declar. Card. Confeſſores huiuſmodi in Monaſterijs Monialiũ, quę ſub cura regulariũ non ſunt examinandi ab Epiſcopo. Ex facultate tamen huius decreti Epiſcopus poteſt dare confeſſorem Monialibus ſubiectis Regularibus, quæ nulla ratione induci poſſunt, vt ſuis Regularibus peccata confiteantur.

g ¶ *Ab Epiſcopo.* Decla. Card. Quem confeſſarium poterit Epiſcopus dare Monaſterijs, & nõ ſubiectis, & quem maluerit, Regularem etiam alicuius Ordinis, & etiam Sacerdotem Regularem.

h ¶ *Qui omnium confeſsiones audire debeat.* Declar. Card. Eſt in arbitrio tamen cuiuſcunque Monialis, ſi extraordinarie voluerit confiteri.

Eadẽ ſeſsione vigeſima quinta, c. 13. de regul.

Qui in ſtrictiori clauſura nõ viuũt tenentur ad publicas proceſsiones accedere. Hoc decit.

CAPVT XIIII.

Exempti omnes *i* tam clerici ſeculares K quàm regulares *l* quicunque etiam Monachi, ad publicas proceſsiones vocati, *m* accedere compellantur; *n* ijs tantùm exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò viuunt.

SVPERCAPVT XIIII.

i ¶ *Exempti omnes.* Deciſi. Car. 24. Congregatio Concilij cenſuit, ſi Monachi, ſeu Regulares ferè vltra medium milliare à ciuitate diſtent, non eſſe vtique compellendos ab Epiſcopo accedere ad proceſsiones non obſtante decreto, cap. 13. ſeſ. 25.

Digitized by Google

de Regularibus. ¶ Item decis. Card. 274. Congregatio Concilij censuit, Regulares degentes in Monasterijs, quæ per dimidium milliare distant à ciuitate, non teneri, nec ab Episcopo cõpellẽdos esse accedere ad processiones.

k ¶ *Tam clericis seculares.* Decis. Cardin. 179. Congregatio Concilij censuit, Sacerdotes nullum officium aut beneficium Ecclesiasticum in ciuitate, vel diœcesi obtinentes, seu habentes, non esse ab Episcopo compellendos ad vllas processiones accedere. Itẽ decis. Cardin. 198. Congregatio Concilij cẽsuit, Episcopum posse cõpellere Canonicos, & alios presbyteros beneficia, vel officia Ecclesiastica obtinentes, vt accedant ad omnes, & quascũque processiones publicas, vel in dictas, pro bono publico, vel honore.

l ¶ *Quam Regulares.* Declarat Card. Nullæ immunitates Religioni Hierosolymitanæ concessæ obstant, quominus eius Sacerdotes inseruientes Ecclesijs vocari debeant ad processiones, ac nisi accedant etiam compelli. Vbi ex consuetudine contra cap. statuimus, de maior. & obedientia. Canonici Diaconi antiquiores præferuntur presbyteris minoribus, non potest Ordinarius autoritate huius decreti immutare. Decretum hoc, in quo decernitur omnes tam clericos seculares quàm Regulares, & Monachos ad publicas processiones vocatos venire debere, locum non habet in ijs qui perpetuò instrictiori clausura vtuunt, ex quibus sunt Canonici Regulares sanctæ Crucis Conimbricensium, Carthusiensium, & Camaldulensium.

m ¶ *Ad publicas processiones vocati.* Decla. Card. Ad Episcopum pertinet cum consensu capituli concernere, atque edicere, quo, & qua processiones dirigi, quâsve ad Ecclesias nominatim perduci debeant. ¶ Regulares, qui non accedunt ad processiones ab ipso Episcopo in dictas, ad ipso puniri possunt per censuras, & pœnas arbitrarias, & alia iuris remedia. Ordinarius potest præcipere Regularibus in sua diœcesi commorantibus, vt eant ad processiones publicas, vt putà in festo Corporis Christi, in Litanijs, & Iubileis publicis faciendis in plebibus, in quibus ipsi habent Monasteria dũmodò processiones sint eius generis, quod Bulla S. D. N. Mendicantibus concessa comprehenditur, & dummodò Regulares non sint ex illis Conuentibus Collegia nuncupatis, quæ in eadem Bulla excipiuntur. Hæc Bulla incipit. *Et si Mendicãtium.* Pij V. publicata 17. Kal. Iunij 1597. Hæc Bulla forsan est reuocata per Gregoriũ XIII. Excipit dicta Bulla illos Cõuẽtus, in qui-

quibus fratres ſub arctiori clauſura degunt, ita vt nec in choro cantent, nec ad mortuos accedãt, ſed tantùm ſtudijs, & lectionibus vacent. In Concilio Lateranenſi III. ſeſ. 11. can 4. fol. 685. col. 2. ſtatutum eſt, vt Religioſi ab Epiſcopis ad ſolemnes proceſsiones pro tempore faciendis requiſiti, dummodo eorum ſuburbia vltrà vnum milliare à ciuitate reſpecti uè non ſint remota, accedere teneantur, & quomodo ad in teneãtur de iure communi, & quod de exemptione, Henric. Boic. de Synod. epit. 2. p. 2. & n. 12. fol. 314. Et ornentur ad eas, & quaſcunq; proceſsion espublicas, & conſuetas, vel indictas pro bono publico, vel honore: non tamen cõpellendi ſunt ipſi Regulares exẽpti, de quibus loquimur accedere ad Eccleſias extrâ propria Monaſteria pro celebratione orationis quadraginta horarum: ſed Congregatio probauit illos; cùm toti populo dicta oratio indicitur, in propri s Eccleſijs huiuſmodi orationi inſiſtere.

n ¶ *Accedere compellantur*. Declar. Card. Etiam ſi ſint ſacerdotes Hieroſolymitani.

Sacerdotes inſeruientes Eccleſijs Religionis Equitum Hieroſolymitanorum compelli poſſunt ab Ordinario, vt ad proceſsiones publicas accedant.

Eadẽ ſeſsione vigeſima quinta, cap. 14. de regul.

Si Epiſcopo, inſtante. Superior non puniat Regularem ſcandaloſum, officio priuari debet. Hoc dicit.

CAPVT XV.

Regularis, nõ ſubditus Epiſcopo, *o* qui intra Monaſterij clauſtra degit, & extra ea ita notoriè delinquerit, vt populo ſcãdolo ſit; Epiſcopo inſtãte à ſuo Superiore intra tẽpus, ab Epiſcopo pręfigendũ, ſeuerè puniatur; *p* ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat: ſin minus à ſuo Superiore *q* officio priuetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poſsit.

SVPER CAPVT XV.

o ¶ *Regularis non ſubditus Epiſcopo*. Declar. Card. Declaratio huiusdecreti extẽditur ad Cruciatam, & Inquiſitores, vt non poſſint extrahere Regulares abſque Superiorum conſenſu.

p ¶ *Seuerè puniãtur*. Decl. Car. In poſterum nemo Regularium eijciatur à Monaſterio etiam ſi ſit incorrigibilis, ſed peccantes, ignominia carceris à Superioribus caſtigentur, acrius etiam, ſi opus fuerit, pro modo delictorum puniantur. Intimetur percuſorem, vt nullus officialis Cã-

meræ Pœnitentiariæ, contra dictarum Cancellariæ, aut cuiuſuis tribunalis ſub pœna priuationis officiorum audeat ponere manus in ſuplicatione Regularium virorum, & mulierum, etiã cum literis iuſtificationis, niſi ſit à protectore ſubſcripta. Quando extra clauſtra Regularis delinquit notoriè, dubitatum fuit, an detinendus in carceribus Epiſcopi, donec proceſſus in Curia Epiſcopali cõficiatur, eoq́; cõpellato inſtante ſuperiore remittantur, ſit vna cum proceſſu puniendus, vel potiùs non expectata compellatione proceſſus ſtatim remittendus ſit ad ſuperiorem vnà cũ his probationibus, quæ habẽtur? Cõgregatio reſpõdit, ita faciẽdũ eſſe, etiam quod Superiorum nullam inſtantiam faceret, & ita eſſet obſeruandum: An Regulares degentes de licentia ſuorum Superiorum in domo ad erectionem Monaſterij deſtinata, comprehẽdantur ſub diſpoſitione Concilij Tridentini hic, & cap. 3. ſeſ. 6. Adeò vt ab Epiſcopo, ſi deliquerũt puniri, & corrigi poſsint? Cõgregatio cenſuit, comprehendi, ſi in ea domo vigeat Regularis obſeruãtia, videat ſeſ. 7. & 8. An Regulares poſsint ciuiliter coram Epiſcopo à creditoribus ſuis, vel coram conſeruatoribus conueniri? Et fuit reſponſum, quòd ſi ſtant ſub Regulari obſeruantia, non poſſunt conueniri coram Epiſcopo, quia habẽt proprium Superiorem, & nihil habent, cum ius commune Epiſcopi propter exemptionem ſit. ver. *Exemptio*. num. 10. Sed coram Conſeruatoribus in caſibus permiſsis ſuprâ ſeſ. 14. ca. 5. poſſunt conueniri, & ita cenſuit Congregatio die 19. Iulij. 1573. Sed Abbas in c. 14. n. 4. & 5. concludit, quod poteſt conueniri coram Epiſcopo, quòd nota, & vide ibi multa.

q ¶ *Sin minus â ſuo ſuperiore.* Concordat tex. in cap. fin. §. ſi verò, de ſtatu Monacho.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta, cap. 15. de regul.

Nulla eſt profeſsio facta ante decimum ſextum annum ætatis, ſeu non expleto anno probationis. Hoc dicit.

CAPVT XVI.

Inquacunque Religione *r* tã virorum, quàm mulierum *ſ* profeſsio non fiat ante decimum ſextum annum expletum: nec qui in minore tempore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterint ad profeſsionem admittantur. *a* Profeſsio autem anteà facta, ſit nulla: *b* nullam que inducat obligationis ad alicuius

ius Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obſeruationem, aut ad alios quoſcunque effectus. c

SVPER CAPVT XVI.

r ¶ *Inquacunque Religione.* Concordat tex. in cap. Gōſaldus, 17. q. 2. cap. ad Apoſtolicam, de Regularibus, cap. non ſolùm, eodem tit. in 6.

ſ ¶ *Tam virorum, quàm mulierũ.* Deciſ. Cardin. 121. Congregatio Concilij cenſuit, eum, qui emiſit profeſsionem intrà annum, nec deinde emiſit tacitam, non eſſe obligatum ad Religionem, nec in genere, nec in ſpecie. ¶ Item deciſ. Card. 199. Congregatio Concilij cenſuit, Moniales nullo pacto ad profeſsionem admittendas, niſi per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſtete rint, quemadmodum diſſertis verbis cauetur decreto, 15. ſeſ. 25. de Reg. nec vllam rationem habendam contrariæ conſuetudinis, etiam immemorabilis, vt potè ſublatæ, decreto cap. 22. ſeſſ. 25. Itidem Moniales virgines, quas ſolas conſecrare fas eſt, ante 25. annum completum non eſſe conſecrandas. Item deciſ. Cardi. 102. Congregatio Concilij cenſuit, annum probationis, ad emittendam profeſsionem in Religione debere eſſe continuum, non autem interpollatum. Item deciſ. Card. 241. Congregatio Concilij cenſuit, etiam milites Hieroſolymitanos hodie debere antequam profeſsionem emittāt, per annū in probatione manere poſtquam eorum cōſtitutiones, quoad hoc ad Tridentini Concilij decreta ſunt relatæ, & à Sede Apoſtolica confirmatæ.

t ¶ *Profeſsio non fiat.* Declar. Cardin. An profeſſus expreſſe poſt annū cenſeatur tacitè profeſſus, & tacita profeſsio ſit per hoc c. ſublata? Congregatio ita cenſuit, ſi modò cætera adſint, quæ ius acquirunt ad inducendam tacitam profeſsionē, & hanc non eſſe excluſam per dictum decretum, ſeruato tamen ibi tempore præfixo. Hoc decreto, & 19. infrâ, §. quicūque Regularis, non comprehenduntur omnes Regulares Militares, ſic etiā Rota decidit in vna Traſonenſis pēſionis, corā Reuerēdo Patre Dño. Seraphino. 11. Decēbris 1570. Moniales, quæ eius Ordinis ſunt, qui requirit profeſſionem, ſi tacitam profeſsionem emiſerint, & ſi palam expreſsè id factum non fuit, cogendæ tamen non ſunt vt profiteantur. Singula Monaſteria liberum habent tacitè, vel expreſsè profitendi.

u ¶ *Ante decimum ſextum annum completum.* Declarat Cardinal. Non releuatur, quod Moniales, ſeu Regulares fuiſſent decepti circa ætatem admiſsi ad

professionem. ¶ Per annum continuum in probatione intra claustra, non autem interpollatum, neque priuilegium aliquod suffragatur cum censeatur sublatum, infrà cap. 22. An verò, qui vouit ingredi Religionem, & in ea perseuerare, si ingressus intra annum probationis recedens reuertatur ad seculum, sit liber voto ex mente huius decreti Concilij, cum non possit renuntiari anno probationis, sicut de iure communi? Congregatio declarauit, hoc decretum Concilij nihil disposuisse de voto; idem si tempore nouitiatus emisisset tale votum. ¶ Professio non est valida ante expletum probationis annum, sed quia Canones permittunt, vt quis post ratum matrimonium Religionem ingredi possit, quid fiet, si vnam Religionem ingressus de alia transeat ad aliam, aut plures, & ita tempus professionis differatur, an talis compelli possit ad tempus hoc breuiandum, maximè cùm iste transitus de vna ad aliam Religionem fieri videatur in fraudem eius, qui in seculo remansit. Congregatio año 1588. respondit, non posse compelli. Hoc anno probationis durante si nouitia curandæ valetudinis causa de licentia superiorum à Monasterio exierit, & postea reuertatur eodem tempore, professionē emittere perinde ac si nunquam egressa fuisset.

a ¶ *Ad professionem non admittatur.* Concordat text. in cap. ad nostram, cap. cum virum, & c. postulasti, de Regul. & cap. 1. eod. tit. in 6.

b ¶ *Professio autem antea facta sit nulla.* Declar. Card. Professio facta à Moniali ante 16. annum expletū debet ab Ordinario nulla declarari. ¶ Sed quid si ex instituto alicuius Regulæ professio non fiat ante 18. annum completum, vt sunt de sancto Francisco de Paula, an sit eorum professio nulla, si iam emiserint post tempus Concilij, sed ante tempus in eorum regula statutum, & quia ex verbis regulæ non annullatur talis actus professionis, sed tantùm imponitur pœna eum recipienti, & quia eget confirmatione superioris? Censuit Congregatio, professionem teneri, argumento c. ad Apostolicam, de Regularibus.

c ¶ *Aut alios quo fcunque effectus.* Dec. Car. Mulier si 12. annis maior intra duos mēses ingrediatur Monasteriū, & habitū susceperit, & deinde explet o 16. anno, & ea pso anno probationis professionem emittat iuxta hoc decretum, interea verò ex pectet donec annus probationis labatur, & professio

feſsio ſit emiſſa. Qui emiſit profeſſionem intra annũ probationis, non eſt obligatus, neque ad religionẽ in genere, neque in ſpecie contra c. nullus, & c. conſtitutionem, de Regularibus, lib. 6. nec etiam in foro conſcientiæ illa indicta eſt obligatio. Profeſsio tacita non excluditur ab hoc decreto, ſeruato tamen tempore hic præfixo, concurrentibus etiam alijs ad tacitam profeſsionem à iure requiſitis. Et corrigitur hic c. 1. de Regular. in 6. vt in minori 14 annorum debet alius cum geſtatione habitus indiſtinctè, vt ſit tacitè profeſſus, ſed inducitur ea ætate, qua poteſt emitti expreſſa. Et aliàs Congregatio reſpondit, tacitam profeſsionem induci per annum, & diem computandum à die poſt decimum ſextum annũ expletum eius, qui Monaſteriũ ingreſſus eſt. Item Congregatio cenſuit tacitam profeſsionem in his decretis 15. & 16. non eſſe excluſam, ſeruato tamen tempore ibi præfixo, & concurrentibus alijs ad tacitam profeſsionem requiſitis. In Religione ſancti Baſilij approbata in ſui initio fiebat expreſſa profeſsio trium votorum, à tempore autem, de cuius initio non eſt memoria, regulari obſeruantia in eo collabente, eius Monaſteria commendata fuerunt, deſijtque emitti conſueta profeſſio, quia nec erat caput aliquod Religionis. Dubitatur. An illi, qui huiuſmodi Religionis habitum de manibus Commendatarij, vel Prioris, non expreſsè profeſsione ſuſcepta per aliquot annos geſtarunt, tacitè profeſsi intelligantur quoad regulam ſancti Baſilij? Congregatio cenſuit, intelligi tacitè profeſſos. ¶ Congregatio coram Cardinali Alciato definiuit, cap. hoc de Militaribus Religionibus non loqui, quia in odioſis non veniunt Hieroſolymitani. Salic. ver. Religio, num. 4. Licèt Hieroſolymitani Milites dicantur Regulares, iuxta Abb. rub. de Regul. tamen non comprehenduntur ſub hoc cap. quia in his non requiritur ætas, præſcripta per Conciliũ. ¶ Poſt profeſsionem verò quilibet Regularis etiam extra clauſtra degens, ſiue moriatur cum habitu, ſiue ſine omnia bona ſua mobilia, & immobilia acquirit ordini, in quo profeſſus, eſt vid. Bullam Pij V. editam paulò poſt Rotam decreuiſſe in fauorem Militiarum, per Concilij verba, vt non comprehendantur. At nouiſsimè de menſe Iulij 1582. cenſuit Congregatio, Milites Hieroſolymitanos è nouo ipſorum ſtatuto inhærente huic decreto comprehendi.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta, cap. 16. de regul.

Irrita

ue deponatur in publico Banneo, ſiue penes alium, qui eas Monaſterio dare debeat poſt profeſſionem emiſſam, atque ita ſatis cautum ſit Monaſterio, ſed quod pecuniæ ſic depoſitæ dentur Monaſterio ante profeſſionem puellæ directè, vel indirectè.

Improbatur pariter cautio Bannearia in euentum reſtitutionis, ac etiam in inuentionem mutui colorati, cum parentes nouitiarum in dotem deſtinatas, ſub nomine mutui ſinguli Monaſterio numerarentur, omnibus iſtis modis Concilio circumuenitur. Quodſi renũciatio ante ſuſceptũ habitum facta fuit, vel ingreſſam Religionem, & videtur, quod Cõcilium in caſu prædicto non habet locum, loquitur enim deſumentibus habitum, vel ſumentibus Religionem, ſed ſi donatio, vel renuntiatio facta fuerit intuitu Religionis ingrediendæ, tanquam factam in fraudem huius canonis, videtur ſub eſſe huic diſpoſitioni ex ſententia Congregationis.

g ¶ *Niſi cum licentia Epiſcopi.* Declar. Card. Hac licentia omiſſa, & profeſsione ſequuta, nulla eſt renunciatio. An diſpoſitio huius cap. in principio comprehendat illum, qui habet animum ingrediendi Religionem adhuc in ſeculo exiſtens, ſed tamẽ ſi acceptatus, licet habitum nodum ſuſceperit, donauit bona ſua Monaſterio, non adhibitis ſolemnitatibus in hoc cap. requiſitis? Congregatio cenſuit, non habere locum in renunciatione facta ante ſuſceptionem habitus.

h ¶ *Intra duos menſes proximos.* Decl. Car. Renuntiatio à nouitijs facienda intra duos menſes, vltimos antequam profeſsio emittatur, fieri debet. Hæc verba verificantur, etiamſi vltra plures mẽſes anni probationis profeſsio fieret, Renunciatio facta cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicario intra duos menſes proximos tempore, quo profeſsio emmitti legitimè potuiſſet, non cenſetur inualida ex eo quòd actualis profeſsio per aliquot menſes dilata fuit. Si renuncians tempore rẽuncia tionis compelleret 16. annũ, renũciatio eſt valida, dummodò facta ſit cum licentia Epiſcopi, ſeu Vicarij: iuxta hoc decretum intra duos menſes proximos ante profeſsionem.

i ¶ *Et nullius effectus.* Declar. Card. Idem, ſi renuncians eſſet tacitè profeſſus, licet renunciaſſet duobus mẽſibus, vt hic ante profeſsionem expreſſam.

Eadem ſeſsione viſimã quinta. c. 16. de regul.

Ex-

Expleta probatione teneantur superiores ad professionem nouitios admittere, vel respuere: à quo tamen eximuntur Iesuitæ. Hoc dicit.

CAPVT XVIII.

¶ Finito tempore nouitiatus, k superiores nouitios l quos habiles inuenerint, m ad profitendum admittant; n aut è Monasterio eos ejiciant. Per hæc tamen sancta Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere, quin religio clericorum Societatis Iesu, iuxta pium eorum institutum, à sancta Sede Apostolica approbatum Domino, & eius Ecclesiæ inseruire possint.

SVPER CAPVT XVIII

k ¶ *Finito tempore nouitiatus.* Concor. tex. in cap. cum causam, de electione.

l ¶ *Superiores nouitios.* Hæc verba respiciunt tantum ad habiles, nō autem ad inhabiles, & ita ex licentia S. D. N. explicante hunc textū illustrissimo Cardinali Caraffellanēsi. Cē fuit Congregatio sub die 29. Iulij 1570. quod dictum tempus nouitiatus est arbitrarium.

m ¶ *Quos habiles inuenerint.* Declar. Car. Si inhabilitas ex infirmitate proueniat, poterit prorogari tempus, donec duret probabilis spes recuperandæ sanitatis.

n ¶ *Ad profitendum admittant.* Declar. Car. Fuit dubitatum. An Monialis, quę emiserat professionē, & deinde probabiliter dubitans, non fuisse baptizatā, de nouo ad cautelam baptizata fuit, debet de nouo emittere professionem, & dato, quod sic debeat expectari per annum? Fuit resolutū sub die decima Decembris 1588. professionem ligare, verum debere eam ad maiorem cautelam iterū emittere professionem, expectato alio anno, & fuit allegatus Abbas in c. 1. & 2. de presbyt. non baptiz.

o ¶ *Aut è Monasterio eos ejiciant.* Decis. Car. 66. Congregatio Cōcilij censuit, Oratricem asserentē habitum per eam gestum, distinctum fuisse distinctione patenti ab habitu professas deferre solitas, minimè tacitam emisisse professionem. Item decis. Car. 186. Cōgregatio Concilij censuit, tempº anni ad emittendam professionē à Concilio Tridentino præfixū, posse arbitrio superioris Regularis prorogari.

Eadem sessione vigesima quinta, cap. 16. de reg.

Excepto victu, & vestitu, præcipitur, sub anathemate dantibus, & recipientibus, ne vlla bona nouitiorum Monasterijs ante professionem tribuantur. Hoc dicit.

CA-

CAPVT XIX.

¶ Ante professionem, excepto victu, & vestitu, nouitij, vel nouitiæ illius temporis, quo in probatione est, quocumque prætextu, à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius monasterio aliquid ex bonis eiusdem minimè tribuantur: *p* ne hac occasione discedere nequeat, *q* quod totam, vel maiorem partem substantiæ suæ Monasterium possideat: nec facilè si discesserit id recuperare possit. Quin potius præcipit sancta Synodus sub anathematis pœna dantibus, *r* & recipientibus, ne hoc nullo modo fiat, vt abeuntibus ante professionem omnia restituantur, *s* quæ sua erant: quod vt rectè fiat, Episcopus, etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.

SVPER CAPVT XIX.

p ¶ *Aliquid ex bonis eius minimè tribuatur.* Decl. Car. Nec si aliquid tribueretur, non ex puellæ bonis proprijs, sed ex illorũ bonis, siue sint parentes, siue consanguinei.

q ¶ *Ne hac occasione discedere nequeat.* Decl. Car. Quid si decesserit intra tempus probationis, & dos soluta esset, erit restituenda hæredibus, vna cum fructibus, si quos Monasterium percepisset, deducto tamen victu, & vestitu, cum pacto, si alia diceret, ante quam habitum in Monasterio susciperet, etiamsi pactum esset irritum, & si esset immemorabilis consuetudo restituendi. ¶ Et debetur dos promissa Monasterio pro Moniali defuncta professa, non obstantibus alimentis persolutis eidem Moniali dum ipsa viueret, & pacto, quod semper essent eis persoluenda dicta alimenta, donec solueretur dos.

r ¶ *Sub anathematis pœna dantibus.* Declar. Card. Non incurritur ipso facto, & absolutio non est reseruata Papæ. ¶ Puellæ, quæ sunt in Monasterijs, finito tempore nouitiatus, sunt ad professionem admittendæ, si habiles inueniantur: si verò non, eijciantur è Monasterio. Professus in vna Religione ad aliam translatus, etiam ad laxiorem, autoritate tamen Apostolica non potest renuntiare anno probationis, vt in hoc decreto: nec illa renuntiatione per superiorem facta admissa ad professionem, intra annum recipi, sed iterum debet profiteri, iuxta formam hîc traditam.

s ¶ *Omnia restituantur.* Dec. Car. Etiam cum fructibus, si qui sunt, deductis tamen alimentis à Monasterio præstitis. An si nouitius

sit

sit sui iuris, & nō habeat parentes posſit in ingreſſu Religionis præter victum aliquid donari Religioni, amore Dei? Congregatio reſpondit non poſſe ex verbis expreſsis huius decreti. An idem poſsit, in ipſomet ingreſſu donare ſe ipſum, & omnia bona ſua religioni, vt fiebat olim, dūmodò in iſtis caſibus nō ſit poſita pœna excommunicationis? Cōgregatio reſpondit, huiuſmodi donationes, quæ fiunt, ab ijs, qui vt nouitij ingrediuntur, animo profitendi legitimo tempore, comprehendi hoc decreto.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta, cap. 17. de reformatione regularium.

Ad Epiſcopum, ſeu eius Vicarium pertinet examinare voluntatē virginum Deo dicandarū: ad quod præfecta ſub pœna ſuſpenſionis tenetur Epiſcopum certiorē facere. Hoc dicit.

CAPVT XX.

¶ Profeſsionis libertati *t* Deo dicandarum virginum proſpiciens ſancta Synodus ſtatuit, atque decernit, vt ſi puella, quę habitum Regularem ſuſcipere voluerit, maior duodecim annis ſit, *u* non ante eum ſuſcipiat, nec poſtea *a* ipſa, vel alia profeſsionem emittat, *b* quàm explorauerit Epiſcopus, *c* vel eo abſente, vel impedito, eius Vicarius aut aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatē *d* diligenter an coacta, an ſeducta ſit, *e* an ſciat quid agat: & ſi volūtas eius pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requiſitas iuxta Monaſterij illius, & Ordinis regulā, necnō Monaſterium fuerit idoneum, liberè ei profiteri leceat: *f* cuius profeſsionis tēpus ne Epiſcopus ignoret, *g* teneatur præfecta Monaſterio *h* cum ante menſem certiorem facere. Quod ſi præfecta certiorem Epiſcopum non fecerit, quandiu Epiſcopo videbitur ab officio ſuſpenſa ſit.

SVPER CAPVT XX.

t ¶ *Profeſsionis libertati.* Decla. Cardin. Virgines antequam ingrediantur Monaſterium adducantur ad Matronas honeſtas, nec ſanguine illis cōiunctas. nec aliquo modo ſuſpectas, vbi remotis omnibus earum propinquis examinentur ab Epiſcopo dictæ earum volūtatis. Omnimoda libertas requiritur in Monaſterio ſpeciali pro qua libertate obtenta eſt cauſa cuiuſdam dominæ ad annullandam eius profeſsionem metu reuētiali factā anno 1586. menſe Februarij in Rota coram re-

Digitized by Google

reuerendiſsimo Ordinario.

Ex puella, cuius deliberatio in dubium reuocatur, ordinarius diligentiſsimè quærere debet, an Deo religioſe inſeruire, atque inter Moniales, apud quas eſt, profeſsionem emittere, an verò nubere velit? Et hoc fieri debet neceſſarijs interrogationib⁹, & quic quidreſpõdetdeſcribit debet âpublico Notario, præſentibus idoneis, quæ quidem puella, ſi ob aliquam cauſam probabilem videtur Ordinario, non eſſe examinandam in Monaſterio, examinari debet in Eccleſia eius Monaſterij, vel alio religioſo loco, qui aptior, & commodior videbitur.

u ¶ *Maior duodecim annis ſit.* Declar. Cardin. Congregatio cẽ ſuit, non eſſe diſpenſandum, vt puellæ, quæ duodecimum annum non compleuerunt, poſsint habitum in Monaſterio ſuſcipere.

a ¶ *Non ante eum ſuſcipiat, nec poſtea.* Declar. Card. Vtrumque ſpectat ad Epiſcopum tam ante ſuſceptioem habitus, quam poſtea ante profeſsionis emiſsionem explorare voluntatem puellæ, non obſtante quod Monaſterium ſit Regularibus ſubiectum vel aliàs exemptum à iuriſdictione Epiſcopi.

b ¶ *Promiſsionem amittat.* Declarat. Cardinalium. Non admittitur puella ad profeſsionem ante annum decimum ſextum expletum. Quid igitur ſi puella in duodecimo ætatis anno matrimonio coniuncta, & Religionem ingreſſa ſit, cogetur neſponſus per quatuor annos expectare, vſquedum illa profiteatur? An permitti poſsit tranſire ad vota, vbi illa per annũ in dicta Religione permanſerit? Reſponſum fuit à ſacra Congregatione anno 1580. cogendum.

Virgines, quibus facienda eſt profeſsio, ſi clauſura Monialium facta ſit, examinandæ ſunt ab Ordinario intra Monaſterium ad cancellos, ſeu crates ipſarum Monialium, & clauſura facta Ordinarius obtinere debet à Monaſterio ingreſſum.

Epiſcopo N. ſcribatur, ne extra cancellus Monialium examinet puellas facientes profeſsionẽ vel ſi habent cauſam iuſtam, vel certam ſuſpicionis, examen faciat in Eccleſia Monaſterij, vel in Eccleſia alia.

c *Quam exploraverit Epiſcopus.* Deciſ. Cardinalium 21. Congregatio Concilij cenſuit, exploration em voluntatis puellarum profiteri volentium: ad præſcriptum decreti dicto cap. decimo ſecundo vtroque tempore, ſcilicet ingreſſus, & profeſsionem faciendam, ad Archiepiſcopum pertinere, quamuis Monaſterium ab eius iuriſdictione exemptum exi-

ſtat. ¶ Item declarat Cardin. Cõgregatio cenſuit, virgines, quæ ab Ordinario examinatæ, habitum Religionis ſuſceperunt, antequam profiteantur, voluntatẽ penitùs ab eiſdem explorandam: quo igitur tempore profeſsionẽ facere volunt, & ſi nullo ab Ordinario adhibito examine habitũ ſuſceperunt: tamen ab ipſis examinentur.

d ¶ *Virginis voluntatem.* Decla. Car. Per hæc verba Congregatio reſcripſit aliquam puellam non debere admitti ante duodecimũ annum ad habitum ſuſcipiendũ, qui cura requiratur, voluntatis, puellæ exploratio, non eſt eius voluntas, neque Concilij ante illam ætatem. ¶ Congregatio cenſuit, Ordinarium non debere explorare voluntatẽm puellæ, quæ habitum recipit in Monaſterio, ad petitionem illius, qui vult illam in vxorem ducere, ſed expectandum tempus faciendæ profeſsionis, & tunc, ſi ſit ſuſpicio, quod inſtigetur à Monialibus, pro ſuo officio curabit inde duci in exteriorem Eccleſiã Monaſterij, vel in aliam propinquiorem, & cõmodiorem, prout magis conuenire iudicabit, vbi voluntatem eius exquirere poſsit. Quod ſi nulla ſit ſuſpicio, & nullã aliã iuſtam cauſam ſubeſſe apparebit, tunc nõ in alio loco, quã ad crates ferreas Monaſterij voluntatem puellæ explorabit.

e ¶ *An coacta, an ſedulla ſit.* Dec. Car. Cõgregatio cenſuit, quod inclusa per vim in Monaſteriũ, debet inde educi, & ſi quid dãni ob eandem cauſam paſſa eſt, curare debet, vt indẽnitati eius prouideatur, earum impenſis, quæ talem vim intulerunt, qui debent etiam ſeuerè caſtigari, ſed ſi puella Monialis effici velit, deſiderij eius cõpos eſt facienda, licèt pater eius contradicat.

f ¶ *Liberè ei profiteri liceat.* Decl. Car. Puellis, quæ ſumpſerunt ſacrũ habitum in aliquo Monialiũ Monaſterio, debet ab Ordinario certus dierũ numerus 11. vel 20. præfigi, intra quem deliberent, vtrùm velint profeſsionẽ emittere, vel non? Si noluerint, remittẽdæ ſunt ad domos conſanguineorum, vel affinium. Puella, quæ in conſulto Epiſcopo habitum ſuſcepit Religionis, antequam profiteatur, ab Epiſcopo examinanda eſt diligenter.

g ¶ *Cuius profeſsionis tempus, ne Epiſcopus ignoret.* Declarat Card. Poſtquam Epiſcopus hac de re certior factus fuerit intrà 25. dies examen hoc perficere tenetur, quibus exactis ampliùs in eo ſe non intromittat ex ſacra Congregatione. Si Monialis, aut nouitia neget, ſe eſſe profeſſam audire poteſt eam etiam extrà Monaſterium.

Te-

b ¶ *Teneatur præfecta Monasterio.* Declar. Card. Si superior Monialium alicui puellæ habitū dederit, prius quam ab Ordinario examinata fuerit, contra decreta Concilij facit. Item si Moniales professionem fecerint, antequam iterum ab Ordinario examinentur: contra Concilium Tridentinum faciunt. Qui casus si euenerit, tenetur Ordinarius explorare voluntatem earum, quæ habitum tantùm susceperunt, antequam in Religione profitentur. Ab illis autem sacris virginibus, â quibus non solùm habitus est susceptus, sed iam professio facta, & etiāsi examinatæ fuerint nihil Ordinarius præsentatus debet suscipere, sed permitat eas in suo statu permanere, prout Cōcilij Tridētinū statuit. In Abbatissas animaduerterepotest, debētq; per eundem Ordinarium Moniales, earumque Superiores admoneri, ne illis virginibus dent sacrum habitum, & multo minus patiantur in Religiōne profiteri, nisi prius voluntas earum perspecta sit, & explorata ab eodem Ordinario; contra facientes poterit idem Ordinarius coercere, non solùm pœnis â Concilio Tridentino statutis, & præscripti, sed etiam Ecclesiasticis cēsuris, & alijs iuris remedijs, non obstantibus quibuscunque priuilegijs. Sumptus à Monialibus in professione, & velo sumendo faciendi, taxentur ab Ordinario, & diffinian tur rebus necessarijs: pecunia verò reseruata ad earum vestitum in ingressu detur Abbatissæ.

Eadem sessione vigesima quinta, c. 18. de regul.

Anathemati subduntur omnes cogentes quamcunque mulierem inuitam Monialem fieri, vel volentem absque iusta causa impedientes; exceptis casibus in iure expressè id permittentibus. Hoc dicit.

CAPVT XXI.

¶ Anathemati sancta Synodus subijcit omnes & singula personas, cuiuscunque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quàm laicos, seculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocunque coegerint aliquam virginem, *i* vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem inuitam, præter quam in casibus in iure expressis, ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscunque Religionis, vel ad emittendam professionem: quique consilium, auxilium, vel fauorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi

Monasterium, aut habitum susci pere, aut professionem emittere, quoquo modo eidē actui, vel prę sentiam, vel consensum, vel auto ritatem inter posuerint. Simili quoque anathemati subijcit eos,[k] qui sanctam virginum, vel alia-rum mulierum voluntantem, veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo, sine iusta causa impedierint.

SVPER CAPVT XXI.

i ¶ *Coegerint aliquam virginem.* Decl. Card. Quid si pater naturalem filiam ea lege instituat hæredem, vt in Monasterium ingrediatur, instituit Monasterium, & filiæ relinquit pro alimentis 25. aureos Nam videtur, quod hîc is ta mulier sit coacta, & sic locum habeat iste textus. Contrarium tamen verius, quia textus hic loquitur per verbum coegerit, & sic de vi incussiua, quæ cessat in casu prædicto, in quo non potest considerari alia causa, quàm inductiua. Ista filia erat naturalis, & nihil de hæreditate paterna poterit prætendere, & mens testatoris videtur fuisse, vt haberet Monasterium hæredem. Et ita censuit Cōgregatio sub die 18. Iunij. 1573.

k ¶ *Simili quoque anathemati subijcit eos.* Concordat Concil. III. Tolet c. 10, c. puella. 20. q. 2. c. vlt. 32. q. 2.

Eadem sessione vigesimaquinta, cap. 18. de regul.

Decreta supra dicta debent seruari in Monasterijs quarūcūque Monialium, exceptis Pœnitentibus, seu conuertitis. Hoc dicit.

CAPVT XXII.

Prædicta omnia & singula, quæ ante professionem, vel in ipsa professione fieri oportet, seruentur, non solum in Monasterijs Monialium subiectis Episcopo, sed in alijs quibuscunque. Ab his tamen excipiuntur *l* mulieres, quæ Pœnitentes, aut Conuertitæ appellantur, in quibus constitutiones earum seruentur.

SVPER CAPVT XXII.

l ¶ *Ab his tamen excipiuntur.* Concordat Concil. Toletà. cap. 54. in fine.

Eadem sessione vigesimaquinta, c. 19. de regul.

Volens quæcunque de causa discedere à Religione, non auditur, nisi intra quinquennium causas, quas prætenderit, deduxerit coram superiore suo, & Ordinario. Hoc dicit.

CAPVT XXIII.

Quicunque Regularis *m* præten-

Digitized by Google

tendat se per vim, n & metum ingressum esse Religionem, aut etiã dicat, ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile: velit que habitum dimittere o quacunque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia superiorum; non audiatur, nisi intra quinquennium tantùm â die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram superiore suo, & Ordinario. q Quod si ante habitum sponte dimiserit, r nullatenus ad allegandum quã cumque causam admittatur, sed ad Monasterium redire cogatur & tanquam apostata puniatur: interim verò nullo priuilegio suæ Religionis iuuetur.

SVPER CAPVT XXIII.

m ¶ *Quicunque Regularis.* Declarat Cardinal. Milites sancti Ioannis Hierosolymitani in hoc decreto comprehendun tur.

n ¶ *Pretendat se per vim.* Concordat tex. in cap. sicut qui cum seq. 20. quæst. 1.

o ¶ *Velisque habitum dimittere.* Declar. Card. De ijs, quæ exire volunt, committantur Ordinario loci, simul cum Superiori Monasterij, vbi emiserũt professionem.

p ¶ *Nisi intra quinquennium.* Decis. Cardin. 220. Felicis recordationis Gregorius XIII. ex sententia Congregationis Concilij declarauit eos, qui per vim, & metum se Religionem professos prętenderent, nisi intra quinquenniũ reclamauerint, eo elapso nõ esse audiendos, tametsi allegarẽt vim, & motam semper durasse. Item decl. Card. Non denturprorogationes Regularibus, qui mãserũt in Religione per quinquennium, vt omnino non audiantur ante concilij confirmationem, nisi iuxta formam Concilij Tridẽtini, & fiat formularium expeditionis. Quidam vir Hispanus propter publicũ vxoris suæ adulterium, illam dimisit, & in partibus longinquis sub Ordinarij obediẽtia ex Breui Pauli IIII. vitam eremiticam per multos annos duxit, qua relicta ingressus Religionem sancti Basilij, vbi per quinquennium demoratus est, ibique professus, sed ante dictæ Religionis ingressum, semel adulterium commisit, & demum examinata fuit eius vita â Prælato Religionis prædictæ, cui omnia peccata cõfessus est. Quibus auditis, Prælatus eum habitu priuauit, vt aut ad vxorem rediret, aut aliud remedium peteret: quærimus mandari, quid agendum ad instantiam dicti viri? Congregatio censuit, scribendum esse Ordinario loci dictæ vxoris, qui

prout iuris est in isto casu procedat. Illustrissimi Domini inclinabant, quod mulier cogeretur repetere virum, aut præstare ei cõsensum, vt in Religione maneret, aut ipsa quoque Religionem ingrederetur iuxta not. in cap. Agatosa, 22. q. 2. Tangitur hæc quæstio per Abbatem in cap cõstitutus, & cap. veniens, de conuers. coniugat.

q ¶ *Coram Superiore suo, & Ordinario.* Decision. Card. 69. Congregatio Concilij censuit. Regularem deducentem intra quinquẽnium nullitatem professionis, teneri eam probare coniunctam coram proprio superiori Regulari illius Monasterij, in quo professionem emisit, & coram Ordinario illius loci, vbi existit Monasterium, in quo professus est.

r ¶ *Habitum sponte dimiserit.* Concordat Con. I. Arel. c. vlt.

Eadem sessione vigesima quinta, cap. 19. de regul.

Transitus ad laxiorem Religionem prohibetur. Hoc dicit.

CAPVT XXIIII.

Nemo Regularis cuiuscunque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionẽ: *s* nec detur licentia cuiquam Regulari occultè ferendi habitum suæ Religionis.

SVPER CAPVT XXIIII.

s ¶ *Transferatur ad laxionem Religionem.* Declar. Card. Quod si translatus ad laxiorem, etiam eiusdem Religionis, debet translatus se conformare regulæ, & modo viuendi illius Monasterij, ad quod translatus est.

Eadẽ sessione vigesima quinta, cap. 22. de regul.

Prædicta omnia decreta in quibuscunque cœnobijs obseruari præcipiuntur. Hoc dicit.

CAPVT XXV.

Omnia & singula in superioribus decretis contenta obseruari sancta Synodus præcipit, in omnibus Cœnobijs, ac Monasterijs, Collegijs, ac Domibus quorumcunque Monachorum, ac Regularium, nec non quarumcunque Sanctimonialium, virginum ac viduarum, etiamsi illæ sub gubernio Militiarum etiam Hierosolymitanæ viuant, & quocunque nomine appellẽtur subquacunque regula, vel constitutionibus, & sub custodia, vel gubernatione, vel quauis subiectione, aut annexione, vel dependentia cuiuscunque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, vel aliorum Regularium

Digitized by Google

rium Monachorum; aut Canoni eorum quorumcunque non obstantibus eorum omnium, & singulorum priuilegijs sub quibuscunque formulis verborum conceptis, ac Maremagnum appellatis, & etiam in fundatione obtentis, nec non constitutionibus & regulis, etiã iuratis, atque etiã cõsuetudinib⁹, vel præscriptionib⁹, etiã immemorabilib⁹. Si qui verò Regulares tam viri, quã mulieres sunt, qui sub arctiori regula, vel statutis viuunt, excepta facultate habendi bona stabilia, in communi, eos ab eorum instituto, & obseruantia sancta Synodus amoueri non intendit.

SVPER CAPVT XXV.

1 ¶ *Ac maremagnum appellatis.* Declar. Cardi. Omnia priuilegia Sedis Apostolicæ, etiam maris magni, quatenus sunt contraria Cõcilio Trident. sunt sublata, & ad terminos Concilij redacta. Pius Quartus in constitutione Principis Apostolorum edita anno 6. sui Pontificatus.

Eadem sessione vigesimaquinta, cap. 22. de regul.

Præcipitur omnibus superioribus vt vniuersa prædicta quãm primũ executioni demandent. Hoc dicit.

CAPVT XXVI.

Quia sancta Synodus desiderat, vt omnia, & singula supradicta quàm primum executioni demãdentur: præcipit omnibus Episcopis, in monasterijs sibi subiectis, & in omnibus alijs, ipsis in superioribus decretis specialiter commissis, atque omnibus Abbatibus, & Generalibus, & alijs Superioribus Ordinum suprà dictorum, vt statim prædicta exequantur. Et si quid executioni mandatum non sit, Episcoporum negligentiam Concilia Prouincialia suppleãt & coerceant. Regularium verò capitula Prouincialia, & Generalia & in defectum capitulorum Generalium Concilia Prouinciala per deputationem aliquorum eiusdem Ordinis prouideant. Hortatur etiam sancta Synodus omnes Reges, Principes, Respublicas, & Magistratus, & in virtute sanctę obedientiæ præcipit, vt velint prædictis Episcopis, Abbatibus, ac Generalibus, ac cæteris præfectis in superius contentæ reformationis executione suum auxilium, & autoritatem interponere, quoties fuerint, requisiti: vt sine vllo impedimento præmissa, rectè exequantur ad laudem Dei Omnipotentis.

De iure Patronatus.

TITVLVS XIII.

In sessione decima quarta Cõcil. Trid. c. 12. de reform.

Ius patronatus non nisi ratione fundationis, aut dotationis obtineri potest, & tunc institutio reseruatur Episcopo. Hoc dicit.

CAPVT I.

Nemo cuiuscunque dignitatis Ecclesiasticæ, vel secularis, quacunque ratione, *a* nisi Ecclesiam beneficium, aut capellam de nouo fundauerit, *b* & construxerit, seu iam erectam, quæ tamen sine sufficiente dote fuerit; de suis proprijs, & patrimonialibus bonis competenter dotauerit, ius patronatus impetrare, aut obtinere possit, aut debeat. In casu autem fundationis, aut dotationis huiusmodi, institutio Episcopo, & nõ alteri *d* inferiori seruetur.

De iure Patronatus.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Quacunque ratione.* Concordat c. sicut legitima, cum seq. inf. eodem & c. piæ mentis. cum seq. 16. q. 7. c. nobis. ex eodem. tit.

b ¶ *Aut capellam de nouo fundauerit.* Declar. Cardin. Si fundatio capellæ stet sub his verbis testatoris, quod capellanus debeat celebrare diuina officia die noctuque, sicut cæteri capellani faciũt. An capellanus hic debeat esse presbyter? Cõgregatio cẽ fuit his verbis positis in fundatione huiꝰ capellæ, non inferri necessariò, vt capellanus debeat esse presbyter. An cap. hoc intelligendum sit de patronalibus beneficijs nouiter, vel in futurum erigendis, an de iam creatis, & institutis? Congregatio censuit ex his verbis, hoc cap. intelligendum esse de iuribus patronatus, requisitis ante Concilium legitimè ideò eorum titulus ostendendos Ordinario, & si apparuerit huiusmodi iura patronatus rectè ac ritè concessa fuisse, nec ex illis esse, quę reuocata sunt à Concilio, sessio. 25. cap. 9. & data fuisse ea lege expressa, vt præsentatio fieret capitulo, seu dignitatibus Cathedralis Ecclesiæ, saluum adhuc manere istud ius præsentationis, ex decreto Cõcilij sess. 7. c. 13 & sess. 25. c. 9. Si verò de non simplicibus beneficijs agatur, seruãdam esse formam præscriptam. sess. 24. c. 18.

c ¶ *Ius patronatus impetrare, aut obtinere.* Declar. Cardin. Hoc caput debet intelligi de iuribus patronatus in futurum acquirendis

lo-

loquitur enim de acquirendis poſt Concilium, non autem de acquiſitis. Hoc decretum loquitur de iuribus patronatus de nouo erigendis: nam ia illis factis ante Concilium, ſi præſentatio ex eorum inſtitutione, non Epiſcopo, ſed alteri facienda erit, nihil innouatur. In exemptis Eccleſijs non poteſt reſeruari inſtitutio alteri, quam Epiſcopo, niſi Rector illius loci fuerit Ordinarius, ordinariaque fungatur iuriſdictione. Vicarius Epiſcopi ſe de vacante non poteſt inſtituere præſentatum à prætenſis patronis.

d ¶ *Inſtitutio Epiſcopi, & non alteri*. Concordat capitulo ſequenti, & cum ibidem allegatis.

Eadem ſeſsione decima quarta, capitulo 13. de reformatione.

Præſentatio debet per patronatũ Epiſcopo fieri, non obſtante quocunque priuilegio. Hoc dicit.

CAPVT II.

Non liceat *e* patrono cuiuſcũque priuilegij prætextu aliquem ad beneficium ſui iuris patronatus, *f* niſi Epiſcopo loci Ordinario *g* ad quem prouiſio, ſeu inſtitutio ipſius beneficij ceſſante priuilegio, iure pertineret, quoquo modo præſentare: *h* aliàs præſentatio, ac inſtitutio, foſſan ſequutæ nullæ ſint, & eſſe intelligantur.

SVPER CAPVT II.

e ¶ *Non liceat*. Declar. Card. Intelligendum eſt hoc decretum quoad examen dumtaxat ab Ordinario faciendum de perſona præſentat, ſecuudum aliud decretum eiuſdem Concilij, ſeſ. 7. c. 13. non autem intelligendum, vt ea non ſeatur ablata inſtitutio, quam idẽ Concilium voluit ſaluam eſſe omnibus Epiſcopo inferioribus, ad quos pertinet, vt apparet, ſeſ. 25. cap. 9. verſ. *quod ſi ad inferiores*. Non ſunt ſublatæ fundationes, veluti ſi fundator capellæ reliquerit inſtitutionem capitulo.

f ¶ *Sui iuris patronatus*. Declar. Card. Hoc decretum loquitur de acquiſitis ante concilium, nec per hoc cap. tollitur diſpoſitio, cap. 13. ſeſ. 7. & cap. 9. ſeſ. 25.

g ¶ *Niſi Epiſcopo loci Ordinario*. Declar. Card. An probatio, quæ facienda eſt ab Epiſcopo, etiam ſi inſtitutio pertineat ad inferiores, iuxta formam cap. 9. ſeſ. 25. & cap. 13. ſeſ. 7. debeat fieri etiam in beneficijs, quorum inſtitutio pertinet ad Monachos? Congregatio cenſuit etiam in iſtis beneficijs debere fieri. ¶ An

dicta approbatio requiratur tantum in beneficijs iuris patronatus, vel alijs beneficijs. Congregatio censuit, non requiri in beneficijs simplicibus, quorum collatio liberè pertinet ad inferiores. An in beneficijs tantùm curatis, vel etiam alijs beneficijs quibuscunque? Congregatio censuit in istis beneficijs, sive sint iuris patronatus, sive liberæ collationis examen faciendum esse ab Episcopis Ordinarijs secundum dispositionem Concilij, sess. 24. c. 18. ¶ Item censuit, requiri in quibuscunque alijs beneficijs, ad quæ præsentatio, vel electio, vel Ordinario facienda sit à quibuscunque alijs personis Ecclesiasticis inferioribus Episcopo, prout statutum est à Concilio, sess. 7. c. 7. c. 13. & sess. 25. c. 9. ¶ Vbi ex consuetudine institutio beneficiorum ad Archidiaconũ spectat, etiam in inferiori Germania, nihil eis per hoc decretum derogatum est, etiamsi hoc illi faciant in Ecclesijs, in quibus nihil statutum est in eorum fundatione, dummodò tamen hoc aliàs eis legitimè conueniat, ita vt per hoc non dependeat ab aliquo iure patronatus, quod decretis Concilij sublatum sit, & prout disponitur, c. 13. sessione 7. cap. 18. sessione 24. & cap. 9. sessione 25. de reformatione. ¶ Idem dicendum est, si ista institutio ad alios inferiores legitimè pertineat. ¶ Hoc autem præsens decretum intelligendum est, vt præsentatio soli Episcopo fiat, ad effectum examinis dumtaxat, non attenta quacunque consuetudine contraria immutabili prout sancitum est, cap. 13. sessione 7. ¶ An aliquo obtinente beneficium vigore præsentationis factæ ab obtinente legitimum ius præsentandi, & non sequuta postea institutione per tunc temporis Episcopum, nec demonstratione contraria voluntatis eiusdem declarandum sit per Ordinarium successorem, præsentationem præteritam esse nullam, iuxta Concilium Tridentinum, hic, & sessione 25. cap. 9. & prout videtur disponere, cap. illius, & cap. relatum extra, de iure patronatus. ¶ An verò declarandum sit tam præsentatum, quàm præsentantem in excommunicationem incidere, prout disponit cap. præterea, el secundo, extra, de iure patronatus, & can. si quis, de inceps, 16. q. 7 cum aliquot sequent. Congregatio non derogat d. cap. præterea, & alijs similibus, & quæ in hac materia disponit voluit reddere iuri cõmuni. Dubitatum quoque fuit, quid iuris de illis, qui præsentati, & instituti fuerunt, sed non habent Bullas? Responsum est ab eadem Congregatione sufficere, si aliunde legitimè constet de dicta tali institutio-

tutione, niſi tamen inſtituti obligati fuiſſent, expedire Bullas Apoſtolicas; tunc enim obſtaret illis Bulla Iulij edita aduerſus eos, qui poſſeſsiones beneficiorum adipiſcuntur non expeditis. Quærebatur, an præſentationes, quæ factæ fuerunt per Epiſcopum, coram inferiori, ſcilicèt, Capitulo Collegiatæ eiuſdem Eccleſiæ, ex conſuetudine, ſiue ex priuilegio, deinde factæ coram Ordinario, ſint dicendæ continuatæ, prout Concilium requirit, cap. 9. ſeſsio. 25. attento maximè, quod quædam promiſsio inter vtroſque interponitur, ſcilicèt, reſignatio cauſa permutationis in Curia facta, cum derogatione tamen dicti iuris patronatus? Congregatio Concilij, vt conſtat ex literis illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi S. Sixti, datis die 4. Februarij 1581. cenſuit, ſi ante Concilium præſentationes factæ ſint, validas eſſe, ſiue ex priuilegio, ſiue ex conſuetudine, ſecus poſt Concilium, quod quidem in hoc cap. 13. ſuſtulit priuilegium, nō autem fundationem. Rurſus quærebatur. An mortuo Epiſcopo Vicarius Generalis Sede vacante, nullum ad hoc habens ſpeciale mandatum, potuerit inſtituere eius literis? In vna Placentinenſium fuit reſcriptum, Congregationem Concilij declaraſſe, Vicarium id minimè potuiſſe. Quod nota, quia eſt contra ea, quæ reſcripſit Pauinus in ſuo tractatu. ¶ Fuit etiam dubitatum, quid iuris de illis, qui nullum certum habent beneficium, ſed ſolum iure legati relictum fuit à quibuſdam, vt certæ in hebdomada Miſſæ celebrentur, & eorum hæredes faciant electionum Sacerdotum, qui huiuſmodi legato ſatisfaciant? Reſponſum fuit à congregatione prædicta, ſatis eſſe, ſi prædicti hæredes, eligerent Sacerdotem aliquem ex approbatis ab Ordinario. Præterea fuit dubitatum, præſupoſito, quod aliqui de prædictis inciderent in cenſuram, vt dicto cap. præterea: An celebrando facti ſunt irregulares, indigeantque propterea Apoſtolica diſpenſatione? Reſpondit congregatio illud cap. præterea extra, de iure patronatus, non excommunicare ipſo iure, ſed dicere excommunicandos eſſe, quod etiam glo. ibi. ver. commune concilium priuetur, annotauit. Ideò ſi quis in ſpecie fuit ob hanc cauſam ab Ordinario excōmunicatus, & poſteà celebrauit, certum eſt, eum incidiſſe in irregularitatem, ac ideò diſpenſatione egere. Eſt etiam animaduertēdum ad eos, qui laicorum electioni conſenſerunt, quia hos ex eo ſolo creditur fuiſſe factos irregulares, glo. d. c. præterea. Vltimo dubitatum fuit, an tolerātia Epiſcopo-

coporum, qui pro tempore fuerunt, & ignorantia præteritos excuſet maximè cum dicta beneficia ſint valdè tenuia? Reſponſum fuit à ſacra congregatione, neutrum excuſare. Conquerenti Epiſcopo Lucenſi, ſuos cononicos obtinere beneficia, nec expedire bullas, viſum eſt reſpondendum, vt priuet, qui ita obtineant, adhibitis Vicarijs qui inſeruiant, dum admonitus Sanctiſsimus prouidere poſsit. Qui pacificè per biennium aliquod beneficiũ poſſedit, non tenetur oſtendere titulum, vel docere de titulo. Ita ſacra Congregatio cenſuit anno 1588.

b ¶ *Quoquo modò præſentare.* Cõ cor. c. præced. c. illud, & c. relatũ, de iure patr. Conc. Mogunt. c. 4. Conc. Saleguſtadien. c. 13.

Item ſeſsione vigeſima quarta, c. 3. de refor.

Patroni neque adminiſtrationeſacramentorũ, neque etiam viſitationi bonorum Eccleſiæ ſe ingerant, ſed vtrunque ad Epiſcopum pertineat. Idoc dicit.

CAPVT III.

¶ Patroni in his, quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, nullatenus ſe præſumant ingerere; nec viſitationi ornamentorum Eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium, ſeu fabricarum prouentibus *i* immiſceant, niſi quatenus id eis ex inſtitutione, ac fundatione, competat, ſed Epiſcopi ipſi hæc faciant, *k* & fabricarum redditus in vſus Eccleſiæ neceſſarios, & vtiles prout ſibi expedire magis viſum fuerit, *l* expendi curent.

SVPER CAPVT III.

i ¶ *Seu fabricarum prouentibus.* Declar. Car. Etiam fabricarũ, quæ non ſunt de iure patronatus. In fabricis, quæ non ſunt de iure patronatus à fortiori decretum hoc habet locum: nam earum redditus arbitrio Epiſcopi, in vſus Eccleſiæ ſunt exponendi.

k ¶ *Sed Epiſcopi ipſi hoc faciant.* Decl. Card. Capitulum enim prętendit, quod Epiſcopus ſine adiũctis non poſsit viſitare corpus Eccleſiæ Cathedralis, Sacramẽtum, Reliquias, veſtes, vaſa, ornamenta, cęteraque ad cultum diuinum deſtinata, nec capellas, capellanias, dotationes, aniuerſariorum inſtitutiones, & memorias defunctorum aliaque pia opera, nec res, aut bona dictæ fabricæ, aut Eccleſiæ. Congregatio cenſuit, poſſe ſine adiunctis, de quibus ſeſ. 25. c 6. de refor.

l ¶ *Prout ſibi expedire magis viſum fuerit.* Declar. Card. Cum ex hoc

Digitized by Google

hoc decreto redditus fabricarum quæ ſunt de iure patronatus, expendi debeant, prout Epiſcopo magis expedire videbitur, an ex fortiori hoc habeat locum etiam in fabricis, quæ non ſunt de iure patronatus? Congregatio cēſuit, locum habere in huiuſmodi fabricis.

Item ſeſſione vigeſima quinta, c. 9. de refor.

De titulo iuris patronatus debet plenè, & exactè, & ſecundum iuris diſpoſitionem conſtare. Hoc arcit.

CAPVT IIII.

Sicut legitima patronatuū iura tollere, piaſque fidelium voluntates in eorum inſtitutione violare æquum non eſt: ſic etiam vt hoc colore beneficia Eccleſiaſtica in ſeruitutem, quòd â multis imprudenter fit, redigantur, non eſt permittendum. Vt igitur debita in omnibus ratio obſeruetur, decernit ſancta Synodus, vt titulus iuris patronatus *m* ſit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, *n* & alijs iuris requiſitis oſtendatur: *o* ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus *p* per antiquiſsimum tēporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliâsve ſecundùm iuris diſpoſitionem. In ijs verò perſonis, ſeu communitatibus, vel Vniuerſitatibus, in quibus id ius plerumque ex vſurpatione potiùs quæſitum *q* præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulū requiratur, nec immemorabilis temporis *r* probatio aliter eis ſuffragetur, quam ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continuatæ, non minori ſaltem quàm quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur. *ſ*

SVPER CAPVT IIII.

m ¶ *Vt titulus iuris patronatus.* Concordat cap. 1. ſup. eodem cū ibidem allegatis.

n ¶ *Qui ex authentico documento.* Deciſ. Card. 42. in cap. 9. ſeſ. 25. in ea parte, in qua requirit pleniorem, & exactiorē probationē iuris patronatus ijs perſonis ſeu cōmunitatibus in quibus vſurpatio plerūq; præſumitur, nec vult immemorabilem aliter ſuffragari niſi preſentationes etiā cōtinuatę nō minori, quā 50. annorū ſpatio quæ omnes effectum ſortitæ ſint authenticis ſcripturis probentur, requiratproforma, quòd probatio fiat per authenticas ſcripturas, ita vt probatio per teſtes excludatur. Congregatio Concilij cenſuit, probationem debere fieri

ri per authenticas ſcripturas, ita vt probatio per teſtes regulariter excludatur. Item deciſ. Card. 87. Congregatio Concilij cenſuit, ſi ius patronatus ex augmento dotis cõceſsũ fuerit ſuper 40. annos, ante diẽ Kal. Maij 1604. illud nõ fuiſſe abrogatũ, aut irritum factũ, à decreto Concilij Tridentini, c. 9. ſeſ. 25. de refor. ſi verò conceſſum ſit à 40. annis, citrà, eſſe diligenter ab Ordinario, vti delegato Sedis Apoſtolicæ cognoſcendum, & ſi non receperit, illud ob maximè euidentem Eccleſiæ neceſsitatẽ legitimè eſſe conſtitutũ, reuocandum eſt, reddito tamen patronis eo, quod ab illis idcircò datum eſt. Item deciſ. Card. 114. Cõgregatio Cõcilij cenſuit, ius patronatus ex fundatione, vel donatione probari etiam ex multiplicatis præſentationibus per tempus ſupra hominum memoriam, tametſi nullum inſtrumentũ fundationis, vel dotationis oſtendatur, & quamquam etiam in dictis præſentationibus nulla appareat mentio facta fundationis, & dotationis. Item deciſ. Card. 123. Congregatio Concilij cenſuit, ius patronatus ex fundatione, vel dotatione probari etiã, quod nullum inſtrumentum fundationis, vel dotationis oſtendatur, ex multiplicatis præſentationibus, per antiquiſsimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, ita tamen, vt in his perſonis, in quibus ius plerũque ex vſurpatione quæſitum præſumi ſolet, vltra immemorabilis temporis probationem, præſentationes etiam continuatæ non minori ſaltem, quàm quinquaginta annorũ ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur. Item deciſ. Car. 216. Congregatio Cõcilij cenſuit, decretum c. 9. ſeſ. 25. eiuſdem Cõcilij requirens, vt patronatus ſit ex fundatione vel dotatione, quę iuxta formam ibidem præſcriptam probari debeat, vendicare ſibi locum tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio. Item patronatus ex priuilegio ante Concilium cõcellos, eſſe eodem decreto ſublatos, tametſi inſerta eſſet ipſi priuilegio clauſula, vt perinde habeãtur, ac ſi eſſent ex fundatione, vel dotatione. Item deciſ. Card. 285. Congregatio Concilij cenſuit, decretum eiuſdem Concilij, cap. 9. ſeſ. 25. in princip. habere locũ tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio.

¶ *Oſtendatur.* Declarat Cardinal. An ſatis ſit, aſſerenti, ſibi competere ius patronatus ex fundatione, vel donatione, ſi vna, aut altera præſentatione de anno 1554. & 1581. quæ effectum ſortitæ fuerint, oſtendatur? Congregatio cenſuit, non eſſe, ſatis die 4. Februarij 1581. Item cenſuit,

non

non posse patronum repelli à sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione super iure patronatus post Concilium Ordinarius â patrono præsentatum admisisset, etiamsi post obitum eiusdem præsentati de validitate iuris patronatus iterum cõtigerit dubitari : secùs autem si simpliciter patroni præsentatio absque causæ cognitione admissa fuisset. ¶ Item censuit tamen, demum debere intelligi adhibitam fuisse causæ cognitionem in probando iure patronatus, cum seruata fuerit formæ à Concilio tradita.

p ¶ *Multiplicatis præsentationibus.* Declar. Card. Ius patronatus ex solis præsentationibus continuis, vltrà hominum memoriam probatur, licet in eis nulla fuerit facta mentio de fundatione, vel donatione. Hoc decretum Concilij habet locum, & in petitorio, & in possessorio, vnde admittẽda non est præsentatio, aut præsentanti institutio facienda, nisi pri⁹ confiscato iure patronatus ex decreto Concilij.

q ¶ *Ex vsurpatione potiùs quæsitum.* Declar. Cardin. Quoad vsurpationem bonorum Ecclesiasticorùm, quæ præsumitur in dominis oppidorum, & terrarum habentibus perpetuam iurisdictionem, Congregatio Concilij censuit, Barones, & alios dominos iurisdictionem perpetuã habentes comprehẽdi hoc decreto.

r ¶ *Nec immemorabilis temporis.* Declar. Cardin. An ad probandũ priuilegium patronatus in conuentuali Ecclesia ex causa fundationis, & donationis, & quidem in eius limine fundationis concessum fuisse sufficiat immemorabilis iunctis multiplicatis præsentationibus, quę secundum formam Concilij, effectum sortitæ fuerunt, stãte derogatione in calce posita? Congregatio die 4. Decembris 1586. censuit affirmatiuè, ex verbis Concilij, tam in primo, quàm in secundo casu. Et intelligebant hoc dubium, quando non habetur priuilegium, sed cõstat de fama: si verò haberet priuilegium, & posteà subsequeretur immemorabilis, cum dictis præsentationibus, crederem non sufficere. ¶ Congregatio censuit, vt ad conficiendam immemorabilem concurrat anni elapsi vsque ad terminum controuersiæ motæ, & non tempus diuersum vsq; ad publicationem Concilij tantũ attendendum sit.

s ¶ *Authenticis scripturis probentur.* Declarat Cardinal. Nec possunt repelli probationis oblatæ à patronis, vt eorum patronatus, declaretur esse ex Concilio: saluis tamen exceptionibus tam huius decreti, quàm iuris communis.

Eadem

Digitized by Google

Eadem sessione vigesima quinta, c. 9. de ref.

Abrogantur patronatus omnes, qui non sunt ex fundatione, vel dotatione quibusdam dumtaxat exceptis. Hoc dicit.

CAPVT V.

Reliqui patronatus omnes *t* in beneficijs, tam secularibus, quàm Regularibus, seu parochialibus; vel dignitatibus, aut quibuscũque alijs beneficijs, in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, *u* seu facultates, & priuilegia cõcessa, *a* tam in vim patronatus, quàm alio quocũque iure *b* nominandi, eligendi, præsentandi, ad ea cum vacãt, exceptis patronatibus super Cathedralibus Ecclesijs competentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu Regna possidentes, alios que sublimes ac supremos Principes, iura Imperij in dominijs suis habentes, pertinent, & quæ in fauorem studiorum generalium cõcessa sunt in totum prorsus abrogata, & irrita cum quasi possessione inde sequuta intelligatur. Beneficiaq; huiusmodi tanquam libera à suis collatoribus conferãtur, ac prouisiones huiusmodi effectum consequantur.

SVPER CAPVT V.

t ¶ *Reliqui patronatus omnes.* Declar. Cardin. An patronatus in conuentuali Ecclesia censeri debeant sublati hoc vers. *Reliqui?* Congregatio die 4. Decembris. 1586. censuit esse ablatos patronatus ex priuilegio, non autem ex fundatione, & donatione.

u ¶ *Vel Collegiata Ecclesia.* Declar. Card. Ad quæstionem de iure patronatus Ecclesiæ Collegiatæ, si institutio Canonicorum, qui præsentantur à patronis, pertinet ad Canonicos ipsos, vt prætendunt ex priuilegio, an ad Ordinarium, cum ex cap. hoc huiusmodi priuilegia sunt abrogata, & ad Ordinarium spectat, cessante omni priuilegio si ius patronatus hoc non est de illis, quæ reuocata sunt à Concilio hoc cap. & fuit concessum ea lege expresse, vt institutio fieri debeat ab ipsis Canonicis. Congregatio censuit, ius hoc institutionibus non esse à Concilio sublatum, sed saluum ad hoc manere, vt cap. 12. sess. 7. & hoc cap. Si tamen beneficijs simplicibus agatur, præsentatio non potest institui à Canonicis prius quam fuerint examinati ab Episcopo, & idonei reperti, vt decretum est dict. cap. 13. & cap. 6. Si verò de parochialibus Ecclesijs agatur, seruãdã esse formã examinis, quæ præscribitur sess. 24. c. 16.

a Et

a ¶ *Et priuilegia concessa.* Decl. Card Super hæc verba fundabat si quidem Episcopus dicens ius eligendi quod ex consuetudine competebat cuidam capitulo cuiusdam Ecclesiæ Collegiatæ, ad canonicatus vacantes, per Concilium hoc esse sublatum, quod falsum est; & fuit ab illustrissimorũ Congregatione reprobatum, nã textus iste restringit se ad ius eligendi in iure patronatus electiuè: non autem in alijs electionibus, quæ de iure communi capitulis competunt cum Prælato inferiori.

b ¶ *Alio quocunque iure.* Decl. Card. V.g. Ad mansionarios tantùm censendum est esse ex priuilegio, quando capitulum nõ fundauit, nec dotauit, vel habet immemorabilem, ideò sublatum est hoc decreto, qui dicitur habere ius patronatus ex priuilegio, admittendus tamen est ad probandum immemorabilem. Ius patronatus ex priuilegio Episcopi cõcessum, in cuius pacifica possessione extitere prætensi patroni per 140. annos, cũ cõstet de titulo ex priuilegio inualido, centenaria possessio prodesse non potest ob malam fidem. Ideò per hoc decretum sublatum remanet dubium, an immemorabilis possit propter clausulam derogatoriam in fine capit. quæ si referenda sit etiam ad ius patronatus ex priuilegio, sed in hoc subsistit cõgregatione anno 1573.

¶ Eadem sessione vigesima quinta, c. 9. de refor.

Præsentati à patronis debent ab Episcopo examinari. Hoc dicit.

CAPVT VI.

¶ Liceat Episcopo præsentatos à patronis, si idonei non fuerint, repellere. Quod si ad inferiores institutio *c* pertineat ab Episcopo tamen, *d* iuxta aliâs instituta *e* ab hac sancta Synodo, examinentur: alioquin institutio ab inferioribus facta irrita sit, & inanis. *f*

SVPER CAPVT VI.

c ¶ *Quod si ad inferiores institutio.* Decl. Car. Quando Cõcilũ hic se remittit ad statuta aliàs in hac sancta Synodo intelligit tex sess. 7. c. 13. dẽpta illa litera D. vt sit sensus beneficij iuris patronatus, quantum ius simplex, licet possit ab inferiori institui, tamen semper Episcopi requirit examen. Sic congregatio die 18. Iunij 1573. Congregatio cẽsuit, cognitionem validitatis, & inualiditatis ius patronatus controuerti ad Episcopũ dumtaxat, non ad inferiores, qui nu habent instituendi, pertinere: secus verò si huiusmodi inferiores Ordinarij in eo loco habuerint iurisdictionem.

d ¶ *Ab Epiſcopo tamen.* Declar. Card. Etiãſi inſtitutio pertineret ad Monachos, non tamen comprehẽdit beneficia ſimplicia, quorum collatio liberè pertinet ad inferiores, ſed benè ſe extendit ad omnia beneficia, pro quibus facienda eſt præſentatio, electio, ſeu manutentio inferioribus collatoribus iuxta decretum cap. 13. & cap. 7. ¶ Declaratum eſt aliàs à Congregatione Concilij, examen beneficiorum ſimplicium de iure patronatus faciendum ab Epiſcopo, licet inſtitutio ad inferiores ſpectet. ¶ An Abbates, & alij ex fundatione exemptionem prætendentes in Eccleſijs ſuis corã ſe præſentatos inſtituere poſſint abſque Epiſcopi examine? Congregatio Concilij cenſuit, ab Epiſcopo fieri debere, ſi nihil aliud obijciatur, quàm dicta exceptio, & aliter factam inſtitutionem irritã eſſe, & nullam ex hoc cap. 9. Et quia dicti Abbates prætẽdunt in dictos huiuſmodi à ſe ad patronorũ præſentationẽ inſtitutos, omnimodam iuriſdictionem habere, ſeque illorum Ordinarios eſſe, & idcò dictam declarationem ſibi non obeſſe, quominus abſque Epiſcopi examine, & approbatione præſentatos inſtituere poſſint? Congregatio cenſuit imò eis obeſſe eam, & ſi Ordinarij inſtitutorum ſint, & in eos iuriſdictionem habent, aliàs eam irritam eſſe, & inſtitutionẽ. ¶ Inferior, qui poteſt inſtituere, non poteſt examinare, & approbare præſentatum, ſic maior pars illuſtriſſimorum: alij verò dicebant poſſe examen fieri ab inferioribus Prælatis, dummodò ſint Ordinarij, & habeant iuriſdictionem ſpecialem in ſubditos, quia illi veniunt appellatione Prælatorum: alij verò, qui nituntur priuilegijs, hic reuocantur per Concilium in fine.

e ¶ *Iuxta aliàs inſtituti.* Videlicet in c. tranſacto, ſup. de ætate, & qualitate, cap. præſentati, infr. de præb. & dign.

f ¶ *Irrita ſit, & inanis.* Declar. Car. Nec ſufficit, quòd præſentatus fuerit aliàs examinatus, & approbatus ab alio Ordinario ad beneficium curatum.

Eadem ſeſsione vigeſimaquinta, cap. 9. de reform.

Diſtributio fructus beneficiorum non pertinet ad patronos, ſed ad beneficiatos. Hoc dicit.

CAPVT VII.

¶ Patroni beneficiorum, cuiuſcunque Ordinis, & dignitatis, etiamſi Communitates, Vniuerſitates, Collegia quæcunque clericorum

corum, vel laicorum existant, in perceptione fructuum, prouentuum, obuentionum quorumcũque beneficiorum, etiamsi verè de iure patronatus ipsorum ex fundatione, & dotatione essent, nullatenus, nullave causa, vel occasione se ingerant, [g] sed illos liberè Rectori, seu beneficiato, nõ obstante etiam quacunque consuetudine distribuẽdos dimittãt.

SVPER CAPVT VII.

g ¶ *Nullave causa, vel occasione se ingerant.* Declar. Card. Quitempore, quo se ingerit, & fructus, exigit, non est in actu præsentandi, sed patronus in præsentia, quia putà de patronorum familia, non habet locum in hoc cap. sed alia pœna puniri poterit, quia bona aliena inuasit, vel surripuit, sic cõgregatio censuit in vna Murana, quod si iure patronatus velit à præsentato conducere bona iuris patronatus, & quia verbum ingerere est per viam illegitimam: titulus verò locationis est legitimus, maior pars illustrissimorũ respondit affirmatiuè.

Eadem sessione vigesima quinta, c. 9 de refor.

Priuãtur iure patronatus, qui illud contra Canonicas sanctiones in alios transferri præsumunt. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

¶ Ius patronatus venditionis, aut alio quocunque titulo malios contra Canonicas sanctiones transferre patroni præsumant: si secùs fecerint, excommunicationis, [h] & interdicti pœnis subijciantur, & dicto iure patronatus, ipso iure priuati existant.

SVPER CAPVT VIII.

h ¶ *Si secùs fecerint excommunicationis.* Declar. Card. An pœnæ appositæ in hoc decreto referantur non solùm ad alienantem bona beneficij patronatus, sed etiam ad vsurpationem fructus illius? Cõgregatio cẽsuit, referre. Fuit resolutum sub die 4. Augusti 1588. pœnam hanc comprehendere nedum casum immediatè præcedẽtem, verùm etiam superiorem videlicet ingredientes se in fructibus beneficiorum.

Eadẽ Sessione vigesima quinta, cap. 9. de refor.

¶ Prohibentur fieri vniones beneficiorum liberorum cum Ecclesijs, vel beneficijs iuris patronatus, & iam factæ præcipiuntur examinari. Hoc dicit.

CAPVT IX.

¶ Acceſsiones, per viam vnionis factæ de beneficijs liberis ad Eccleſias iuris patronatus, etiam laico ſubiectas, tam ad parochiales, quàm ad alia quæcunque beneficia etiam ſimplicia, ſeu dignitates, vel hoſpitalia, ita vt prædicta beneficia libera eiuſdem naturæ cum ijs, quibus cum vniuntur efficiantur, atque ſub iure patronatus conſtituantur. Hæ ſi nondum plenarium ſortitæ ſunt effectum, vel deinceps, ad cuiuſuis inſtantiam fient, quacunque autoritate, etiam Apoſtolica conceſſæ fuerint, ſimulcum vnionibus ipſis per ſurreptionem obtentæ intelligantur, non obſtante quacunque in his verborum forma, ſeu derogatione, quæ habeatur pro expreſſa: nec executioni amplius demandentur, ſed beneficia ipſa vnita, cùm vacauerint, liberè vt anteà conferantur. Quæ verò à quadraginta annis citrà factæ, effectum & plenam incorporationem ſunt conſequutæ, hæ nihilominus ab Ordinarijs, tanquam à Sede Apoſtolica delegatis, reuideantur, & examinentur: ac quæ per ſurreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, ſimul cum vnionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipſa ſeparẽtur, & alijs conferantur.

SVPER CAPVT IX.

¶ *Quæ verò à quadraginta annis.* Concordat cap. vniones, infr. de præben. & dignit.

¶ Eadem Seſsione vigeſima quinta, c. 9 de refor.

¶ *Patronatus in rebus anteã liberis acquiſitus, qui ob euidentem Eccleſiæ, vel beneficij neceſsitatem non eſt conſtitutus, debet reuocari. Hoc dicit.*

CAPVT X.

¶ PATRONATVS quicunque in Eccleſijs quibuſcunque alijs beneficijs, etiam dignitatibus anteâ liberis, acquiſiti à quadraginta annis citrà, & in futurum acquirendi, ſeu ex augmento dotis, ſeu ex noua conſtructione, vel alia ſimili cauſa, etiam autoritate Sedis Apoſtolicæ, ab ijſdem Ordinarijs, vel delegatis, vt ſuprà, qui nullius in his facultatibus, aut priuilegijs impediantur, diligenter cognaſcantur, [k] & quos non repererint, ob maximè euidentem Eccleſiæ, vel beneficij, ſeu dignitatis neceſsitatem legitimè conſtitutos eſſe, in totum reuocent, atque beneficia huiuſmodi ſine damno illa poſsidentium, & reſtituto patronis eo, quod ab eis idcircò,

circà datum est, in pristinum libertatis statum reducant: non obstantibus priuilegijs, constitutionibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus.

SVPER CAPVT X.

¶ *Diligenter cognoscantur.* Declarat Cardinal. Si Ordinarius post Concilium cognouit de iure patronatus, & admisit post Concilium, non potest patronus repelli à sua quasi possessione præsentandi, si Ordinarius voluerit cognoscere, propter obitum illius præsentati: secùs autem, si simpliciter eius præsentatio fuisset admissa absque causæ cognitione.

DECRETORVM SACRI CONCILII TRIDENTINI.

LIBER SECVNDVS.

De Canonicis script. & earum vsu, & interpræt.

TITVLVS PRIMVS.

¶ In Sessione quarta Concil. Trident. 1. decret.

Scripturas sacras, & sine scripto traditiones, tanquam ab Spiritu sancto dictatas Ecclesia suscipit, & veneratur. Hoc dicit.

CAPVT PRIMVM.

SACRO sancta, Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitimè cõgregata, præsidentibus in ea tribus Apostolicæ Sedis Legatis, hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, vt sublatis erroribus puritas ipsa Euangelij in Ecclesia conseruetur, quod promissum ante per Prophetas in Scripturis sanctis Domis noster IESVS Christus Dei Filius proprio ore primum promulgauit, deinde per suos Apostolos, tanquam fontem omnis, & salutaris veritatis, & morũ disciplinæ, omni creaturæ prædicari

cari iussit; *a* perspicienſq; hanc veritatem, & disciplinam contineri in libris scriptis, & sine scripto traditionibus, quæ ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptę, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos vsque peruenerunt, orthodoxorum Patrum exẽpla sequuta, omnes libros tã veteris, quàm noui Testamenti, cũ vtriusque vnus Deus sit Autor, necnõ traditiones ipsas, tùm ad fidem, tũ ad mores pertinentes, tanquã vel ore tenus à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, & cõtinua successione in Ecclesia Catholica conseruatas, pari pietatis affectu, ac reuerentia suscipit, & veneratur.

De Canonicis scripturis.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Omni creaturæ prædicari iussit.* Concord. illud Matth. vlt. *Euntes ergô docete omnes gentes*: & illud Marc. 16. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.*

Eadem sessione 4. 1. decret.

Recensentur libri Canonici vtriusque Testamenti. Hoc dicit,

CAPVT II.

¶ Sacrorum librorum indice huic decreto adscribendum sancta Synodus censuit, ne cui dubitatiõ suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. *b* Sunt verò infrà scripti, Testamẽti veteris, quinq; Moysi, id est, Genesis, Exodus. Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralypomenon, Esdręprimus, & secundus, qui dicitur Neemias, Thobias, Iudith, Hester, Iob, Psalterium Dauidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Hierem. cum Baruch, Ezech. Daniel, duodecim Prophetæ minores, id est, Osea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Abachuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus & secundus. Testamenti noui. Quatuor Euangelia, secundũ Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem. Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti, quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippẽses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheũ, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli vna, Iudæ Apostoli vna, & Apocalypsis

Ioannis Apostoli. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, e prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris, & Canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciens, & prudens contempserit anathema sit. Omnes itaque intelligant, quo ordine & via ipsa Synodus, post iactum fidei confessionis fundamentum sit progressura, & quibus potissimum testimonijs, ac præsidijs in confirmandis dogmatibus, & instaurandis in Ecclesia moribus, sit vsura.

SVPER CAPVT II.

b ¶ *Qui ab ipsa Synodo suscipiuntur.* Cõcordant Canones Apost. c. 84. Gelas. I. in Concil. 70. Episcoporum. Conc. Laodi. c. 59. Cõcil. III. Carth. c. 47. c. sancta Romana, 15. d. & in epist. Eugen. in Conc. Florent. ad Armenos.

c ¶ *Cum omnibus suis partibus.* Declarat Cardin. Etiam quod esset sola periodus, sola clausula, vel sola dictio, aut syllaba, iotâve vnum, quod repugnaret vulgatæ linguæ Latinæ editioni.

¶ Eadem sessione quarta, 2. decret.

Vulgata editio pro authentica haberi debet. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Eadẽ sacrosancta Synodus considerans non parum vtilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omnib⁹ Latinis editionibus, quæ circunferuntur, sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit, innotescat: statuit, & declarat, vt hæc ipsa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot seculorũ vsu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus pro authentica habeatur, & vt nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præsumat.

¶ Eadem sessione quarta, 2. decret.

In rebus fidei & morum non licere sacram Scripturam contra sensum Ecclesiæ, vel Sanctorum omnium Patrum interpretari. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

¶ Ad coercẽda petulãtia ingenia, d decernit sancta Synodus, vt nemo suę prudẽtię innixus, in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius

est

Digitized by Google

est iudicare de vero sensu, & interpretatione, scripturarum sanctarum, aut etiam contra vnanimen consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari audeat, etiamsi huiusmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contrauenerint, per Ordinarios declarentur, & pœnis à iure statutis puniantur.

SVPER CAPVT IIII.

d ¶ *Ad coercenda petulantia ingenia.* Concor. tex. in c. hæresis, c. Adam. in fin. 24. q. 3.

Eadem sessione quarta, 2. decret.

Examen librorum euulgandorũ de rebus sacris qualiter, & à quibus fieri debeat. Hoc dicit.

CAPVT V.

¶ Impressoribus modum in hac parte, vt par est, imponere volens sancta Synodus, qui iam sine modo, hoc est, putantes, sibi licere quidlibet, sine licentia superiorum Ecclesiasticorum, ipsos sacræ Scripturæ libros, & super illis annotationes, & expositiones quorumlibet indifferenter, sæpè tacito, sæpe etiam mentito prælo, & quod grauius est, sine nomine autoris imprimunt, alibi etiam impressos libros huiusmodi temere venales habent, decernit, & statuit, vt posthac sacra Scriptura, potissimum verò hæc ipsa vetus, & vulgata editio quã emẽdatissimè imprimatur, nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quosuis libros de rebus sacris sine nomine autoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati, probatique fuerint ab Ordinario, subpœna anathematis, & pecuniæ, in canone Concilij nouissimi Lateranensis e apposita. Et si Regulares fuerint, f vltra examinationem, & probationẽ huiusmodi, licentiam quoque à suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, iuxta formam suarum ordinationum. Qui autem scripto eos cõmunicant, vel euulgant, g nisi antea examinati, probatique fuerint eiusdem pœnis subiaceant, quibus impressores, & qui eos habuerint, vel legerint, nisi prodiderint autores pro autoribus habeantur. Ipsa verò huiusmodi librorum probatio in scriptis detur, atque ideò in fronte libri, vel scripti, vel impressi, authentice appareat, idque totum, hoc est, & probatio, & examen, gratis fiat, vt probanda probentur, & reprobetur improbanda.

SVPER CAPVT V.

e ¶ *Concilij nouissimi Lateranen sis.* Videlicet sub Leo. X. sessio. 10. de impressione librorum.

f ¶ *Et si Regulares fuerint.* Declara. Cardina. Congregatio censuit, idem in concionibus obseruandum, etiã si concionatores ab Ordinario fuerint approbati.

g ¶ *Qui autem scripto eos communicant, vel euulgant.* Decl. Cardin. Et electiones, annotationes, conciones, & alia similia, nec non tractatus permanentes tùm ad deuotionem, tùm ad quietationem cõscientiarum, stimulationem fratrum, & cætera huiusmodi, quæ sibi inuicem communicant fratres.

Eadem sessione quarta, 2. decret.

Impium est verba sacræ scripturæ ad prophana conuertere. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Temeritatem illam reprimere volens sancta Synodus, qua ad profana quæque conuertuntur, & torquẽtur verba, & sentẽtiæ ipsæ Scripturę, ad scurrilia, scilicet fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias, & diabolicas incãtationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos, mãdat, & præcipit ad tollendã huiusmodi irreuerẽtiã, & cõtemptũ, ne de cętero quisquã quomodolibet verba Scripturæ sacræ, adhęc & similia audeat vsurpare, vt omnes huius generis homines temeratores, & violatores, verbi Dei, iuris, & arbitrij pœnis per Episcopos coerceantur.

Item sessione decima octaua.

Committitur nonnullis patribus, vt librorum pernicioſorum indicem edant, ac editum ad Synodum referant. Hoc dicit.

CAPVT VII.

Cum omnium primum sancta Synodus animaduerterit, hoc tempore suspectorum; ac pernicioſorum librorum, quibus doctrina impura continetur, longè latèque diffunditur, numerum nimis excreuisse, quod quidem incausa fuit, vt multæ censuræ in varijs prouincijs, & præsertim in alma vrbe Roma pio quodam zelo editæ fuerint, nec tamen huic tam magno, ac pernicioso morbo salutarem vllam profuisse medicinam, censuit, vt delecti ad hãc disquisitionẽ Patres decensuris, libriſque quid facto opus esset, diligẽter considerarent, atque etiam ad eandem sanctam Synodum suo

ſuo tempore referrent: quo facilius ipſa poſsit varias & peregrinas doctrinas tãquam zizaniam *h* à Chriſtianæ veritatis tritico ſeparare, deque his cõmodiùs deliberare, & ſtatuere, quæ ad ſcrupulum ex complurium animis eximendum, & tollendas multarum querelarum cauſas, magis opportuna videbũtur. Hæc autem omnia ad notitiam quorumcunque deducta eſſe vult, prout etiam præſenti decreto deducit, vt ſi quis ad ſe pertinere aliquo modo putauerit, quæ vel de hoc librorũ & cenſurarum negotio, vel de alijs, quæ in hoc Generali Concilio tractanda prædixit, non dubitet à ſancta Synodo ſe benignè auditum iri.

SVPER CAPVT VII.

h ¶ *Tanquam zizaniam*. Concordat Scriptura Matth. 13. & text. in cap. ita nos. 25. q. 2.

Item ſeſsione vigeſima quinta, de refor. circa fin.

Index librorum pernicioſorum Catechiſmus, Miſſale, & Breuiariũ debent Papæ exhiberi & eius autoritate euulgari. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Sacroſancta Synodus in ſecunda ſeſsione ſub ſanctiſsimo Domino noſtro Pio IIII. celebrata, *i* delectis quibuſdam patribus commiſit, vt de varijs cenſuris, ac libris, vel ſuſpectis, vel pernicioſis, quid facto opus eſſet, conſiderarent, atque ad ipſam Synodũ referrent, audiens nũc, huic operi ab eis extremã manũ impoſitam eſſe: nec tamen ob librorũ varietatem, & multitudinem diſtincte, & commodè poſsit à ſancta Synodo dijudicari: præcipit, vt quidquid ab illis præſtitum eſt Sanctiſsimo Romano Pontifici exhibeatur; vt eius iudicio, atque autoritate terminetur, & euulgetur. Idemque de Catechiſmo *k* à Patribus, quibus illud mandatum fuerat, & de Miſſali, *l* & Breuiario fieri mandat.

SVPER CAPVT VIII.

i ¶ *Pio IIII. celebrata*. Cuius decretum refertur in capite præcedenti.

k ¶ *Idemq; de Catechiſmo*. Concordat cap. fi. inf. de Sacra.

l ¶ *Et de Miſſali* Declar. Card. Pius Quintus in Bulla poſita in Miſſali Romano, ex decreto Cõcilij Tridentini à ſe reſtituto, ſuſtulit omnes alias cæremonias, preces & ritus ex alijs Miſſalibus quamtumuis vetuſtis hactenus obſeruari, conſuetis, derogans cõ ſue-

ſuetudini etiam immemorabili. Celebrantes cum alio Miſſali quam cum hoc reformato, qui alias ex dicta Bulla tenentur, incurrunt in peccatum mortale, ſi ſcienter, & abſque iuſta cauſa id faciant.

De conſtitutionibus à Cõcilijs edendis.

TITVLVS SECVNDVS.

In ſeſsione prima Concil. Trident.

Scribitur finis & ſcopus Concilij Tridentini. Hoc dicit.

CAPVT I.

Placet ne vobis, ad laudem & gloriam ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ad incrementum, & exaltationem fidei, & religionis Chriſtianæ, ad extirpationẽ hæreſum, ad pacem & vnionem Eccleſiæ, ad reformationem cleri & populi Chriſtiani, ad depreſſionem, & extinctionẽ hoſtium Chriſtiani nominis decernere, & declarare, ſacrũ Tridentinum & generale Concilium incipere; & inceptum eſſe? Reſponderunt, placet.

Item ſeſsione ſecunda.

Orationibus, & alijs bonis operibus inſtare debent hi, q ui ad Concilia celebranda congregantur. Hoc dicit.

CAPVT II.

Sacroſancta Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, in ea præſidentibus eiſdem tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis, agnoſcens cum B. Iacobo Apoſtolo, quòd omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum, qui ijs, qui poſtulant à ſe ſapientiam, dat omnibus affluenter, & non improperat eis, & ſimul ſciens, quòd initium ſapientię eſt timor Domini ſtatuit, & decreuit, omnes & ſingulos Chriſti fideles, in ciuitate Tridentina congregatos, exhortandos eſſe, prout exhortatur vt ſe à malis, & peccatis hactenus commiſsis emendare, ac de cætero in timore Domini ambulare, & deſideria carnis non perficere orationibus inſtare, ſæpius confiteri, Euchariſtiæ Sacramentum ſumere, Eccleſias frequentare, præcepta denique Dominica, quantum quiſque poterit, adimplere, necnon quotidie pro pace principum Chriſtianorum, & vnitate Eccleſiæ priuare velint:

Epiſ

Episcopos verò & quoscunque alios, in ordine sacerdotali constitutos, œcumenicum Concilium in ea ciuitate concelebrantes, vt assidue in Dei laudibus incumbere, hostias, laudes, & preces offerre, sacrificium Missæ quolibet saltim die Dominico, in quo Deus lucem condidit, & à mortuis resurrexit, ac Spiritum sanctũ in Discipulos infudit, peragere satagunt, facientes, sicut idem Spiritus sanctus per Apostolos præcipit, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro sanctissimo Domino nostro Papa, pro Imperatore, pro Regibus, & cæteris, qui in sublimitate constituti sunt, & pro omnibus hominibus: vt quietam & tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur, vt ieiunent saltem singulis sextis ferijs, in memoriam Passionis Domini, & eleemosynas pauperibus erogent: in Ecclesia autem Cathedrali singulis quintis ferijs celebretur Missa de Spiritu sancto, cum Letanijs, & alis Orationibus ad hoc sacrum ministerium institutis: in alijs verò Ecclesijs eadem die dicantur ad minus Litaniæ, & Orationes, tempore autem, quo sacra peraguntur collocutiones, & confabulationes, non fiant, sed ore, & animo celebranti assistatur.

Eadem sessione secunda.

Assistentes in Concilijs tenentur sedulo cogitare, quibus vijs Synodi intentio dirigi possit. Hoc dicit.

CAPVT III.

Cum sacrosancti Cõcilij præcipua cura, a solicitudo, & intentio sit, vt propulsatis hæresum tenebris, quæ per tot annos operuerunt terram, Catholicæ veritatis lux, IESV Christo, qui vera lux est, b annuente, candor puritasque refulgeat, & ea, quæ reformatione egent, reformentur, ipsa Synodus hortatur omnes Catholicos, hic congregatos, & congregandos, atque eos præsertim, qui sacrorum literarum peritiam habent, vt sedula meditatione diligenter secum ipsi cogitent, quibus potissimum vijs, & modis ipsius Synodi intentio dirigi, & optatum effectum sortiri possit, quo maturiùs, & consultius damnari damnanda, & probanda probari queant: vt per totum orbem omnes vno ore, & eadem fidei confessione glorificent Deum, & Patrẽ Domini nostri IESV Christi.

De Constitutionibus.

SVPER CAPVT III.

a ¶ *Præcipua cura.* Concordat cap. sacrosancta inf. eod.

b ¶ *Qui vera luxest.* Concor. illud Ioan. 1. *Erat lux vera.* & ex tex. in cap. cum ex iuncto de hæret.

Item sessione decima septima.

Præcipua intentio Concilij Tridentini hæc est, vt veram fidem, vbi iniquitate est, restituat, & mores hominum componat. Hoc dicit, cum sequenti.

CAPVT IIII.

Placet vobis ad laudem, & gloriam sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ad incrementum, & exaltationem fidei, & Religionis Christianæ, sacrum œcumenicum, & generale Concilium Tridentinum, in Spiritu sancto legitimè congregatum, ab hodierno die, sublata quacunque suspensione, iuxta formam, & tenorem literarum sanctissimi Domini nostri Pij IIII. Ponti. Max. celebrari, & in eo, ea debito seruato ordine tractari, quæ, proponentibus Legatis, *c* ac præsidentibus ad horum temporum leuandas calamitates, sedandas de religione controuersias, coercendas linguas dolosas, deprauatorum morum abusus corrigendos, Ecclesiæ veram, atque Christianam pacem conciliandam apta, & idonea, ipsi sanctæ Synodo videbūtur? Responderunt, placet.

SVPER CAPVT IIII.

c ¶ *Proponentibus Legatis.* Concordat cap. vnicum. inf. de verb. significat.

Item sessione decima octaua.

Sumatur sicut præcedens.

CAPVT V.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, non humanis, quidem viribus cōfisa, sed Domini nostri IESV Christi, qui os & sapientiam *d* Ecclesiæ suæ daturum se promisit, ope & auxilio freta, illud præcipuè cogitat vt Catholicæ fidei doctrinam, multorum inter se dissidentium opinionibus, pluribus locis inquinatam, & obscuratam, in suam puritatem, & splendorem

rem aliquando restituat, & mores qui à veteri instituto deflexerũt, ad meliorẽ vitę rationem reuocet corque Patrum ad filios, *e* & cor filiorum ad patres conuertat.

SVPER CAPVT V.

d ¶ *Os & sapientiam.* Concordat illud, quod habetur Luc. 21. *Dabo vobis os & sapientiam.*

e ¶ *Corque patrum ad filios.* Concordat illud Malach. 4. *Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.* Et illud Luc. 1. *Vt conuertat corda patrum in filios.*

Item sessione vigesima quarta c. 2. de reform.

Præcipiuntur celebrari Concilia Prouincilia. Hæc dicit.

CAPVT VI.

Prouincialia Concilia, *f* sicubi omissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controuersijs componendis, alijsque ex sacris Canonibus permissis renouentur. ¶ Quare Metropolitani *h* per se ipsos, seu illis legitimè impeditis, eo Episcopus antiquior *i* intra annum ad minus à fine præsentis Concilij, & deinde quolibet saltẽ triennio *k* post octauam Paschæ Resurrectionis Domini nostri IESV Christi, seu alio commodiori tempore, pro more Prouinciæ non prætermittant Synodum in Prouincia sua *l* cogere: quo Episcopi omnes, & alij, qui de iure vel consuetudine interesse debent exceptis his, quibus cum imminenti periculo transfretandum esset, conuenire omninò teneantur. Nec Episcopi *m* Comprouinciales prætextu cuiuslibet consuetudinis ad Metropolitanam Ecclesiam in posterum accedere inuiti compellantur.

SVPER CAPVT VI.

f Prouincialia Cõcilia. Decis. Cardin. 133. Congregatio Concilij censuit, electionem Synodi Prouincialis factam à prædecessore, ligare etiam successorem. Item decis. Card. 154. Congregatio Concilij sæpiùs declarauit, in Cõcilij Prouincialibus attendendũ esse in præeminẽtia Episcoporũ tẽpus ordinationis, non autem dignitatem Ecclesiarum, vel earum ordinem, & præeminentiam. Itẽ Commendatarios Monasteriorum, siue Abbatiarum Concilijs Prouincialibus inter Abbates esse recipiẽdos, eisque Canonicos Cathedralis esse præferendos, quando capitulariter procedunt, sed extrà hunc casum Abbates titulares, vel habentes vsum mitræ

træ debere præcedere Cõmendatarios, poſt hos locũ obtinere Dignitates, & poſt Dignitates collocandos eſſe Procuratores Eccleſiarũ Cathedralium. Itẽ non teneri venire ad Cõc. Prouinciale, alios exẽptos, quàm eos, qui de iure, vel conſuetudine intereſſe debẽt ſed capitula Eccleſiarum Cathedralium particulariter eſſe inuitanda. Præterea ad obſeruationẽ decretorum Concilij Prouincialis omnes eſſe obligatos, qui Epiſcopali iuriſdictioni ſubduntur, atque item exemptos in caſibus, in quibus à iure communi, & Concilij decretis ſpecialiter Epiſcopis, aut Concilio Prouinciali in ipſos poteſtas tributa eſt, contrà inobedientes autem iuris remedijs eſſe procedendum. Item Abbates Commendatarios capitulorum deputatos, vocem dumtaxat conſultatiuã in Concilio Prouinciali habere: Epiſcoporum vero Procuratores poſſe deciſiuã habere in Concilio prouinciali, placuerit, cæterũ latos, qui inuitari ad Synodũ Prouincialẽ intereſſe poſſunt, in ea votũ dũtaxat conſultiuum habere. Item deciſ. Cardin. 167. Congregatio Concilij cenſuit, capitula Collegiatarum, quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentia ad Synodum Prouincialẽ eſſe vocanda.

g *Ex ſacris Canonibus permiſſis renouentur.* Concordat tex. in capite propter Eccleſiaſticos cum ſequentibus. 18. diſt. cap. ſicut olim. de cauſa. Concilio III. Aurelianen. cap. 1. & Concil. Later. ſub Leo. X. ſeſſione 10.

h ¶ *Quare Metropolitani.* Declar. Cardin. Metropolitani negligentes conuocare Concilium Prouinciale à Summo Pontifice excitantur. Metropolitanus, qui ex aliqua cauſa Concilium hoc ad præſcriptum tempus celebrare non poteſt, à Summo Pontifice ſolet celebrari.

i ¶ *Epiſcopus antiquior.* Declar. Card. Suffraganeus antiquior Metropolitano impedito debet conuocare Concilium Prouinciale, & in cæteris vice dicti Metropolitani fungi, prout decerni tur hoc cap. & non Epiſcopus, qui non eſt ſuffraganeus, ſed exẽptus, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubiectus. licet in Concilio Prouinciali per Metropolitanũ, dum viueret celebrato, iuxta formam huius cap. elegerit dictum Metropolitanum, cuius Synodo intereſſet etiam ſi in omnibus dicti Metropolitani ſuffraganeꝰ antiquior eſſet, ac in Concilio Prouinciali ſuper omnes dictos ſuffraganeos ſederet.

k ¶ *Quodlibet ſaltem triennio.* Declar. Cardin. In India ob diſtantiam Epiſcoporum Cõprouincialium hoc triennij tempus ad Concilium celebrandum vſque

que ad sextum annum â Sede Apostolica prorogatur.

l ¶ *Synodũ in Prouincia sua.* Declarat. Cardina. Et ad Archiepiscopum spectat electio loci celebrandæ Synodi Prouincialis, tamen cessantibus impedimentis iustis, & accedentibus commoditatibus necessarijs, probauit Congregatio Concilij Metropolitanam Ecclesiam non esse relinquendam. Decreta, quæ in Concilijs Prouincialibus conduntur, publicari non debent inconsultò Romano Pontifice mittentes autem ad Sedem Apostolicam diœcesanas Synodos laudandi sunt. In Concilijs Prouincialibus attendendum est, in præsentia Episcoporum tempus ordinationis, non autem dignitas Ecclesiarum, vel earum ordo, & præeminentia. Commendatarij Monasterio rum, siue Abbatiarum in Concilijs. Prouincialibus inter Abbates sunt recipiendi. Canonici Cathedralis. Ecclesiæ præferendi sunt quando capitulariter proce dunt, extra hunc casum Abbates titulares habentes vsum Mitræ debent præcedere Commendata rios, post hos locum habent Dignitates, & post Dignitates collocandi sunt Procuratores Ecclesiarum Cathedralium, nec tenentur venire ad Concilium Prouinciale exempti, & Abbates eorum, nec ij, qui de iure, vel consuetudine interesse non debent, capitula tamen Cathedralium Ecclesiarium spiritualiter inuitando, & ad obseruationem decreto rum Concilij Prouincialis omnes sunt obligati, qui Episcoporum iurisdictioni subduntur, exẽpti etiam in casibus à iure communi, & Concilij Tridentini decretis specialiter Episcopis, aut Concilio Prouinciali in ipso po testas tributa est, & contra inobedientes iuris remedijs procedendum.

m ¶ *Nec Episcopi.* Declar. Car. Episcopi Prouinciales non tenẽtur accedere ad suum Metropolitanum, nisi vt intersint Synodo Prouinciali, non obstante aliqua in contrarium consuetudine. Episcopi Comprouinciales ex decreto huius cap. non tenentur, nec personaliter accedere, nec procuratorem mittere ad præstandam obedientiam Metropolitano suo, nullaque consuetudo etiã immemorabilis obstat. Abbates Commendatarij capitulorum deputati vocem dumtaxat consultiuam in Concilio Prouincia li habent: Episcoporũ Procuratores possunt etiam decisiuam habere, si Cõcilio Prouinciali placuerit.

Eadem sessione vigesima quarta cap. 2. de reform.

Episcopi nullius Metropolis ad Concilia Prouincialia etiam tenentur accedere. Hoc dicit.

CAPVT VII.

Episcopi, *n* qui nulli Archiepiscopo subijciuntur *o* aliquē vicinum Metropolitatum *p* semel eligant : in cuius Synodo Prouinciali cū alijs interesse debeāt: *q* & quæ ibi ordinata fuerint, obseruent, ac obseruari faciant. In reliquis omnibus eorum exemptio, & priuilegia salua, atque integra maneant.

SVPER CAPVT VII.

n ¶ *Episcopus.* Declar. Cardin. Non solum etiam Episcopi exēpti tenentur eligere, vt in hoc decreto, verum etiam Prælati inferiores, qui hanc electionem liberam habent, licet eorum capitula contradicerent; quæ capitula tenentur ad eandem obseruantiam decretorum in Concilio Prouinciali conditorum, sicut ipsi Prælati eligentes.

o ¶ *Qui nulli Archiepiscopo subijciuntur.* Declar. Cardin. Hoc decretum non habet locum in Episcopis, qui sunt in Prouincia Romana, veluti, qui sunt inter Capuanam Prouinciam, & Pisanā. c. tua. de officio vic. & clarius habetur, qui sint in prouinciali in Camera Apostolica.

p ¶ *Vicinum Metropolitanum.* Declar. Card. Quem solus Episcopus, & alij superiores Ecclesiarum absque consensu capituli & Cleri, imò ipsis contradicentibus & aliam electionem facientibus eligere possunt. Episcopus exemptus, qui Metropolitanum vicinum semel elegit, & eius Prouinciali Synodo interfit, non potest ab eodem Metropolitano compelli, nec cogi ad constitutiones in ea Synodo editas obseruandas. Sic Congregatio censuit, & hoc ratione exemptionis : nam Concilium loquitur tantùm de interessentia, in reliquis verò seruat exemptionem Metropolitanorum, semel eligant, &c. Et talis electio ligat successores. Electio semel facta ab Episcopo exempto Metropolitani, & ad eius Synodum conueniat, ligat successores, similiterque ligat successores electio facta à Prælatis nullius diœcesis non visitantibus. Prouincialem Synodum semel eligens Episcopus exemptus ad illam in futurum semper accedere tenetur, sub eisdem pœnis, & ac si exemptus non esset. Archipresbyter nullius diœcesis potest Archiepiscopū aliquē in Metropolitanū eligere, atq; eius Synodo Prouinciali se subijcere nō obstāte cōtradictione cleri dicti Archipresbyteratus. Capitula etiam exēpta tenentur obseruare decre-

decreta in Synodo Prouinciali facta. a

t ¶ *In cuius Synodo Prouinciali cũ alijs interesse debeãt.* Decl. Car. Cũ aliqua capitula prætẽdãt esse exẽpta, & immediatè Sedi Apostolicæ subiecta, & quod eorũ Episcopi priuilegio nõ gaudeant, sed subsint suis Metropolitanis: an sicut Episcopus exemptus tenetur semel eligere Metropolitanum, eiusque Concilijs Prouincialibus interesse, ac decreta in illis condita obseruare, idẽ dicẽdũ sit de istis capitulis exemptis, scilicet vt decreta illius Prouincialis Cõcilij, cui interfuit illorũ Episcopus non exemptus, obseruare debeant? S. D. N. etiam ex sententia Congregationis, declarauit, ita debere obseruari.

Eadem sessione vigesima quarta, cap. 2. de refor.

Præcipiũtur celebrari Synodi diœcesanæ. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Synodi diœcesanæ *r* quot annis celebrentur: *s* ad quas exemti, etiã omnes, *t* qui aliàs, cessante exemptione, interesse deberẽt *u* nec capitulis generalibus subduntur accedere teneantur, *a* ratione tamen parochialiũ, aut aliarũ secularium Ecclesiarũ, etiã annexarum, debeant ij, qui illarum curam gerunt, *b* quicunq; illi sunt Synodo interesse. Quod si in his, tã Metropolitani, quã Episcopi, & alij suprascripti negligentes fuerint, pœnas sacris Canonibus sancitas *c* incurrant.

SVPER CAPVT VIII.

r ¶ *Synodi diœcesanæ.* Declar. Card. Episcopi, qui sunt in Prouincia Papæ tenentur suas Synodos facere, sint autem accersentur Romam ad celebrandum Cõcilium Prouinciale.

s ¶ *Quot annis celebrentur.* Declarat Cardinal. Episcopus legitimis de causis impeditus potest celebrari facere Synodum diœcesanam in eius Episcopatu per procuratorem, aut Vicarium suum generalem, cum sufficienti mandato, cum Concilium loquatur impersonaliter. Et in constitutionibus faciendis non est requirendus consensus capituli, sed non necessariò sequendus, præterquam in cæteris casibus iure ex præsis. ¶ Scribantur literæ Archiepiscopo Panormitano de Synodo: vt ne coniunctim cum alijs Episcopis, sed vnusquisque separatim suam celebret Synodum, ex Cõcilij Tridentini decreto. ¶ Licet in Põtificali Romano legatur, quòd cõstitutiones, quæ in Synodis fiũt

per verbum, placet, approbari debeant, hoc tamen non procedit in Synodo diœcesana, in qua Cõcilium capituli requirendum est, non autem est necessarium illud sequi, nisi quibusdam casibus à iure expressis.

t ¶ *Ad quas exemti etiam omnes* Declar. Card. Etiam Rectores, qui nullius diœcesi sunt, tenentur accedere ad Synodum diœcesanam illius Episcopi, qui tanquam proximior potest eas Ecclesias visitare ex decreto Cõcilij præsentis sess. cap 9. quia cum ius habeat visitandi illos parochos, frustrà videretur visitare, nisi prius ad Synodum vocati & instructi essent, eorum ordinum, quos scire eos oportet; aliqui tamen dixerunt, quòd d. c. 9 infrà tribuit tãtùm ius visitandi quod est longè diuersum à iure cogendi ad Synodum. Exempti etiam omnes ad Synodum diœcesanam venire debent, si exemptione cessante interesse deberent & capitulis generalibus subditi non sunt, & quòd de diœcesi nõ sint. Ratione tamen parochialiũ obtinentes beneficiũ in vna diœcesi, vel ciuitate, cum tamen ipsi in alia habitent, tenentur ad Synodum diœcesanam illius Episcopi accedere cui subiecti sunt eiusque leges obseruare.

u ¶ *Interesse deberent*. Concordat, Conc. Tarracon. c. 8.

a ¶ *Accedere teneantur*. Decis. Cardin. 65. Congregatio Concilij censuit, Canonicum in sacris nothum, in Synodo vti Canonicum votum habere non posse. Item decis. Card. 118. Congregatio Concilij censuit, Regulares, qui subduntur capitulis generalibus non posse cogi ab Episcopo ad interessendum Synodo, nisi tantum in casu expresso. c. 2. sess. 24 de ref. Itè decis. Card. 191. Congregatio Concilij censuit, Episcopum in Synodo diœcesana posse constitutiones facere absque consensu, & approbatione cleri, debere tamen cum exquirere Concilium capituli, licet illud non teneatur sequi, nisi in quibusdam casibus à iure expressis. Itẽ decis. Cardin. 226. Congregatio Concilij censuit, exercentes curam animarum, & in parochialibus Hierosolymitanæ Relgionis teneri accedere ad Congregationes, quæ iussu Episcopi ad casus conscientiæ differendos habentur.

b ¶ *Qui illarum curam gerunt*. Declar. Card. etiam si institutio, vel nominatio ad illos pertineret.

c ¶ *Sacris Canonibus sancitas*. Concordat dist. 18. ferè per totam, & Conc. V. Aurel. c. 18. Cõcili. Tarracon. c 7.

Ex-

Eadem sessione vigesimaquarta, cap. 12. de refor.

Synodus Prouincialis debet præscribere, quæ ad diuinorum officiorum celebrationẽ spectant. Hoc dicit

CAPVT IX.

Quæ ad debitum in diuinis officijs *d* regimen spectant, deque congrua in his canendi, seu modulandi ratione, de certa lege in choro conueniendi, & permanendi, simulq; de omnibus Ecclesiæ ministris, *e* quæ necessaria erunt, & si qua huiusmodi, Synodus Prouincialis, procuiusq; Prouinciæ vtilitate, & moribus, certam cuique formulam præscribet. Interea verò *f* Episcopus nõ minus, quam cum duobus Canonicis, quorum vnus ab Episcopo alter à capitulo eligatur, in ijs, quæ expedire videbuntur, poterit prouidere.

SVPER CAPVT IX.

d ¶ *Quæ ad debitum in diuinis officijs.* Declar. Card. Improbatur illa consuetudo non posse aliquẽ in sua Ecclesia campanas pulsare antequam Cathedralis Ecclesiæ pulsentur perinde omnes possunt horis tamen debitis suas cãpanas pulsare. Pariter improbatur non posse alios Missas in suis Ecclesijs celebrare, donec fuerit decantatum Præfatium Missæ maioris in Cathedrali. Similiter non posse Regulares extra eorum claustra per eorum Ecclesiæ districtum facere processiones. De certa lege in choro conueniendi, & permanendi pũctator debet esse clericus in sacris constitutus, secundùm decretũ Concilij Prouincialis Compostel. &c. Prouisi per S.D.N. sub dato Romæ apud sanctum Petrũ die 17. Octobris. 1568. anno 2. vel alia veriori data. Quòverò ad residentiam obseruetur decretum Concilij de residentia nouẽ mensium, & si aliquod statutum in contrarium sit factum, sit irritum & nullum, ac liti, & causæ cõmissiæ in Rota, vel alibi, cedatur quoad hoc capit. ¶ Quoad remissionem, quam faciunt indie cœnæ Domini, seu alio de portionibus alijs accrescentibus, ob non residentiam non fiat, & facta reuocatur. ¶ Præsupposita immemorabili consuetudine: quæ allegatur pro parte capituli, quod deputatio punctatoris pertinet ad capitulum, nihil innouetur alias remaneat in dispositione iuris communis.

e ¶ *De omnibus Ecclesiæ ministris.* Declar. Card. Quæsitum fuit, an celebranti Canonico, Diaconus, & Subdiaconus Canonico celebrare debeant? Respon-

ſum fuit à ſacra Congregatione hoc in Prouinciali Synodo ſtatuendum eſſe: interim verò nihil innouandum vltrà Concilium, quia Conciliũ nihil determinat.

f ¶ *Interea verò Epiſcopus.* Declar. Cardin. Canonici, & beneficiati debent dare notam, & copiã authenticam, omnium beneficiorum, quæ ad dictos canonicatus, & beneficia pertinent cum capitulo, vt eas reponere, & eas ſeruare poſſent in archiuo.

Item ſeſsione vigeſima quinta, cap. 2. de refor.

Præfecti maioribus Eccleſijs debent iuramentum fidei in Concilio Prouinciali præſtare: reliqui verò beneficia Eccleſiaſtica habituri id ipſum perficere tenentur in Synodo diœceſana. Hoc dicit.

CAPVT X.

Cogit temporum calamitas, & inualeſcentium hęreſum malitia, vt nihil ſit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem; & Catholicæ fidei præſidium videatur poſſe pertinere. Præcipit igitur ſancta Synodus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & omnibus alijs, qui de iure, vel conſuetudine in Concilio Prouinciali intereſſe debent, vt in ipſa prima Synodo Prouinciali, poſt finem præſentis Concilij habenda, ea omnia & ſingula, quæ ab hac ſancta Synodo diffinita, & ſtatuta ſunt, palã recipiant, necnon verã obedientiam Summo Romano Pontifici ſpondeant, & profiteãtur, ſimulque hæreſes omnes, à ſacris Canonibus, & generalibus Concilijs, præſertimque ab hac eadem Synodo damnatas publicè d'teſtentur, g & anathematizent. Idemque in poſterum quicunque in Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopoſque promouendi, in prima Synodo Prouinciali, in qua ipſi inter fuerint omninò obſeruent. Quod ſi quis ex ſupra dictis omnibus (quod abſit) renuerit, Epiſcopi Comprouinciales ſtatim Summum Romanum Pontificem admonere ſub pœna diuinæ indignationis teneantur interimque ab eiuſdem communione abſtineant. Cæteri verò omnes, ſiue in præſenti, ſiue in futurum beneficia Eccleſiaſtica habituri, & qui in Synodo diœceſana conuenire debẽt: idem vt ſupra in ea Synodo quo primo quoque tẽpore celebrabitur, faciãt, & obſeruent aliàs ſecũdum formam ſacrorum canonum puniantur.

§ V.

SVPER CAPVT X.

g ¶ *Publicè detestentur.* Concordat tex. in c. sicut, c. excommunicamus in 2. de hæred. c. 2. de Sūma Trin.

Iem sessione vigesima quinta, cap. 21. de reform.

Constitutiones Conciliorū subijacent auctoritati Sedis Apostolicæ. Hoc dicit.

CAPVT XI.

Sancta Synodus omnia & singula, sub quibuscunque clausulis & verbis, quæ de morū reformatione, atque Ecclesiastica disciplina, tam sub fœlic. record. Paulo III. & Iulio III. quàm sub Beatissimo Pio IIII. Pontificibus Maximis, in hoc sacro Concilio statuta sunt, declarat, ita decreta fuisse, vt in his salua semper autoritas Sedis Apostolicæ, & sit, & esse intelligatur.

Eadem sessione vigesima quinta, de reform. circa. fin.

Principes omnes tenentur operā suam præstare, vt huius Concilij decreta ab omnibus obseruentur. Hoc dicit.

CAPVT XII.

Tanta fuit illorum temporum calamitas, & hæreticorum inuecta malitia, vt nihil tam clarum in fide nostra asserenda vnquam fuerit, aut tam certò statutū, quod non humani generis hoste suadēte, illi errore aliquo cōtaminauerint, ea ꝓpter sancta Synodus id potissimum curauit, vtpręcipuos hæreticorum nostri temporis errores damnaret, & anathematizaret, veranque, & Catholicam doctrinam traderet, & doceret, prout damnauit, anathematizauit, & definiuit. Cumque tam diù tot Episcopi, ex varijs Christiani Orbis Prouinciijs vocati, sine magna gregis sibi cōmissi iactura, & vniuersali periculo ab Ecclesijs abesse non possint, nec vlla spes restet, hæreticos, toties, fide etiam publica, quam desiderarunt inuitatos, & tamdiù spectatos, huc amplius aduēturos: ideò que tandem huic sacro Concilio finem imponere necesse sit, superest nunc, vt Principes omnes (quod facit) in Domino maneat, ad operam suam ita præstā dam, vt quæ ab ea decreta sunt ab hæreticis deprauari, aut violari, non permittant: sed ab his, & omnibus deuotè recipiantur, & fideliter obseruentur.

Eadem sessione vigesima quinta, de refor. circa fin.

In declarandas decretis huius Cõcilij recurrẽdum est ad Summum Põtificem. Hoc dicit.

CAPVT XIII.

SI in recipiendis decretis huius sanctæ Synodi aliqua difficultas oriatur, *b* aut aliqua inciderint, quæ declarationem, quodnõ credit, aut diffinitionem postulent, præter alia remedia in hoc Concilio instituta, confidit sancta Synodus Beatissimum Romanum Pontificem curaturum, vt vel euocatis ex illis præsertim Prouincijs, vnde difficultas orta fuerit, ijs, quos eidem negotio tractando viderit expedire, vel etiam Concilij generalis celebratione, si necessarium iudicauerit, vel commodiori quacunque ratione ei visum fuerit, prouinciatum necessitatibus, pro Dei gloria, & Ecclesiæ tranquillitate consulatur.

SVPER CAPVT XIII.

b ¶ *Aliqua difficultas oriatur.* Declar. Cardin. Causis grauibus, quæ committuntur in Rota, opponitur hæc clausula, quæ causa Salmanticẽsi prius oppositа fuit, scilicèt committatur in Rota, cũ facultate inhibendi: præuia tamẽ matura causæ cognitione, & decretis Concilij in hac parte editis diligenter prius consideratis, & discussis in Rota. Decreta & literæ Congregationis Cõcilij semotis litibus sunt executioni demãdãdæ, nec super his sententiæ, nec decretũ aliquod est faciendũ. S. D. N. Gregorius XIII. reducit ad terminos decretorum Concilij, eas tantùm materias, de quibus Concilium disposuit: eas autem, de quibus Concilium nihil decreuit, reliquit in terminis, in quibus erant ante Concilium, & ideò si qua ipsis Regularibus priuilegia eo tempore indulta fuerunt, quæ decretis Concilij non aduersantur, sanctitas sua non sustulit. ¶ In vna Piscien si Rota auocauit ad se quasi possessionem, apposuit præpositus, qui cum Abbate de Florentia litigabat super iure visitationis de decreto Concilij capite octauo, sessione vigesima prima. Sacra Congregatio consulta, respondit, licuisse Rotæ auocare sibi quasi possessionem, eo posse procedere in causa ad vlteriora: cùm verò agatur de interpretandis Concilij decretis, tûm demum Congregatio consulta respondit. ¶ Cùm dicitur ante publicationem Concilij non intelligitur

tur in aliqua particulari diœceſii, ſed ante Kal. Maij. 1564. ſecundum declarationem Pij IIII. S.D.N.Gregorius XIII. voluit, illas tantũ declarationes Pij Quarti ſaluas eſſe de quibus literę Apoſtolicæ iam expeditæ, vel ſuplicatione ſignatæ, & regiſtratæ fuerunt. Epiſcopo Leodienſi, qui quæ ſiuit, an publicatio Concilij Tridentini facta in vrbe, ligetLeodienſes, vbi nec hodie per Epiſcopum publicatum fuit? Reſpondet Congregatio, ligare.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta, de refor. circa fin.

Ad Summũ Pontificem ſpectat Conciliorum decreta cõfirmare. Hoc dicit.

CAPVT XIIII.

Illuſtriſsimi Domini, Reuerendiſsimiq́ue Patres, placet ne vobis, vt ad laudem Dei omnipotentis, huic ſacræ œcumenicę Synodo finis imponatur? Et omniũ & ſingulorum, quæ tam ſub fœlic. record. Paulo III. & Iulio III. quam ſuo ſanctiſsimo Domino noſtro Pio Quarto. Romanis Pontificibus, in ea decreta, & diffinita ſunt, *i* confirmatio nomine ſanctæ huius Synodi per Apoſtolicæ Sedis Legatos, & Præſidentes à Beatiſsimo Romano Pontifice petatur? Reſpõderunt, placet.

SVPER CAPVT XIIII.

i ¶ *Et diffinita ſunt.* Concordat Gelaſius Papa, Concilio Chalced. & Pelagius Papa in 2. epiſt. decreta. & Marcel. in epiſt. decret. ad Epiſcopos Antioch. Prouinciæ, & Concil. Chalced. actio. 3. & Nicol. I. apud Gratia. in c. 51. Romanorum. 19. diſt.

De omnibus ad Conciliũ inuitandis ſub fide publica, ſiue ſaluo conducto.

TITVLVS TERTIVS.

In ſeſsione decima tertia Conc. Trid. circa fin.

Prorogatur definitio quatuor articulorum de Sacramento Euchariſtiæ, eo. quod proteſtãtes ſuper his audiri cupiunt. Hoc dicit.

CAPVT I.

SANCTA Synodus errores omnes, qui ſuper ſanctiſsimo

Eucharistiæ Sacramento repullularunt, tanquam vepres ex agro Dominico euellere, ac omnium fidelium saluti prospicere cupiēs quotidianis precibus Deo Omnipotenti piè oblatis, inter alios ad hoc Sacramentum pertinentes articulos, diligentissima veritatis Catholicæ inquisitione tractatos, plurimis, ac curatissimisque pro rerum grauitate disputationibus habitis, cognitis quoque præstantissimorum Theologorum sententijs, hos etiam tractabat, an necessarium sit ad salutem & diuino iure præceptum, vt singuli Christi fideles sub vtraque specie ipsum venerabile Sacramentum accipiant. Et, non minus sumat, qui sub altera, quàm qui sub vtraque communicat. Et an errauerit sancta mater Ecclesia, laicos, & non celebrantes Sacerdotes, sub panis specie dumtaxat communicādo. Et, an paruuli etiam communicandi sint. Sed quoniā ex nobilissima Germaniæ Prouincia, ij qui se protestantes nominant, super his ipsis articulis, antequam definiantur, audiri à sancta Synodo cupiunt, & eam ob causam fidem publicam ab illa postularunt, vt ipsi tutò hùc venire, & in hac vrbe commorari, ac liberè coram Synodo dicere, atque proponere, quæ senserint, & posteà, cùm libuerit, recedere liceat: sancta ipsa Synodus licèt magno desiderio eorum aduentum multos antè mēses expectaret, tamen vt pia mater, quæ ingemiscit, & parturit summopere id desiderans, ac laborans, vt in ijs, qui Christiano nomine censentur, nulla sint schismata, sed quemadmodum eundem omnes Deum, & Redemptorem agnoscunt, ita idem dicant, idem credant, idem sapiant: confidens Dei misericordia, & sperans fore, vt illi in sanctissimam, & salutarem vnius fidei, spei, charitatisque concordiam redigantur, libenter eis in hac re morem gerens, securitatem, & fidem, vt petierunt publicam, quam saluum conductum vocant, quoad se pertinet, eius, qui infrascriptus erit, tenoris, dedit, atque concesit; & eorum causa definitionem illorum articulorum ad secundam sessionem distulit, quàm, vt illi commodè ei interesse possint, in diem festum conuersionis Diui Pauli, quæ erit xxv. die mensis Ianuarij anni sequentis indixit.

¶ Eadem Sessione decimater tia, circa fin.

Saluus conductus datus protestatibus. Hoc dicit.

CA-

CAPVT II.

¶ SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Sinodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nuncijs, omnibus, & ſingulis, ſiue Eccleſiaſticis, ſiue ſecularibus perſonis vniuerſæ Germaniæ, cuiuſcunque gradus, ſtatus, conditionis, & qualitatis ſint, quæ ad œcumenicum hoc, & generale Concilium accedere voluerint, vt de his rebus, quæ in ipſa Synodo tractari debent, omni libertate conferre, proponere, & tractare, ac ad ipſum œcumenicum Concilium liberè, & tuto venire, & in eo manere, & commorari, ac articulos, quot illis videbitur, tam ſcripto, quàm verbo offerre, proponere, & cum patribus, ſiue ijs, qui ab ipſa ſancta Synodo delecti fuerint, conferre, & abſque illis conuitijs, & contumelijs diſputare, necnon quando illis placuerit, recedere poſsint, & valeant, publicam fidē & plenam ſecuritatem, quam ſaluum conductum appellant, cum omnibus & ſingulis clauſulis, & decretis neceſſarijs, & opportunis, etiamſi ſpecialiter, & non per verba generalia exprimi deberēt, quæ pro expreſsis haberi voluit, quantum ad ipſam ſanctam Synodum ſpectat, concedit. Placuit præterea ſanctæ Synodo, vt ſi pro maiori libertate, ac ſecuritate eorum, certos tā pro commiſsis, quàm pro committendis per eos delictis iudices eis deputari cupiant, illos ſibi beneuolos nominent, etiamſi delicta ipſa quantumcunque enormia, ac hæreſim ſapientia fuerint.

Item ſeſsione decima quinta.

Prorogatur definitio quorundam articulorum, vt commodiùs proteſtātes venire poſsint, ad Concilium, ac audiri. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ CVM ex eo, quod proximis ſeſsionibus decretum fuit ſancta hæc & vniuerſalis Synodus per hos dies accuratiſsimè, diligentiſsimèque tractauerit ea, quæ ad ſanctiſsimum Miſſæ ſacrificium, & ad Sacramentum Ordinis ſpectant, vt hodierna ſeſsione quemadmodum Spiritus ſanctus ſuggeſsiſſet decreta de his rebus, & quatuor præterea articulos ad ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum pertinentes in hanc tandem ſeſsionem dilatos publicaret, atque interim aſſuturos eſſe putauerit ad hoc ſacro ſanctum Concilium eos, qui proteſtan-

teſtantes ſe vocant, quorum cauſa eorum publicationem articulorum diſtulerat, & vt liberè, ac ſine cunctatione vlla huc venirent, fidem eis publicam, ſiue ſaluum conductum conceſſerat: tamen cum illi nondum venerint, & eorum nomine ſupplicatum huic ſanctæ Synodo fuerit, vt publicatio, quæ hodierno die facienda fuerat, in ſequentem ſeſsionē differatur, certa ſpe allata affuturos eos eſſe omninò multo ante illam ſeſsionem, ſaluo conducto amplioris formæ interim accepto: eadem ſancta Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, iiſdem Legato, & Nuncijs præſidentibus, nihil magis optans, quàm ex præſtantiſsima natione Germanica omnes de Religione diſſenſiones, & chiſmata tollere, ac eius quieti, paci, otioque conſulere, parata ipſos, ſi venerint, & humaniter excipere, & benignè audire: confidenſque eos non fidei Catholicæ pertinaciter oppugnandæ, ſed veritatis cognoſcendæ ſtudio eſſe venturos, & vt Euangelicæ veritatis ſtudioſos decet, ſanctæ Matris Eccleſiæ decretis, ac diſciplinæ ad extremum eſſe acquieturos, ſequentem ſeſsionem, ad [illegible] ſancti Ioſephi, qui erit die [illegible] menſis Martij diſtulit, vt ſatis illi temporis, & ſpatij habeāt, non ſolùm adveniendum, verùm etiam ad ea, quæ voluerint, antequam is dies veniat, proponenda. Quibus, vt omnem cunctandi diutius cauſam adimat, fidem publicam, ſiue ſaluum conductum eius, qui recitabitur tenoris, & ſententiæ, libenter dat, & concedit. Interea verò de matrimonij Sacramento agendum, & de eo, præter ſuperiorum decretorum publicationem definiendum eſſe eadem ſeſsione ſtatuit, & decernit, & proſequendam eſſe materiam reformationis.

¶ Item ſeſsione eadem 15.

Saluus conductus proteſtantibus datus. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

¶ Sacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nuncijs, inhærendo ſaluo conductui, in penultima ſeſsione dato, & illum iuxta tenorem infrà ſcriptum, ampliando, vniuerſis fidem facit, quòd omnibus, & ſingulis, Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Mili-

Militaribus, Populariḃus, & alijs quibuſcunque Viris, cuiuſcunque ſtatus, & conditionis, aut qualitatis exiſtant Germanicæ Prouinciæ, & nationis, ciuitatibus, & alijs locis eiuſdem, & omnibus alijs Eccleſiaſticis, & ſecularibus præſertim Auguſtanæ confeſsionis, perſonis, qui aut quę vna cum ipſis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, ac profecturi ſunt, aut hucuſque venerunt, quocunque nomine cenſeantur, aut valeant nuncupari tenore præſentium publicam fidem, & pleniſsimam veriſsimamque ſecuritatē, quam ſaluum conductum appellant, liberè ad han ciuitatem Tridentinam veniendi, ibidemque manendi ſtandi, in orandi, proponendi, loquendi, vna cum ipſa Synodo de quibuſcunque negotijs tractandi, examinandi, diſcutiendi, & omnia quæcunque ipſis libuerit, ac articulos quoslibet tam ſcripto, quàm verbo liberè offerendi, propalandi, eoſque Scripturis ſacris, & Beatorum patrum verbis, ſententijs, & rationibus, declarandi, aſtruendi, & perſuadendi, & ſi opus fuerit, etiam ad obiecta Concilij generalis reſpōdendi, & cum ijs, qui à Concilio delecti fuerint, diſputandæ Chriſtianæ, aut charitatiue, abſque omni impedimento conferendi, opprobijs, conuicijs, ac contumelijs penitus ſemotis. Et ſignāter, quod cauſæ controuerſæ, ſecundum ſacram Scripturam, & Apoſtolorum traditiones, probata Concilia, Catholicæ Eccleſiæ conſenſum, & Sanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino tractentur, illo etiam addito, vt religionis prætextu, aut dilectorum circa eam commiſſorum, aut committendorum minimè puniantur impartitur, ac omnino concedit, ſic etiam vt propter illorum præſentiam, nec in itinere, aut quocunque locorum eundo, mouendo, aut redeundo, nec in ipſa ciuitate Tridentina diuinis officijs quouis modo ceſſetur. Et vt his peractis, vel non peractis, quandocunque ipſis libuerit, aut maiorum ſuorum mandato, & aſſenſu ad propria reuerti optabunt, aut aliquis eorum optabit, mox abſque vlla renitentia, & occaſione, aut mora, ſaluis rebus eorum, & ſuorum pariter honore, & perſonis vice verſa poſſint iuxta beneplacitum liberè, & ſecurè redire, de ſcientia tamen ab eadem Synodo deputandorū, vt tunc opportune eorum ſecuritate abſque dolo, & fraude prouideatur. Vult etiam ſancta Synodus in hac publica fide ſaluoque conducto, omnes quaſcunque clauſulas includi ac contineri, ac pro incluſis haberi, quæ pro plena, efficaci, & ſufficienti ſecurita

te,

re, in eundo ſtando, & redeundo neceſſariæ, & opportunæ fuerint: illud etiam ad maiorem ſecuritatem, & pacis, ac conciliationis bonum exprimens, quod ſi quiſpiam, aut illorum aliqui ſiue in itinere, Tridentum veniendo, ſiue ibidem morando, aut redeũdo, aliquod enorme (quod abſit) egerint, aut cõmiſſerint, quo poſſet huius fidei publicæ, & aſſecurationis beneficium, eis conceſſum annullari, aut caſſari vult, & concedit, vt in huiuſmodi facinore deprehenſi, ab ipſis dumtaxat, & non ab alijs, condigna animadueꝛſione, cum emenda ſufficienti per partem ipſius Synodi meritò approbanda, & laudanda mox puniantur, illorum aſſecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Pariformiter etiã vult, vt ſi quiſquam, vel aliqui ex ipſa Synodo, ſiue in itinere, aut manendo, aut redeundo aliquid enorme (quod abſit) egerint, aut commiſſerint, quo poſſet huius fidei publicæ, & aſſecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli, in huiuſmodi facinore deprehenſi, ab ipſa Synodo dumtaxat, & nõ alijs condigna animaduerſione, & emenda ſufficienti per partem Dominorum Germanorum Auguſtanæ confeſsionis, tunc hic præſentium meritò laudanda, & approbanda, mox puniatur, præſenti aſſecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipſa Synodus, quod liceat ipſi Ambaſſatoribus omnibus, & ſingulis toties, quotieſcunque opportunum fuerit, ſeu neceſſariũ ad auram capiendam exire de ciuitate Tridentina, & reuerti ad eandem, necnon Nuncium, vel Nuncios ſuos ad quæcunque loca pro ſuis neceſſarijs negotijs ordinandis, liberè mittere, ſeu deſtinare, ac ipſos miſſos, ſeu deſtinatos, ſeu miſſum, & deſtinatum ſuſcipere toties quoties eis videbitur expedire, ita quod aliqui, vel aliquos per deputandos Concilij ſocientur, qui eorum ſecuritati prouideant, vel prouideat: qui quidem ſaluus conductus, & ſecuritas ſtare, ac durare debeat à tempore, & per tempus, quo in ipſius Synodi, & ſuorum euitionis curam ipſos ſuſcipi contigerit, & vſque ad Tridentinum producti, ac toto tempore manſionis eorum ibidem, & rurſum, poſt ſufficientem audientiam habitã, ſpatio viginti dierum præmiſſo cum ipſi petierunt, aut Concilĩ habita huiuſmodi audientia ipſis receſſum indixerit à Tridentino vſque in quẽ quiſq; elegerit ſibi locũ tutũ, Deo fauente reſtituet, dolo & fraude, prorſus excluſis. Quæ quidem omnia pro vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus,

bus, pro omnibus Principibus tã Ecclesiasticis, quàm secularibus quibuscunque, atque omnibus alijs Ecclesiasticis, & secularibus personis, cuiuscunque status, & conditionis existant, aut quocunque nomine censeantur, inuiolabiliter obseruanda esse promittit, & bona fide spondet. Insuper omni fraude, & dolo exclusis vera, & bona fide promittit ipsam Synodum, nullam vel manifestè, vel occulte occasionem quæsituram, aut aliqua autoritate, potentia, iure, vel statuto priuilegio legum, vel Canonum, aut quorumcunque Conciliorum præsertim Constantiensis, [a] & Senensis, quacunque forma verborum expressa, in aliquod huius fidei publicæ, & plenissimæ assecurationis, ac publicæ, & liberæ audientiæ ipsis per ipsam Synodum cõcessæ, præiudicium, quouis modo vsuram, aut quemquam vti permissuram: quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quod si sancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis, cuiuscunque cõditionis, vel status, aut præeminentiæ existẽs, præscriptæ assecurationis, & salui conductus formam, & modũ in quocunque puncto, vel clausula violauerit (quod tamen auertere dignetur Omnipotens) & sufficiens emenda nõ fuerit mox subsequuta, & ipsorum arbitrio meritò approbanda, & laudanda, habeant ipsam Synodum, & habere poterunt, incidisse in omnes pœnas, quas iure diuino, & humano, aut consuetudine huiusmodi saluorum conductuum, violatores incurrere possunt, absque omni excusatione, aut quauis in hac parte contradictione.

De omnibus ad Conciliũ inuitandis.

SVPER CAPVT IIII.

[a] ¶ *Præsertim Constantiensis.* Concordat Concil. Cõstantien. sess. 19 in c. quod non obstantibus saluis conductibus.

¶ In Sessione decima sexta.

¶ *Suspenditur Concilium, vt meliori tempore prosequi valeat. Hoc dicit.*

CAPVT V.

¶ Sacrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata; præsidentibus in ea Reuerendissimis Dominis, Sebastiano Archiepiscopo Sipontino, & Aloysio Episcopo Veronensi, Apostolicis Nuncijs, tam eorum proprio, quàm reuerendissimi, & illustriss. Domini Marcelli, titu

li

li ſancti Marcelli ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Creſcentij Legati, ob aduerſam eius grauiſsimam valetudinem abſentis, nomine, non dubitat Chriſtianis omnibus patere hoc Concilium œcumenicum Tridentinum, primo à Paulo fœl. recor. conuocatum, & collectum fuiſſe deinde à ſanctiſsimo Domino noſtro Iulio III. efflagitante Carolo Quinto Auguſtiſsimo Imperatore, ea præcipuè de cauſa fuiſſe reſtitutum, vt religionem in multis Orbis partibus, & præſertim in Germania in diuerſas opiniones miſerabiliter diſtractam, in ſtatũ priſtinum reuocaret, abuſus, & mores Chriſtianorum corruptiſſimos emendaret. Cumque ad hoc agendum quam plurimi Patres, nulla laborum ſuorum; periculorumque habita ratione, è diuerſis Regionibus alacriter confluxiſſent, reſque ſtrenuè, magno fidelium concurſu, fœliciterque procederet, ac ſpes eſſet non leuis, illos Germanos, qui eas nouitates excitarant in Concilium venturos, ſic animatos, vt veris Eccleſiæ rationibus vnanimiter acquieſcerent, lux denique quædam rebus affulſiſſe videretur, caputque attollere inciperet profligata antea, & afflicta Reſpublica Chriſtiana: ij repente tumultus, ea bella hoſtis generis humani verſutia exarſerunt, vt Conciliũ veluti hærere, ac ſuum curſum interrumpere ſatis commodè cogeretur, ſpeſque omnes vlteriorıs progreſſus hoc in tẽpore tolleretur: tantũque ab erat, vt ſancta Synodus Chriſtianorum malis, & incommodis moderetur, vt multorum mentes, præter ſui anni ſententiam, irritaret potiùs, quàm placeret. Cùm igitur ipſa ſancta Synodus, omnia & præcipuè Germaniam, armis ardere, & diſcordijs videret, omnes ferè Epiſcopos Germanos, præſertim Principes Electores, ſuis conſultum, Eccleſijs è Concilio abijſſe decreuit tantæ neceſsitati non reluctari, & ad meliora tempora reticere, vt Patres, quod eis non agere non licèt ſuis ouibus proſpectum ad ſuas Eccleſias regredi valerent, ne diutiùs vtrobique inutili otio cõterantur. Atque ita quoniam ſic temporum conditio tulit, huius œcumenici Cõcilij Tridentini progreſſum per bienniũ ſuſpendendum fore decernit, prout præſenti decreto ſuſpendit, ea tamen lege, vt ſi citius pacata res ſit, ac tranquillitas priſtina reuertatur, quod ſperat Dei optimi, maximi beneficio non longo forè ſpatio futurum ipſius Concilij progreſſus eodemmet tempore ſuam vim firmitatem, vigoremque habere cenſeatur: ſin autem (quod Deus auertat) peracto biennio prædicta legitima impedimen-

dimenta non fuerint ſub mota, cum primum ceſſauerint, taliſuſ penſio eo ipſo ſublata eſſe intelligatur, ac ſuus vigor, & robur Concilio ſit reſtitutum, & eſſe intelligatur, ſine alia noua Concilij Conuocatione, accedente ad hoc decretum conſenſu, & autoritate Sāctitatis ſuæ, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ. Interea tamen eadem ſancta Synodus exhortatur omnes Principes Chriſtianos, & omnes Prælatos, vt obſeruent, & reſpectiuè quatenus ad eos ſpectat obſeruare faciant in ſuis Regnis dominijs, & Eccleſijs omnia, & ſingula, quę per hoc ſacrum œcumenicum Concilium fuerunt hactenus ſtatuta, & decreta.

Item ſeſsione decima octaua.

Omnes, qui nobiſcum communionem non habent, vt ad Synodum veniant, inuitantur. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Quoniam ſancta Synodus ex corde optat, Deumque enixe rogat, quæ ad pacē ſunt Eccleſiæ, vt vniuerſi communem matrem in terris agnoſcētes, quæ quos peperit, obliuiſci nō poteſt, vnanimes, vno ore glorificemus Deum, & Patrē Domini noſtri Ieſu Chriſti, per viſcera miſericordiæ eiuſdem Dei & Domini noſtri, omnes, qui nobiſcum communionem non habent ad cōcordiā, & reconciliationem, & vt ad hanc ſanctam Synodum veniant, inuitat atque hortatur, vtque charitatem (quod eſt vinculum perfectionis) amplectantur, pacēque Chriſti exultātē in cordibus ſuis præferant, in quam vocati ſunt in vno corpore. Hāc ergo nō humanam, ſed Spiritus ſancti vocē audiētes, ne obdurent corda ſua, ſed in ſuo ſenſu non ambulantes, nec ſibi placentes, ad tampiam, & ſalutarē matris ſuæ admonitionē excitentur, & conuertantur. Omnibus enim charitatis officijs ſancta Synodus eos vt inuitat, ita complectetur.

Eadem ſeſsionè decima octaua.

Congregatio generalis poteſt fidē publicam concedere. Hoc dicit.

CAPVT VII.

In ſuper eadem ſancta Synodus decreuit, fidem publicam in Congregatione generali concedi poſſe, & eandem vim habituram eiuſdemque roboris, & momenti futuram, ac ſi in publica ſeſsione data & decreta fuiſſet.

Eadem ſeſsione decima octaua.

Saluus conductus conceſsus Germanicæ nationi in Congregatione Generali. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Sacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatis, vniuerſis fidem facit, quòd omnibus & ſingulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronib⁹, Nobilibus, Militaribus popularibus, & alijs quibuſcũq; viris cuiuſcunq; ſtatus, & cõditionis, aut qualitatis exiſtant. Germanicæ Prouinciæ, & nationis, ciuitatibus, ac alijs locis eiuſdem, & omnibus alijs Eccleſiaſticis, & ſecularibus, præſertim Auguſtanæ confeſsionis, perſonis, qui, aut quæ vna cũ ipſis, ad hoc generale Concilĩ Tridentinũ veniũt, aut mittẽtur, aut profecturi ſunt, authucuſq; venerũ, quocũq; nomine cenſeãtur, aut valeãt nun cupari: tenore præſentiũ publicã fidẽ, & pleniſsimam veriſsimamque ſecuritatem, quam ſaluum conductum appellant libere ad hanc ciuitatem Tridentinam veniendi, ibidemque manendi, ſtandi morandi, propinquandi, loquendi vna cum ipſa Synodo, de quibuſcunque negotijs tractandi, examinandi diſcutiendi, & omnia quæcunque ipſis libuerit, ac articulos quoslibet tam ſcripto, quàm verbo liberè offerendi, propalandi, eoſque ſcripturis ſacris, & Beatorum Patrum verbis, ſententijs, & rationibus declarandi, aſtruendi, & perſuadendi, & ſi opus fuerit etiam ad obiecta Concilij generalis reſpondendi, & cum his, qui à Concilio delecti fuerint, diſputãdi, aut charitatiuè aſque omni impedimento conferendi opprobrijs, conuicijs, ac contumelijs penitùs ſemotis, & ſignanter quòd cauſæ controuerſæ, ſecundum ſacram Scripturam & Apoſtolorum traditiones probata Concilia Catholicæ Eccleſię conſenſum, & Sanctorum Patrum autoritates in prædicto Cõcilio Tridentino tractentur, illo etiam addicto, vt Religionis prætextu, aut delictorum circa eam commiſſorum, aut committendorum minimè puniantur, impertitur, ac omninò concedit: ſicctiã vt propter illorum præſentiam, nec in itinere, aut quocunque locorum eundo: manendo, aut redeundo, nec in ipſa ciuitate Tridentina diuinis officijs quouis modo ceſſetur. Et vt his peractis, vel non peractis, quandocunqne ipſis libuerit, aut maiornm ſuorum mandato, & aſſenſu ad propria reuerti optabunt, aut aliquis co-

eorum optauit, mox absque vlla renitentia, & occasione, aut mora saluis rebus eorum, & suorum pariter honore, & personis vice versa, possint iuxta beneplacitum libere, & secure redire, de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum, vt tunc opportunè eorum securitati absque dolo & fraude prouideatur. Vult etiam sancta Synodus in hac publica fide, saluoque conductu, omnes quascunque clausulas includi, ac contineri, ac pro inclusis haberi, quæ, pro plena efficaci, & sufficienti securitate, in eundo, stando, & redeundo, necessariæ, & opportunæ fuerint. Illud etiam ad maiorem securitatem, & pacis ac conciliationis bonum exprimens, quòd si quispiam, aut illorum aliqui, siue in itinere Tridentum veniendo, siue ibidem morando, aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerint, aut commiserint, quo posset huius fidei publicæ, & assecurationis beneficium eis concessum annullari, aut cassari, vult, & concedit, vt in huiusmodi facinore deprehensi ab ipsis duntaxrt, & non ab aliis condigna animaduersione cum emẽda sufficienti, per partem ipsius Synodi meritò approbanda, & laudanda, mox puniantur, illorũ assecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus, illibatis. Pariformiter etiam vult, vt si quisquam vel aliquis ex ipsa Synodo, siue in itinere, aut manendo, aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerint, aut commiserint, quo posset huius fidei pubicę & assecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli, in huiusmodi facinore deprehensi, ab ipsa Synodo duntaxat, & non ab aliis condigna animaduersione, & emẽda sufficienti per partem Dominorum Germanorum Augustanæ confessionis, tunc hic præsentium meritò laudanda, & approbanda mox puniatur, præsenti assecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipsa Synodus, quod liceat ipsis Ambassiatoribus, omnibus & singulis, toties, quotiescunque opportunũ fuerit, seu necessarium ad auram capiendam exire de ciuitate Tridentina, & reuerti ad eandem, nec non Nuncium, vel Nuncios suos, ad quæcunque loca pro suis necessarijs negotijs ordinandis libere mittere, seu destinare, ac ipsos missos, seu destinatos, seu missum, & destinatum suscipere toties, quoties ipsis videbitur expedire, ita quod aliqui, vel aliquis per deputandos Concilij socientur, qui eorum securitati prouideant, vel prouideat. Qui quidem saluus conductus, & securi-

tas ſtare, hac durare debeat, à tẽpore & per tẽpus, quo in ipſius Synodi, & ſuorum tuitionis curam ipſos ſuſcipi contigerit, & vſque ad Tridentum produci, ac toto tempore manſionis eorum ibidem, & rurſum, poſt ſufficientem audientiam habitam ſpatio viginti dierum præmiſſo, cum ipſi petierint, aut Concilium habita huiuſmodi audientia, ipſis receſſum indixerit à Tridento, vſque in quem quiſque elegerit ſibi locum tutum, Deo fauente reſtituet, dolo, & fraude prorſus excluſis. Quæ quidem omnia, pro vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus: pro omnibus Principibus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, quibuſcunque atque omnibus alijs Eccleſiaſticis, & ſecularibus perſonis cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtant, aut quocunque nomine cenſeantur inuiolabiliter obſeruanda eſſe, promittit, & bona fide ſpondet. Inſuper omni fraude & dolo excluſis, vera & bona fide promittit ipſam Synodum nullam, vel manifeſte, vel occultè occaſionem quę ſituram, aut aliqua autoritate, potentia, iure, vel ſtatuto, priuilegio legum, vel Canonum, aut quorumcunque Conciliorum præſertim Conſtantienſis, & Senenſis, quacunque forma verborum expreſſa, in aliquod huius fidei publicæ, & pleniſsimæ aſſecurationis, ac publicæ, & liberæ audientiæ ipſis per ipſam Synodũ conceſſæ, præiudicium quouis modo vſuram, aut quemquam vti permiſſurã: quibus in hac parte pro hac vice, derogat. Quod ſi ſancta Synodus, aut aliquis ex ea vel ſuis, cuiuſcunque conditionis, vel ſtatus, aut præeminentiæ exiſtens præſcriptæ aſſecurationis, & ſalui conductus formam, & modum, in quocunque puncto, vel clauſula violauerit (quod tamen auertere dignetũr Omnipotens) & ſufficiens emenda non fuerit mox ſubſequuta, & ipſorum arbitrio merito approbãda, & laudanda habeant ipſam Synodum, & habere poterunt incidiſſe in omnes pœnas, quas iure diuino & humano, aut conſuetudine, huiuſmodi ſaluorum conductuum violatores incurrere poſſunt, abſque omni excuſatione, aut quauis in hac parte contradictione.

Eadem ſeſsione decima octaua.

Extenditur ſaluus conductus prædictus ad alias nationes. Hoc dicit.

CAPVT IX.

Sacroſancta Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis delatere Legatis, omnibus, & ſingulis alijs qui nobiſcum

cum in his, quæ sunt fidei, communionem non habent ex quibuscunque Regnis, nationibus, prouincijs, ciuitatibus, ac locis, in quibus publicè, & impunè prędicatur, vel docetur, siue creditur contrarium eius, quod sancta Romana sentit Ecclesia dat fidem publicam, siue saluum conductũ sub eadem forma, & eisdem verbis, quibus datur Germanis.

De Reliquijs, & veneratione Sanctorum.

TITVLVS QVARTVS.

In sessione vigesima quinta Conci. Trid. decreto. de inuoc. &c.

Concionatores instruere debent plebem de vtili, & pia Sãctorum, & Reliquiarum, & Imaginũ veneratione. Hoc docit.

CAPVT I.

Mandat sancta Synodus omnibus Episcopis & cæteris docendi munus, curamque sustinentibus, vt iuxta Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ vsum, à primæuis Christianæ Religionis temporibus receptum Sanctorumque Patrum consensionem, & sacrorum Conciliorum decreta in primis de Sanctorum intercessione, inuocatione, Reliquiarum honore, & legitimo imaginum vsu fideles diligenter instruant, docẽtes eos, Sanctos vna cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre: bonum atque vtile esse suppliciter eos inuocare: & ob beneficia impetranda â Deo per Filium eius IESVM Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redẽptor, & Saluator est, ad eorum orationes opem auxiliumque confugere. Illos verò, qui negant Sãctos æterna fœlicitate in cœlo fruentes inuocandos esse; aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, vt pro nobis etiam singulis orent, inuocationem esse idolatriam, vel pugnare cum verbo Dei, aduersariq; honori vnius mediatoris Dei, & hominũ IESV Christi, vel stultum esse in cœlo regnantibus voce, vel mente supplicare: impiè sentire.

Edem sessione vigesima quinta, in decre. de inuocatio. &c.

Damnantur asserentes venerationem Sanctorum Reliquijs non deberi. Hoc docit.

CAPVT II.

Sanctorum Martyrum, & aliorum cum Chriſto viuentium ſancta corpora, quæ viua membra fuerunt Chriſti, & templum Spiritus ſancti, ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda, & glorificanda, à fidelibus veneranda ſunt, per quæ multa beneficia à Deo hominibus præſtantur. Ita vt affirmantes Sãctorum Reliquijs venerationem, atque honorē nō deberi, vel eas aliaque ſacra monumēta à fidelibus inutiliter honorari, atque eorum opis impetrandæ cauſa Sanctorum memorias fruſtrà frequentari, omninò damnandi ſunt prout iam pridem eos damnauit, & nunc etiamdamnat Eccleſia.

Eadem ſeſsione vigeſimaquinta, in decret. de inuoc. &c.

Sacris imaginibus honor, & reuerentia exhiberi debet. Hoc dicit.

CAPVT III.

Imagines Chriſti, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum in templis præſertim habendas, & retinendas doceant Epiſcopi, eiſque debitum honorem, & venerationem impertiendam, non quod credatur in eſſe aliqua in ijs diuinitas, vel virtus propter quam ſint colendæ, vel quòd ab eis ſit aliquid petendum, vel quòd fiducia in imaginibus ſit figenda, veluti olim fiebat à gentibus, quæ in idolis ſpem ſuam collocabant; ſed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repreſentant; ita vt per imagines, quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Chriſtum adoremus; & Sanctos quorum illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorum, præſertim verò ſecundæ Nicænæ Synodi decretis, [a] contra imaginum oppugnatores eſt ſancitum.

De Reliquijs & veneratione Sanctorum.

SVPER CAPVT III.

a ¶ *Secundæ Nicænæ Synodi decretis.* Vt habetur in Conc. II. Nicæno, actione tertia.

Eadem ſeſsione vigeſimaquinta, in decret. de inuocatio. &c.

Picturis eruditur populus, & excitatur ad pietatem colendam.
Hoc dicit.

CA-

Digitized by Google

CAPVT IIII.

Illud diligenter doceant Epiſcopi, per hiſtorias myſteriorum noſtræ redemptionis, picturis, vel alijs ſimilitudinibus expreſſas erudiri, & confirmari populum in articulis fidei commemorandis, & aſsiduè recolendis: tùm verò ex omnibus ſacris imaginibus magnum fructum percipi, non ſolum, quia admonetur populus beneficiorum, & munerum, quæ à Chriſto ſibi collata ſunt: ſed etiam, quia Dei per Sanctos miracula, & ſalutaria exempla oculis fidelium ſubijciuntur, vt pro ijs Deo gratias agant, ad Sanctorumque imitationem vitam, moreſque ſuos componant, excitenturque ad adorandum, ac diligendum Deũ, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit, aut ſenſerit, anathema ſit.

Eadem ſeſsione vigeſimaquinta, in decret. de inuocat. &c.

In imaginum veneratione vehementer caueri debet omnis occaſio erroris. Hoc dicit.

CAPVT V.

In ſanctas & ſalutares imaginum obſeruationes, ſi qui abuſus irrepſerint, eos prorſus aboleri, ſancta Synodus vehementer cupit: ita vt nullæ falſi dogmatis imagines, & rudibus periculoſi erroris occaſionem præbente ſtatuantur. Quod ſi aliquãdo hiſtorias, & narrationes ſacræ Scripturæ, cũ id indoctæ plebi expedies, exprimi, & figurari contigerit, doceatur populus, non propterea diuinitatẽ figurari, quaſi corporeis oculis conſpici, vel coloribus, aut figuris exprimi poſsit.

Eadem ſeſsione vigeſimaquinta, in decret. de inuocat. &c.

Superſtitio, & turpis quæſtus, ſeu laſciuia maximè in ſacrorum veneratione vitari debet. Hoc dicit.

CAPVT VI.

¶ OMNIS ſuperſtitio in Sanctorũ inuocatione, Reliquiarum veneratione, & imaginum ſacro vſu tollatur: omnis turpis quæſtus eliminetur: omnis denique laſciuia vitetur, ita vt procaci venuſtate imagines non pingantur, nec ornentur, & Sanctorum celebratione, ac Reliquiarũ viſitatione homines ad comeſſationes, atq; ebrietates nõ abutantur, quaſi feſti dies in honorem Sanctorum per luxũ, ac laſciuiã agantur. Et tãta circa hæc di-

diligentia, & cura ab Episcopis adhibeatur, vt nihil inordinatũ, aut præposterè, & tumultuariè accommodatum, nihil profanum nihilq; in honestum appareat; cũ domum Dei deceat sanctitudo.*b*

SVPER CAPVT VI.

b ¶ *Cum domum Dei deceat sanctitudo.* Concordat illud Psal. 62. *Domum tuam Domine decet sanctitudo*, & tex. in ca. decret. de immuni. Ecclesiarum. in 6.

Eadem sessione vigesimaquinta in decre. de inuocata. &c.

Non licet in solitam ponere imaginem, seu noua admittere miracula, vel Reliquias, nisi Episcopo approbante. Hoc dicit.

CAPVT VII.

Statuit sancta Synodus, nemini licere vllo in loco, vel Ecclesia etiam quomodolibet exempta, vllam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit, nulla etiam admittenda esse noua miracula, nec nouas reliquias recipiẽdas, *c* nisi eodem recognoscẽte, & approbante Episcopo: qui simulatque de ijs aliquid compertũ habuerit, adhibitis in consilio Theologis, & alijs pijs viris, ea faciat, quæ veritati, & pietati consentanea iudicauerit. Quod si aliquis dubius, aut difficilis abusus sit extirpandus; vel omnino aliqua de his rebus grauior quæstio incidat; Episcopus antequam cõtrouersiam ditimat, Metropolitani, & Comprouincialium Episcoporum in Cõcilio Prouinciali sententiam expetat: ita tamen vt nihil inconsulto sanctissimo Romano Pontifice nouum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur.

SVPER CAPVT VII.

d ¶ *Nec nouas Reliquias recipiẽdas.* Declar. Cardin. Sic Sanctorum Reliquiæ antiquæ habendæ sunt in illa veneratione, qua hactenus fuerunt, si verò sunt nouę, Episcopus seruet hoc decretum.

De immunitate Ecclesiarum, cœmiterij, & rerum ad eas pertinentium.

TITVLVS QVINTVS.

In sessione vigesima quinta, Conc. Trid. cap. 20. de reform.

Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum immunitas non debet vlla ratione violari. Hoc dicit.

CA-

Digitized by

CAPVT I.

¶ CVPIENS ſancta Synodus Eccleſiaſticam diſciplinã in Chriſtiano populo, non ſolùm reſtitui, ſed etiam perpetuò ſarctam tectam à quibuſcunque impedimentis conſeruari, præterea, quæ de Eccleſiaſticis perſonis conſtituit; ſeculares quoque Principes officij ſui amonendos eſſe cenſuit, confidens eos, vt Catholicos, quos Deus ſanctæ fidei, Eccleſiæque protectores eſſe voluit, ius ſuum Eccleſiæ reſtitui nõ tantùm eſſe conceſſuros, ſed etiã ſubditos ſuos omnes ad debitam erga clerum, parochos, & ſuperiores ordines reuerentiam reuocaturos, *a* nec permiſſuros, vt officiales, aut inferiores magiſtrat' Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam aliquo cupiditatis ſtudio, ſeu inconſideratione aliqua violent: ſed vna cum ipſis Principibus debitam ſacris Summorum Pontificum, & Conciliorum conſtitutionibus obſeruantiam præſtent.

De immunitate Eccleſiarum.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Superiores ordines reuerentiã reuocaturos.* Concordat tex. in c. Concilia, §. hinc, 17. diſt. cap. quis dubitet, c. duo ſunt, & c. fin. 96. diſtin.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta, cap. 20. de reform.

Apoſtolicæ ſanctiones in fauorẽ libertatis Eccleſiaſticæ debent ab omnibus obſeruari. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Decernit ſancta Synodus, & præcipit, *b* ſacros Canones, & Concilia generalia omnia, nec non aliàs Apoſtolicas ſanctiones in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum libertatis Eccleſiaſticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia præſenti etiam decreto innouat, exactè ab omnibus obſeruari debere.

SVPER CAPVT II.

b ¶ *Et præcipit.* Concordat textus in cap. peruenì, 86. diſtin, c. ſi quis ſuadente, 17. quæſt. 4. toto titul. de immu. Eccleſ. cap. quamquam, de cenſi. in 6. cap. fœlicis, de pœn. in 6. Conc. Ticin. verſic. ſtatuimus, & verſ. ſancimus. Cõc. Aquiſgran. c. 9. Conc. Later. ſub Leo. X. ſeſ. 9. & 10.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta, c. 20. de refor.

Superiores Principes tenentur animaduertere in eos, qui quoquo modo Ecclesiasticam libertatem impediũt. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Sancta Synodus admonet Imperatorem, Reges, Respublicas, Principes, & omnes & singulos cuiuscunque status, & dignitatis extiterint, vt quo largiùs bonis temporalibus, atque in alios potestate sunt ornati, eò sanctiùs, quæ Ecclesiastici iuris sunt, tanquam Dei præcipua eiusque patrocinio tecta venerentur; nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, aliſve Dominis temporalibus, seu Magistratibus, maximeque ministris ipsorum Principum lædi patiantur: sed seuerè in eos, qui illius libertatem immunitatem, atque iurisdictionem impediunt, animaduertant: quibus etiam ipsimet exemplò, ad pietatem, religionem, Ecclesiarumque protectionem, existant, imitantes anteriores optimos, religiosissimosque Principes, *c* qui res Ecclesiæ suæ in primis autoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum iniuria vendicarunt. Adeòque ea in re quisque officiũ suum sedulò præstet, quo cultu diuinus deuotè exerceri, & Prælati cæterique clerici irreſidentijs, & officijs suis, quieti, & sine impedimentis, cum fructu, & ædificatione populi permanere valeant.

SVPERCAPVT III.

c ¶ *Religiosissimosque Principes.* Concor. tex. in c. Valentinianus, 63. d. c. Ecclesiæ in fin. 78. d. cap. Constantinus, & c. vlt. 96. d.

De Religiosis domibus, vt Epiſcopo sint ſubiectæ.

TITVLVS SEXTVS.

¶ In sessione septima Concil. Trid. cap. 15. de refor.

Cura Hospitalium pertinet ad Ordinarios. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Curent Ordinarij, vt Hospitalia quæcũque à suis administratorib⁹, quocũque illi nomine cẽseantur, etiã quomodolibet exẽptis, fideliter, & diligenter gubernentur *a* constitutiones Concilij Vienensis, *b* quæ incipit, *Quia contingit*, forma seruata. Quam quidem constitutionem sancta Synodus innouandam duxit, & innouat cum derogationibus in ea contentis.

De

De Religiosis domibus.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Fideliter, & diligenter gubernentur.* Declar. Card. Quia curare debent Episcopi, vt Hospitalia â suis administratoribus, quomodolibet exemptis, diligenter, ac fideliter gubernentur, dubium nō est, quin illorum visitationem instituere debent, vt per illam cognoscere possint, quæ facere debebant administratores Hospitalium, & confraternitatum.

b ¶ *Constitutionis Concilij Vienensis.* Hæc constitutio habetur in cle. 2. eod. tit. vide illam in glo. sup. c. quia ad Collegij, 10. de Magistris, verb. *Concilij Vienen sis.*

¶ Item sessione vigesima secunda, c. 8. de refor.

Episcopi ius habent visitandi vniuersa pia loca, & alia quæcunque ad Dei cultum instituta, demptis scholis, quæ sub Regum immediata protectione consistunt. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ HABEANT Episcopi ius visitandi Hospitalia, *c* Collegia quæcunque, ac Confraternitates laicorum, *d* etiam quas Scholas, siue quócunque alio nomine vocant: non tamen, quæ sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia: eleemosynas Mōtis Pietatis, siue Charitatis, & pia loca omnia, quomodocunque nuncupentur etiamsi prædictorum locorum cura ad laicos *e* pertineat, atque eadem pia loca *f* exemptionis priuilegio *g* sint munita, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo iuxta sacrorum Canonum statuta *h* cognoscant, & exequantur, *i* non obstantibus *k* quacunque consuetudine, etiam immemorabili, priuilegio, *l* aut statuto. *m*

SVPER CAPVT II.

c ¶ *Habeāt ius visitādi Hospitalia.* Decl. Car. Licet autē hoc decretū concedat facultatē Episcopis visitandi Hospitalia, & cætera pia loca, non probat tamen, quin & iudices seculares eadem visitare possint, si hoc eis aliàs legitimè. An stāte prohibitione in fundatione Hospitalis, quod Ordinarius non possit se intromittere in eius visitatione, possit Ordinari vigore præsentis cap. dictū Hospitale visitare? Congregatio censuit, non posse. Congregatio censuit, Ordinarium posse visitare Hospitale priuatum ex hoc decreto corrigere, & reformare, in his

his tantùm, quæ ad obſeruandam voluntatem fundatorum pertinet, & ex alio decreto, ſeſſ. 22. c. 9. autem habere exigendi rationem ab adminiſtratoribus ipſius Hoſpitalis, vna tamen cum illis deputatis, quibus ex conſuetudine ratio reddenda eſt. Ordinarius non habet autoritatem viſitandi Hoſpitalia, neque Confraternitates, quæ à laicis regũntur, niſi in caſibus à iure expreſsis: caput autem hoc intelligitur, & habet locum tantùm in caſibus à iure communi permiſſis, licet autem Ordinarius eo ſ rationem adminiſtratio is exigere nulla habita ratione iuris communis, ſed ſeruata tantùm huius c. diſpoſitione; Ordinarius, Hoſpitalia etiam priuata viſitare, & corrigere poteſt, in his tantũ, quæ pertinent ad obſeruationẽ volũtatis fundatoris. Hoſpitalia etiam vnita, in quibus Eccleſiæ ſunt, vbi aſsiduè diuina officia celebrentur, & bona eorum, & earum non ſunt diſtincta, debent ab Ordinarijs viſitari.

d ¶ *Confraternitates laicorũ.* Decis. Card. 250 Epiſcopus poteſt viſitare Confraternitates perſonarum ſecularium in Eccleſijs Regularium exemptorum exiſtentes, non autem eorum capellas, vel altaria, quæ intra eaſdem Eccleſias conſiſtunt. ¶ Item declar. Cardin. Epiſcopus poteſt viſitare capellas Confraternitatum laicorum in Eccleſijs Regularium erectas, & cogere adminiſtratores, quæ ſub Regum immediata protectione ſunt. Et an in exceptione, qua hic excipiuntur Hoſpitalia, quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, vt ſine eorum licentia non poſsint ab Epiſcopis viſitari, comprehendantur omnia Hoſpitalia, quæ ſunt in eorum ditionibus, & Regnis? Congregatio cenſuit, non comprehendi Hoſpitalia, niſi, quæ expreſſe reperiuntur ſub Regum protectione. Congregatio cenſuit, ſi Epiſcopo Hoſpitale aliquod viſitare volenti iuxta hoc capite opponatur exceptio, quod ſub immediata Regum protectione exiſtat, vtique non ad ſecularem iudicem, ſed ad ipſummet Epiſcopum talis exceptionibus cognitionẽ & diffinitionem pertinere.

e ¶ *Cura ad laicos.* Declar. Card. Hoſpitalia licet à laicis miniſtrentur, & ſint ſub protectione Ducum, ſi aliàs Eccleſiaſtica erant, poſſunt ab Ordinarijs viſitari, & poteſt Epiſcopis in eis exequi, quæ in hoc decreto continentur. ¶ Congregatio cenſuit, Epiſcopum viſitare poſſe omnia Hoſpitalia, & pia loca, quocunque nomine nuncupentur, etiam ſi ſint priuata laicorum, & corrigere, & reformare in caſibus à

iure

iure concessis, nempè ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, vtque testatoris voluntas seruetur iuxta hoc decretum.

f ¶ *Eadem pia loca* Declar. Cardin. Etiam si sint priuata. Illustrissimus & reuerendissimus Dominus Episcopus Abulensis, nuper volens visitare quoddam Hospitale de Olmedo, à laicis ibi fundatum, necnon capellanias in eo existentes, fuit impeditus à Religiosis sancti Hieronymi, prætendentibus ad eos dicti Hospitalis administrationem spectare, ad quorum instantiam, processus ad seculares iudices delatus fuit; quo tamen non obstante, Episcopus prætendit rigore huius cap. dictũ Hospitale visitare posse, & ita supplicatur declarari, etiamsi dictus Prior à fundatione fuerit patronus institutus. Congregatio Concilij censuit ex decreto huius capite, Episcopum posse visitare, nisi aliter cautum sit in fundatione. Et licet prædictus Prior instaret attentis verbis, in fine dictæ declarationis, tamen quia verba institutionis dicti Hospitalis, & iuris patronatus erant huiusmodi videlicet: item rogo & peto in gratiam, & eleemosynam, & propter seruitium Domini nostri, à domino Priore nunc temporis Beatæ Mariæ della Mezza Vada Ordinis sancti Hieronymi, vt tempore meæ migrationis ab hac præsenti vita, & ab eius successoribus pro tempore, & in perpetuum exeuntibus, in dicto Monasterio sint patroni dicti Hospitalis, quod ita fundo, & relinquo fundatum, quos ego nomino in tales patronos successiuè, vnum post alium, ita vt Prior pro tempore dicti Monasterij patronatus dicti mei Hospitalis, quod ita fundaui, vt illud visitet, & in eo prouidere debeat, quidquid ei videbitur conuenire, pro illius sustentatione, in quantum sufficient redditus, quos egõ relinquo dicto Hospitali, adeò, quod dictus patronus apponat personam fidelem, & bonæ conscientiæ, quæ locare debeat hæreditates & bona per me dicto Hospitali relicta, exigatque eorũ redditus, eosque iustè & sincere exponat in sustentationem ipsius Hospitalis, & illius manutentionẽ, & personarũ, & operũ sibi benè iussarum, prout redditus per me relicti sufficient dante dicto patrono tali personę pro eius labore ex redditibus dicti Hospitalis, qđ sibi videbit mereri, dictusq; patron⁹ singulo anno recipiat cõputatũ dictorũ introitũ, & visitet capellã, & sciat, an Missæ illi⁹, quas ego instituo, celebrentur, & exigat pœnas à clericis, & capitulo huius oppidi de Olmedo, si eas incurrerint ob non celebrationem

tionem

tionem dictarum Missarum, virtute & vigore horum verborum, siue clausulæ prædictæ iuris patronatus, & testamenti, quia in prædicta fundatione non fuit cautum, vt Episcopus nullatenus se intromittat? Congregatio Concilij respondit, non benè instare, quia fundatio, quæ producitur, non excludit Episcopum â visitatione.

g ¶ *Exemptionis priuilegio.* Declarat Card. Si loca pia in eorum fundatione exẽpta facta fuissent ab Ordinario, per hoc decretum nihil est eis derogatum.

h ¶ *Iuxta sacrorum Canonum statuta.* Concord. tex. in c. tua, c. Ioannes, de testa.

i ¶ *Cognoscant & exequantur,* Declar. Cardin. Congregatio cẽsuit Episcopum habere votum absoluendi, & condemnandi cæteris deputatis, & illius votum cõ numerari debere cum voto cæterorum, quorum maior pars votorum condemnat, vel absoluit.

k ¶ *Non obstantibus.* Declarat Cardin. Non obstat, quòd videatur hæc facultas à iure data Episcopis, cap. tua, & cap. communis, de testibus, & ita Concilium sustulisse eam habentibus ex consuetudine, vel priuilegio, nam etiam de iure potest competere inferioribus Prælatis, quia hoc est officium necessarium, & potiùs dicitur onus, quàm honor.

l ¶ *Priuilegio* Declarat Cardi. Nec obstat, quod, qui debent persoluere aliquod Legatum, sint officiales sancti Antonij, vel Inquisitionis, & ideò exempti à iurisdictione Ordinarij, vel professores in aliqua Vniuersitate ratione literarum conseruatoriarum, quæ eximunt à iurisdictione Ordinaria, nõ autem delegata à Sede Apostolica, vt hic.

m ¶ *Aut statuto.* Decla. Cardin. Concilium hic non sustulit fundationem, quare quando in fundatione cautum est, vt non possit visitari ab Ordinario, Ordinarius ex hoc decreto non poterit visitare. Congregatio censuit, executionem aduersus administratores condemnatos iuxta hoc decretũ, siue soli Ordinario reddita fuerit ratio, siue vna cum alijs deputatis ad ipsummet Ordinarium spectare. ¶ Congregatio censuit, decretum hoc debere habere locum etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expressis, & licet Episcopis exigere rationem ab administratoribus etiam locorũ merè laicorum, & priuatorum, generaliter sine vlla distinctione, & quando ex priuilegio, vel consuetudine, vel aliqua alia constitutione alijs reddenda, nisi in fundatione aliter cautum esset, nempè quòd rationes, nec Ordinario reddendæ essent; Congregatio censuit, Ordinarium ex hoc cap.

posse

posse ab administratoribus Hospitalium, aliorumque piorum locorum rationem administrationis exigere, donec coram Ordinario eodem doctum fuerit de institutione, in qua secùs expressè cautum sit. Præsuppositа consuetudine potest proprius Sacerdos Hospitalis pauperibus ibi degentibus Sacramenta ministrare, ibique eosdem sepelire, absque interuentu parochi dummodò Sacerdos Hospitalis ab Ordinario sit approbatus.

Eadem sessione vigesima secunda, cap. 9. de reform.

¶ *Piorum locorum seu Confraternitatum administratores tenẽtur singulis annis reddere rationem Ordinario, nisi secùs ab institutoribus cautũ sit. Hoc dicit.*

CAPVT III.

¶ Administratores, *n* tam Ecclesiastici, quàm laici, fabricæ cuiusuis Ecclesiæ *o* etiam Cathedralis, Hospitalis *p* confraternitatis, eleemosynæ Montis Pietatis, & quorumcunque piorum locorum *q* singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario, consuetudinibus, & priuilegijs quibuscunque in contrarium sublatis, nisi secùs fortè in institutione, *r* & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expressè cautum esset. Quod si ex consuetudine, *s* aut priuilegio, aut ex constitutione aliqua loci, alijs ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc cum ijs adhibeatur etiam Ordinarius: *t* & aliter factæ liberationes dictis administratoribus minimè suffragentur. *u*

SVPER CAPVT III.

n ¶ *Administratores.* Declarat Cardinal. Regulariter de omnibus locis pijs Episcopo est reddẽda ratio ab administratoribus, siue ea sint publica, siue priuata. Ecclesia, vel laicalia loca, aut pia vniuersitatũ non sunt obnoxia redditioni rationum Ordinario, sub hoc decreto non comprehendũtur Abbates præpositæ, & Abbatissæ, vitam Regularem ducentes. Administratores Monasteriorũ de illis rationem Ordinario reddere non tenentur. Extra visitationem non habet locum hoc decretum. ¶ Hoc decretum habet locum in casibus etiam in iure non concessis.

o ¶ *Fabrica cuiusuis Ecclesiæ.* Declarat Cardin. Ratio sumptuũ fabricæ cuiusuis Ecclesiæ est reddenda Episcopis Ordinarijs, nisi aliter in institutione eiusdem fabricæ statutum sit. ¶ Quoad reddendam rationem administrationis

nis fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, Ordinario, nisi constet ex institutis, & ordinationibus eius, non posse Ordinarium se intromittere, teneantur capitulum, & canonici eam reddere.

p ¶ *Hospitalia.* Decla. Card. Etiamsi essent vnita. Administratores Hospitalium debent Episcopo reddere rationem administrationis suæ, & si consuetudine, priuilegio, & institutione aliqua personis alijs ad id officium electis ratio esset reddenda prædictæ administrationis, reddenda tamen Ordinario, cum interuētu dictorum electorum.

q ¶ *Quorumcunque piorum locorum.* Declarat Cardinal. Administratores piorum locorum etiam exemptorum nullam rationem reddentes, post hac eam Episcopo reddere debent: quod si alijs reddere solent, cum illis tamen præsentialiter adhibendus est Episcopus, qui quoties in dicto actu ad rationem computatorum adhibetur, in cōdemnatione, vel absolutione administratorum vnicum votum habet. Loca etiam pia vniuersitatum non sunt isti redditioni rationum Ordinario obnoxia. An Ordinarius debeat interesse redditioni computatorum Hospitalis, perpetuò vniti fabricæ Cathedralis, licet habeat votum in actu absoluendi, vel cōdemnandi? An verò satis sit, ad celebrationem rei assistere, etiamsi dissentiat? Congregatio censuit, Episcopum ita habere votum. ¶ An votum suum debeat numerari cum alijs, ita vt maior pars votorum absoluat, aut condemnet: an verò requiratur omninò votū Ordinarij ad condemnandum, & absoluendum, etiamsi maior pars deputatorum esset in contrario voto? Congregatio censuit, votum Episcopi sic accipiēdum, consuetudinibus, & priuilegijs etiam immemorabilibus, & vt hæc derogatio aliquid operetur, Clem. enim, quia cōtingit, de Religio. domib. sustulit consuetudinem, & priuilegia. Et ita censuit Congregatio in vna Corduben si.

r ¶ *Nisi secùs fortè in institutione.* Declarat Cardin. Verbal æc, *nisi secùs fortè in institutione, & ordinatione tali Ecclesiæ, seu fabricæ expressè cautum esset*: intelliguntur habere locum in Hospitali, quod cum tali conditione institutum est, scilicèt, vt non teneantur administratores Ordinario reddere rationem. Nam si in fundatione fuerunt expressè exempta Ordinarijs, tunc non poterit Ordinarius visitare etiam virtute huius decreti, per quod nihil est eis derogatum.

s ¶ *Quod si ex consuetudine.* Declar. Car. Tam Hospitalibus Ecclesiasticis, quàm priuatis.

t ¶ *Ad-*

s ¶ *Adhibeatur etiã Ordinarius.* Declar. Car. Qui habebit votum prout alij, & tanquam votum vnius connumerabitur. ¶ Ordinarius habet votum in illo absoluendo, & condenando, sicuti cæteri deputati, & eius votum debet numerari cum alijs, ita vt maior pars votorum absoluat, aut condemnet. Cumque debet interuenire illis statutis diebus, ex consuetudine, aut priuilegio, vel constitutione reddenda est ratio, dũmodò singulis annis id fiat.

u ¶ *Minimè suffragentur.* Decis. Card. 50. Congregatio Concilij censuit, nec Episcopum, nec Capitulum debere exigere rationẽ redditionis administrationis, tempore, quo recitantur horæ Canonicæ, & diuinæ celebrantur. Itẽ non posse parochos recipere aliquid etiam à spõtè dantibus pro administratione Sacramẽtorum: pro eleemosyna autem, quod spõtè offeretur, posse accipere.

Item sessione vigesima quinta, c. 8. de refor.

Administratores Hospitalium teneantur obseruare constitutionem super hoc editam in Concilio Vienensi. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

¶ Illis, qui Hospitalia vulgo nuncupata, seu alia pia loca, ad peregrinorum, infirmorum, senum pauperumve vsum præcipue instituta, in commendam, *a* administrationem, aut quemcunque titulum, aut etiam Ecclesijs suis vnita obtinent: vel si Ecclesiæ parochiales, Hospitalibus fortè vnitæ, aut in Hospitalia erectæ, earumque patronis in administrationem cõcessæ sint, præcipit omnino sancta Synodus, vt impositum illis onus, officiumve administrent, atque hospitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis, actu exerceant iuxta constitutionem Concilij Vienensis, *b* alias in hac eadem Synodo, sub fœlic. recor. Paulo III. innouatam, quæ incipit: *Quia contingit.*

SVPER CAPVT IIII.

a ¶ *In commendam.* Declarat Cardinal. Hospitalia ob rationabilem causam quandoque à Sede Apostolica ad quatuor mẽses tantùmmodo commendantur, cum clausula, quòd omnes fructus in vsus pauperum cõuertantur. Petẽti Cardinali de Pisis, vt Hospitale Placentinum vacãs morte eius familiaris sibi solùm ad sex menses commendentur.

Congregatio censuit, dãdum, & custodiendum, ad quatuor menses per breue, vt posteà de idoneo viro prouideatur ex hoc decreto modò ipse nullum inde fructum percipiat, sed omnes in vsum Hospitalis conuertat. ¶ Vltra triennium Congregatio censuit, comprehendi Hospitale, cuius à 300. annis citrà collatio, & institutio in perpetuum titulum dari consuéuit, quia Concilium excipit vnum casum dumtaxat, quando aliter in fundatione cautum non est.

b ¶ *Constitutionem Concilij Viennensis*. Hæc constitutio habetur in Clem. 2. eod. tit. & innouatur in cap. 1. sup. eod. Vide illam sup. in gloss. c. qui ad Collegij, 10. de Magist. verb. *Concilij Viennensis.*

Eadem sessione vigesima quinta, cap. 8. de refor.

Fructus residui Hospitalium debent in alium pium vsum arbitrio ordinarij conuerti, seruata in primis eorum institutione. Hoc dicit.

CAPVT V.

¶ Si Hospitalia ad certum peregrinorum, aut infirmorũ, aut aliarũ personarũ genus suscipiendũ fuerint instituta, nec in loco vbi sunt dicta Hospitalia, similes personæ, aut perpaucæ, reperiantur; mandat adhuc sancta Synodus vt fructus illorum in alium pium vsum, qui eorũ institutioni proximior sit, ac pro loco & tempore vtilior conuertãtur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum vsu peritiores sint, per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit, nisi aliter fortè, etiam in hunc euentum in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum: quo casu, quod ordinatum fuit obseruari curet Episcopus, aut si id non possit, ipse prout suprà vtiliter prouideat.

Eadem sessione vigesima quinta, cap. 8. de refor.

Si hospitalitatis munus administratores obire cessauerint, possunt priuari administratione, quæ vni, & eidem personæ non debet committi vltra triennium. Hoc dicit.

CAPVT VI.

¶ Si omnes & singuli cuiuscũque Ordinis, & Religionis, & dignitatis, etiamsi laici fuerint, qui administrationem Hospitalium habent, nõ tamen Regularibus subiecti, vbi viget Regularis obseruantia ab Ordinario moniti, hospitalitatis munus, adhibitis omnibus, ad quæ tenentur necessarijs re ipsa obire cessauerint, non solùm per Ecclesiasticas censuras,

ras, & alia iuris remedia ad id cõpelli possint, sed etiam Hospitalis ipsius administratione, curáve perpetuò priuari possint, alijque eorum loco ab ijs, ad quos spectabit, substituantur. Et prædicti nihilominus etiam ad fructuum restitutionem, quos contra ipsorum Hospitalium institutionem perceperunt, quæ nulla eis remissione, aut compositione indulgeatur, in foro conscientiæ teneantur. Nec administratio, seu gubernatio huiusmodi laicorum vni & eidem personæ vltra triennium deinceps committatur, nisi aliter in fundatione cautum reperiatur. Non obstante (quoad omnia suprà dicta) quacunque vnione, exemptione, & consuetudine in contrarium, etiam immemorabili, seu priuilegio, aut indultis quibuscunque.

De Ecclesijs ædificandis, vel reparandis.

TITVLVS SEPTIMVS.

In sessione vigesima prima Cõcil. Triden. cap. 4. de reform.

Episcopi interdum nouas parochias, etiam inuitis Rectoribus erigere possunt. Hoc docet.

CAPVT I.

¶ In ijs Ecclesijs, in quibus ob locorum distantiam, [a] siue difficultatem, parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audiẽda accedere non possunt, nouas parochias, [b] etiam inuitis Rectoribus, iuxtà formam constitutionis Alexandri Tertij, [c] quæ incipit: *Ad audientiam.* Episcopi etiã tanquam Apostolicæ Sedis Delegati, constituere possint.

De Ecclesijs ædificandis.

SVPER CAPVT I.

[a] ¶ *Ob locorum distantiam.* Declarat Cardinal. Licet parochialis Ecclesia in eo sit loco, vbi minor pars Parochianorum habitat, & maior pars longè habitat in alijs oppidis, nihilominus parochus habitare debet propè Ecclesiam, sed succurrendum est remedio præsentis decreti, &c. ad audientiam, de Eccles. ædific.

[b] ¶ *Nouas parochias.* Declarat Cardinal Etiam inuitis Rectoribus possunt institui nouæ parochiales, vt in hoc decreto statutum est. ¶ Quando Episcopus procedit ad aliquem actum, vigore decretorum Concilij Tridentini, quem etiam suo Ordinario iure facere poterat, & in decreto datur ei facultas procedendi, etiam tanquam Apostolicæ Se-

dis Delegatus, si velit diuidere parochias ex hoc c. quod poterat, per tex. in cap. ad audientiam, de Eccles. ædifican. An si appelletur possit appellatio in secũda instãtia iudici interponi, & prosequi coram Metropolitano, vel sit necessario interponenda apud sanctam Sedem Apostolicam, & ibi tractanda, & prosequenda? S. D. N. etiam ex sententia Congregationis Concilij declarauit, non esse hoc casu necessarium ad Apostolicam Sedem appellare.

c ¶ *Cõstitutiones Alexãdri III.* Hæc constitutio refertur in cap. ad audientiã, ext. eod. cuius tenor talis est. *Ad audientiam nostram noueris peruenisse, quod villa, quæ dicitur H. tantũm prohibetur ab Ecclesia parochiali distare, aut tẽpore byemali cum pluuiæ inundant, non possunt parochiam sine magna difficultate ipsam adire. Vnde non valent cõgruo tempore Ecclesiasticis officijs interesse. Quia igitur dicta Ecclesia ita dicitur reddit. bus abundare, quod præter illius villæ prouentus minister illius conuenienter valet sustentationem habere: mandamus quatenus (si res ita se habet) Ecclesiam ibi ædifices, & in ea Sacerdotem sublato appellationis obstaculo ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ maioris, cum Canonico fundatoris assensu instituas ad sustentationem suam eiusdẽ villæ obuẽtiones Ecclesiasticas percepturum, prouidens tamen, vt competens in ea honor pro facultate loci Ecclesiæ matrici seruetur: quod quidem fieri posse videtur, cum eiusdem villæ dominus viginti acras terræ frugiferæ velit ad vsus Sacerdotis conferre. Si verò personam matricis Ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facies in eo opus ad perfectionem deduci, & virum bonum appellatione cessante diffugio instituere non omittas.*

¶ Eadem sessione vigesima prima, cap. 4. de refor.

Competens portio debet assignari Sacerdotibus nouarum Ecclesiarum. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ ILLIS Sacerdotibus, qui de nouo erunt Ecclesijs nouiter erectis præficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam matricem d quomodocunque pertinentibus: & si necesse fuerit compellere possit populum ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum sustentandam: quacunque reseruatione generali, vel speciali, velaffectione super dictis Ecclesijs non obstãtibus. Nec huiusmodi ordinationes, & erectiones possint tolli, nec impediri ex quibuscunq; prouis-

Digitized by Google

prouiſionibus, etiam vigore reſignationibus, aut quibuſuis alijs derogationibus, vel ſuſpẽſionibus.

SVPER CAPVT II.

d ¶ *Ex fructibus ad Eccleſiã matricem.* Decl. Car. Intelligendum eſt ſi eſſet Cathedralis, & quæcũque matrix. Licet Epiſcopo aſsignare Sacerdotibus, qui erunt præfecti nobis parochis ſecundũ hoc decretum cõſtitutis, competentẽ portionem arbitrio ſuo ex omnibus fructibus ad matricẽ pertinẽtibus, nõ diſtinguẽdo magis decimas, quã alia corpora reddituũ. An Ordinarius in erectione parochialis Eccleſiæ, facta iuxta formam Concilij Tridentini, cap. 14. ſeſſ. 24. de refor. potuerit vigore eiuſdem Concilij, vnire eidem parochiali, in actu ipſius erectionis, vnũ ex quatuor Canonicatibus, habentibus curã animarum annexam, exiſtentem in alia Eccleſia non Collegiata, quæ erat parochialis loci, in quo noua parochia fuerit erecta. Cõgregatio cenſuit, die 9. Aprilis, 1587. affirmatiuè, ſcilicèt potuiſſe ex cap. ſequenti, quia multa facta tenent, & ſtante neceſsitate loci, & perſonarum, quæ hoc facit, in contrariũ declinabãt multi illuſtriſsimi, hoc tamen non obſtante fuit deciſum, vt ſuprà. Non licèt Epiſcopo loco erectionis faciendæ potius certam populi partem ſeparare ab antiqua parochia, & alteri commodiori applicare, ſi vel exiguus numerus populi, vel inopia, vel alia cauſa impediat, aut certe non poſtulet erigi nouam parochiam. Aſsignatio faciẽda pro noua parochia, prius ſit ex fructibus ad Eccleſiam matricem pertinentibus, & ſi ea non ſufficiat, tunc demum populus compellendus, & ſi non poteſt populus ob paupertatẽ, Epiſcopus debet de ſuo, iuxta Hoſtienſem. Ad ſuccurrendum parochianis foris habitantibus, vt ſuprà dictum eſt, erigatur vna capellania extra ciuitatem, quæ non ſit Eccleſia per ſe, ſed in poteſtate matricis Eccleſiæ, in qua ponatur Sacerdos amobilis, approbatus ab Ordinario, qui adminiſtret Sacramenta illis, qui ſunt extra ciuitatem, quibus non poteſt in nocte, quia portæ ciuitatis clauduntur iuxta allegata cap. 5.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima prima, c. 7. de refor.

Ex Eccleſijs, quæ collapſæ, ob earum inopiam nequeunt inſtaurari ad alias Eccleſias transferre debent beneficia. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Cum illud valdè curandum

sit, ne eā, quæ sacris ministerijs dedicata sunt, temporū iniuria absoleſcant, & ex hominum memoria excidant, Episcopi, etiam tanquā Apostolicæ Sedis Delegati, transferre possint beneficia simplicia, etiam iuris patronatus, ex Ecclesijs, quæ vetustate, vel aliàs collapsæ sint, e & ob eorum inopiam f nequeant instaurari, vocatis his quorum interest, in matrices, aut alias Ecclesias locorum eorundē seu viciniorū arbitrio suo, atque in eisdem Ecclesijs erigant altaria, vel capellas sub eisdem inuocationibus, vel in iam erectas altaria, vel capellas transferant, cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Ecclesijs impositis. g Parochiales verò h Ecclesias, etiam si iuris patronatus sint, ita collapsas reſici, i & instaurare procurēt ex fructibus k & prouentibus quibuscunque ad easdē Ecclesias quomodocūq; pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos, & alios qui fructus aliquos, ex dictis Ecclesijs proueniētes, percipiunt; aut in illorum defectum, parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant, quacunque apellatione, exemptione, & contradictione remota. l Quod si nimia egestate omnes laborent, m ad matrices, seu viciniores n Ecclesias, transferantur, cum facultate tam dictas parochiales, quàm alias Ecclesias dirutas, in profanos vsus, non sordidos, o erecta tamen ibi Cruce conuertendi.

SVPER CAPVT V III.

e ¶ *Vetustate, vel alias collapsæ sint.* Decl. Card. Ecclesię collapsæ vel restituendæ, vel alio transferendæ iuxta hoc decretum. An ruinatæ Ecclesiæ in ædificia publica, vel priuatas domos conuerti possint ad vsus non sordides? Congregatio censuit, hoc totum relinquendum arbitrio Ordinarij. Et an pecunia ex dictis ruinis conuertenda sit in bonona stabilia pro Ecclesia, vel eroganda in pios vsus? Congregatio censuit, conuertendum in vtilitatem Ecclesiæ arbitrio Ordinarij.

f ¶ *Et ob eorum inopiam.* Decl. Cardi. Si populus nolit Ecclesiā, quæ minatur ruinam, instaurare, debet penitùs destrui. An huius cap. dispositio procedat etiam in Ecclesia, quæ non prorsus est collapsa, sed maiori ex parte ruinam minatur? Congregatio censuit affirmatiuè: sed voluit prædictam declarationem valere ex hoc casu tantū proposito, & Illustrissimi noluerunt, quod procedat generaliter, ne Episcopi sumpta tali occasione Ecclesias transferrēt etiam si Ecclesię non essent itacollapsæ, & ruinam minantes.

g Et

g ¶ *Et oneribus prioribus Eccleſijs impoſitis.* Declar.Cardin.Nec per Epiſcopum vllum nonum onus imponendum eſt ex coniecturis,vel verè ſimilitudinibus.

h ¶ *Parochiales verò.* Declar. Cardin.Parochialis Eccleſias dirutas reſtaurari,aut transferre Epiſcopus debet curare,ſeruata forma præuia huius decreti. Itē cenſuit Cōgregatio de domibus parochialium intelligendum, quod de Eccleſijs parochialibus deciſum eſt.

i ¶ *Ita collapſas reſici.* Concordat tex.in cap.1.& cap.pen.ext. eod.& c.locorum Ordinario inſ. de accuſat.

k ¶ *Inſtaurari procurent ex fructibus.* Declar.Cardin.Pro hac inſtauratione non ſunt ſequeſtrandi fructus pro parochi victu.

l ¶ *Et contradictione remota.* Declar.Cardin.Item intelligendum eſt de inſtaurandis ,vel reficiendis,vel de nouo ædificandis domibus pro neceſſaria parochi habitatione.

m ¶ *Quod ſi nimia egeſtate omnes laborent.* Decl.Card.An transferēdi facultas Eccleſias collapſas,nimia egeſtate laborātes cōpetens Epiſcopo vigore huius c. ver. *Quod ſi nimia &c.* cōpetat eius Vicario generali?Congregatio cenſuit negatiuè,niſi ſpeciale mādatū habuerit.Eccleſia diruta paruorū reddituū poteſt ex ſententia Cōgregationis in profanos vſus,nō tamē ſordidos(erecta tamē ibi Cruce) cōuerti & transferri ad matricē, ſeu viciniorē Eccleſiā,vbi erigēdū eſt altera,ſub eadē inuocatione impoſito onere titulari,vt curet ibi celebrare ſingulis hebdomadis,per Sacerdotē idoneū.Cœmiteriū itē profanādū,& de inde oſſa trāsferēda eſſe ad nouū cœmiteriū, quod à titulari cōſtruatur in eo loco,quo magis placuerit populo.

n ¶ *Ad matrices,ſeu viciniores.* Decla. Car Quādo Eccleſia diruitur onus Miſſarum ad matricem Eccleſiam transferendum eſt,& in ea expenſis poſsidentis Eccleſiā dirutam altare erigendū,ſub nomine Eccleſiæ dirutę: cœmiteriū autem ad locum vicinum, prout populo magis placuerit, transferendum eſt,eodēque mortuorū oſſa traſportanda ſunt.

o ¶ *In profanos vſus non ſordidos.* Decl.Card.Qui dicātur vſus ſordidi,arbitrio Ordinarij hoc totū relinquitur. Ordinarij arbitrio relinquitur,in quos vſus nō ſordidos ruinæ Eccleſiæ cōuertēdæ ſint:ſi autem dictæ ruinæ vendātur,pretium in vtilitatem Eccleſiæ,eiuſdem Ordinarij arbitratu, eſt exponendum.Ordinarius nō debet ſine cauſa profanare capellas,& ſi aliquā profanādi cauſam habeat,eorum cæmenta potiùs attribuenda ſunt Eccleſiæ,quę eſt

Digitized by Google

caput dictarum capellarum, quã alteri.

Eadem sessione vigesima quinta, cap. 3. de regul.

CAPVT IIII.

De cætero *p* monasteria non erigantur *q* sine Episcopi, in cuius diœcesi erigenda sunt licentia prius obtenta.

SVPER CAPVT IIII.

p ¶ *De cætero.* Concordat tex. in cap. de Monachis. cũ duobus sequen. 18. q. 2.

q ¶ *Monasteria non erigantur.* Declar. Cardin. Monachi nõ possunt Monasteria ædificare in parochia, in qua ea non habent, sine cognitione, & licentia Papæ ex decreto Congregationis.

Eadem sessione vigesima quinta, cap. 5. de regul.

Episcopi curare debent, vt Sanctimoniales ad Monasteria intra vrbes existentia reducantur. Hoc dicit.

CAPVT V.

Quia Monasteria Sanctimonialium, extra Mænia vrbis, vel oppidi *r* constituta, malorum hominum prædæ, *ſ* & alijs facinoribus, sine vlla sepè custodia sunt exposita, *t* curent Episcopi, & alij superiores (si ita videbitur expedire) vt Sanctimoniales ex ijs ad noua, vel antiqua Monasteria *u* intra vrbes, vel oppida frequentia reducantur, *x* inuocato etiam auxilio, si opus fuerit, brachij secularis. Impediẽtes verò, vel non obedientes per censuras Ecclesiasticas parere cõpellant.

SVPER CAPVT V.

r ¶ *Extra mænia vrbis vel oppidi.* Decl. Card. Monasteria Monialium extra mænia vrbis, & oppidi, etiam, quod ea sint exempta, & immediatè Sedi Apostolicæ subiecta, possunt Ordinarij tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, ea Monasteria vrbis transferre iuxta hoc decretum.

ſ ¶ *Malorum homum prædæ.* Declara. Card. Moniales, quæ habent Monasteria exposita excursioni pyrararum, & aliorum malorum hominum, in Monasterio vrbano eiusdem Ordinis collocar debent, non sunt tamen in plura vrbana Monasteria distribuenda dum proprium ædificatur, quia hoc cum decretis Concilij Tridentini non conuenit statutis eiusdem Monasterij.

t ¶ *Siue vlla sæpè custodia sunt exposita.* Decl. Cardi. Sed non habet

bet locum hoc decretum in illis Monaſterijs, quæ longè diſtant ab vrbibus, vel oppidis, & à frequentiſsimo pago circumcirca cuſtodiuntur.

u ¶ *Ad noua, vel antiqua Monaſteria.* Declar. Cardin. Translatio Monaſterij Monialium, cui imminet ſcandalum, eſt facienda ad aliud eiuſdem Ordinis Monaſterium, nec redditus Monaſterij translati ſunt Monaſterio, in quod fuit translatũ, licet non poſſet de ſeminario prouidere. Trãſlatio Monialium de vno loco ad aliud eiuſdem Ordinis eſt facienda propter ſuperuenientiam aeris paſtilẽtis. Monachę Collegij Nolani propter peſtilentem quendã aquæ de fluxum ex vicino monte, petunt tranſitum ad aliud Monaſterium ſub eadem regula: ſcribatur Epiſcopo Nolano, vt ſi ita eſt, benignè concedat. Quando reſtaurantur Monaſteria, ſi hoc expidere probatur, fuit permiſſum, vt nouitię Moniales ad aliud transferantur, donec perficiatur opus.

x ¶ *Reducant.* Declar. Cardin. Vnio Monaſteriorum Monialium facienda eſt, cùm legitima cauſa ſub eſt, accedente ad id Papæ autoritate. Moniales Tertiariæ, quæ tria vota ſubſtãtialia emiſerunt, cogendæ omninò ſunt, ad obſeruandam clauſuram: in alijs autem Tertiarijs, quæ dicta vota ſuſtantialia non emiſerunt, ſeruãda eſt præciſe Bulla Pij Quinti edita anno 1566. 4. Kalendas Iunij, ſicque declarandum eſt Breue aliàs à Pio Quinto ſcriptum Nuncio Hiſpaniarum pro Tertiarijs Hiſpanis, quæ tria vota nõ emiſiſſent quatenus in eo conceſſit, vt permanerent, prout ante vixerunt; intelligitur tamen hæc permiſsio iuxta præſcriptum dictæ Bullæ, quæ etiam generaliter in omnibus Tertiarijs huiuſmodi vbicunque degentibus, de inceps obſeruetur, nulla amplius ratione illius iuſsionis facta ab eodem Pio Quinto, vt iſtis Tertiarijs ſolemniter non profeſsis, certus terminus præfigatur ad profitendum, quo elapſo, ſi non fuiſſent profeſſæ ad domos parentum propinquorumque reuerterentur. Cùm enim nulla ſuper hac iuſsione fuerit promulgata Bulla, ſed aliquæ tantùm literę quæ partim à Congregatione Concilij, partim à nonnullis prioribus Regularium pro quibuſdã particulalaribus harum Tertiarum Monaſterijs ſcriptæ fuerũt, ob id ſatis eſt ad generalem prædictæ Bullæ iam diu editę, & paſsim receptæ obſeruationem redire.

valeant gratum impendere famulatum, ſiatque de hoc in Prouinciali Concilio diligens inquiſitio annuatim, ita vt qui poſt primam, & ſecūdam correctionē fuerit repertus culpabilis, à beneficijs conferendis per ipſum Concilium ſuſpendatur inſtituta in eodem Concilio perſona prouida, & honeſta, quæ ſuſpenſi ſuppleat defectum in beneficijs conferēdis. Et hoc ipſum circa capitula, quæ in his deliquerint obſeruetur. Metropolitani verò delictum ſuperioris iudicio relinquatur, ex parte Concilij nunciandum. Vt autem hæc ſalubris prouiſio pleniorem conſequatur effectū huiuſmodi ſuſpēſionis ſententia præter Romani Pontificis autoritatem, aut proprij Patriarchæ minimè relaxetur, in hoc quoque quatuor Patriarchales Sedes ſpecialiter honorentur.

¶ Eadem ſeſsione ſeptima, c. 6. de refor.

Ordinarij examinare poßunt omnes vniones perpetuas à quadraginta annis circa factas, & deinceps faciendas. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Vniones perpetuæ *h* à quadraginta annis *i* citrà factæ, examinari ab Ordinarijs tanquā à Sede Apoſtolica Delegatis, poſſint: & quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. [k] Illa vero, quæ à dicto tempore citrà cōceſſæ, nondum in toto, vel in parte ſortitæ ſunt effectum, & quæ deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient, niſi eas ex legitimis, aut aliâs rationabilibus cauſis coram loci Ordinario, vocatis quorum intereſt, verificandis, factas fuiſſe conſtiterit, per ſubreptionem obtentæ pręſumātur; ac propterea (niſi aliter à Sede Apoſtolica declaratum fuerit) viribus omnino careant.

SVPER CAPVT II.

h ¶ *Vniones perpetuæ.* Concordat cap. acceſsiones ſup. de iure patronatus, cap. in vnionibus, infra eod. tit.

i ¶ *A quadraginta annis.* Decla. Cardin. Non datur poteſtas per Concilium Tridentinum examinandi, & reuidendi vniones, quę per 40. annos, ante cōfirmationē eiuſdem Concilij decretorum factæ fuerunt. Per hoc decretum non excluduntur Ordinarij, quo minus vniones reuidere poſsint in caſibus, quibus licet de iure cōmuni etiam vltra 40. annos. Vniones perpetuæ ſuprà 40. annos factæ ab Ordinarijs examinari non debent; vnio verò facta ante quadraginta annos, & quę poſt quadraginta annos facta, Epiſcopo quærenti tenetur eam oſtendere.

Digitized by Google

k ¶ *Irritæ declarentur*. Declar. Cardin. Vniones perpetuæ per ſubreptionem obtentæ à 40. annis à publicatione Concilij Tridentini computandæ debent ab Ordinarijs irritæ declarari. Vniones perpetuæ â 40. annis citra factę â die publicationis Concilij Tridentini computandæ, ab Ordinarijs poſſunt examinari, & irritæ declarari.

Eadem ſeſsione ſeptima, capit. 13. de refor.

Electus ab Eccleſiaſticis perſonis ad quodnis beneficium non inſtituatur, quin prius ab Ordinario idoneus iudicetur. Hoc dicis.

CAPVT III.

Præſentati, *l* ſeu electi, vel nominati à quibuſuis Eccleſiaſticis perſonis, etiam Sedis Apoſtolici Nuncijs ad quæuis Eccleſiaſtica beneficia *m* non inſtituantur, nec confirmentur, nec admittantur etiam prætextu cuiuſuis priuilegij, ſeu conſuetudinis, etiã ab immemorabili tempore præſcriptæ, niſi fuerint prius à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti, *n* & nullus appellationis remedio ſe tueri poſsit, quominus examen ſubire teneatur. Præſentatis tamen electis, ſeu nominatis ab Vniuerſitatibus, ſeu Collegijs generalium ſtudiorum exceptis.

SVPER CAPVT III.

l ¶ *Præſentati*. Concordat cliceat. cum ibid. alleg ſup. de iure patr.

m ¶ *Ad quæuis Eccleſiaſtica beneficia*. Deciſ. Card 32. Congregatio Concilij cenſuit. Canonicum ſemel ab examinatoribus vrbis, cùm canonicum adeptus eſt examinatum, & idoneum repertum, ſi eo dimiſſo, alium canonicatum obtinuerit, non eſſe iterũ examinandũ. Item deciſ. Card. 73. Cõgregatio Cõcilij cẽſuit in prouiſione beneficiorũ ſimpliciũ quorum collatio liberè ſpectat ad collatorem inferiorem, non requiri approbationem Epiſcopi, prout requiritur in inſtitutione; vt dicitur in c. 13. ſeſ. 7. de ref.

n ¶ *A locorum Ordinarijs examinati*. Decl. Cardi. Obtinentes beneficia curata ab inferioribus collatorib⁹, debẽt ab Ordinarijs examinari: ſecùs in beneficijs ſimplicibus ad prædictos collatores inferiores pertinentibus. Hoc etiã procedit in beneficijs, quæ ſunt de iure patronatus & ſimplicibus.

o ¶ *Et idonei reperti*. Decl. Cardin. Congregatio cenſuit, hocnõ procedere in Eccleſijs electiuis. In beneficijs curatis, ſiue ſint iu-

ris

ris patronatus, siue liberæ collationis, examen faciendum est ab Episcopis Ordinarijs, secundum dispositionem Concilij Tridentini, sess. 24. c. 18. & in quibus uis alijs beneficijs, ad quæ præsentatio, seu electio, vel ordinatio facienda sit à quibuscunque alijs personis Ecclesiasticis, inferioribus Episcopo, prout statutum est à Concilio Tridentino hic, & inf. sess. 25. c. 9. In beneficijs simplicibus, quorum collatio liberè pertinet ad inferiorem, non requiritur ista approbatio, quæ est fáciēda ab Episcopo in his beneficijs, quemadmodum si institutio pertineat ad inferiores, exc. 9. sess. 25. & præsenti decreto, ita etiam in his, quorum institutio pertinet ad Monasterium. Ex hoc decreto. & c. 9. se. 25. Episcopus potest possessores beneficiorum curatorum, siue simplicium, de iure patronatus compellere ad ostendēdas eorum Bullas: si tamen beneficia post Concilium collata sunt, & declarare institutionē irritā, & inanem esse, si absque examine Episcopi facta sit, ac cōpellere ad fructuū perceptorum restitutionem, vltra priuationē: & si isti valent examini iterum se subijcere, debet eos admittere, vt eadem etiam beneficia ipsis concedantur, quatenus reperiantur idonei. Et si institutio pertinet ad inferiorem, ita vt non dependeant ab aliquo iure patronatus, quod per Concilium sublatum est c. 9. sess. 28. præsentatio soli Episcopo facienda est, ad effectum examinis dumtaxat, attenta etiā quacunque consuetudine immemorabili, quæ in cōtrarium inualuisset, vt hic sancitum est.

Item sessione decima quarta, cap. 10. de reform.

Regularia beneficia Regularibus dumtaxat conferri debent. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Regularia beneficia, *p* in titulum Regularibus professis prouideri consueta, *q* cùm per obitū, aut resignationem vel aliàs illam titulum obtinentis vacare contigerit, Religiosis tantùm illius Ordinis, *r* vel his, qui habitum omninò susciperè, & professionem emittere teneantur, & non alijs, ne vestem lino, lanaque contextam induant, *s* conferantur.

SVPER CAPVT IIII.

p ¶ *Regularia beneficia.* Concordat cap. fin. sup. de ætate & qualit. c. cum causam ext. de elect. c. cū de benef. hoc tit. in 6.

q ¶ *Pro-*

q *Prouideri consueta.* Decis. Cat din. 255. Cõgregatio Cõcilij censuit, si beneficium huiusmodi sit seculare, nihil subesse difficultatis vt Michael non teneatur habitum Religionis suscipere, & profiteri. Quod si à principio fuerit Regulare, & posteà immutauerit statum concurrentibus his, quæ à iure communi requiruntur ad inducendum huiusmodi mutationem, itidem cogi oratorem non posse, vt habitum Religionis assumat, in eaque profitea tur. Quod si beneficium sit Regulare taleque nunc permaneat, collationem oratori, qui secularis est tanquam de seculari factam viribus carere.

r ¶ *Religiosis tantùm illius Ordinis.* Declar. Card. An præter Papã Ordinarij collatores possint Regularia beneficia, in titulum Regularibus professis prouideri consueta, conferre etiam secularibus, qui illius habitũ omninò suscipere, & professionem emittere teneantur? Viso hoc ca. sacra Congregatio die 12. Decẽbris. 1585. censuit, posse etiam Ordinarios collatores portiones Monachales, & canonicales, & similia simplicia beneficia Regularibus prouideri consueta conferre, nedum eius Ordinis professis, sed etiam secularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere omninò teneantur Abbatias tamen & beneficia ad ministrationem habentia, nõ nisi professis iuxta Canones per Ordinarios inferiores cõferri posse. Item censuit, in prouisionibus beneficiorũ, quos Ordinarij inferiores faciunt, vt professis nõ esse apponendũ decretũ ex nunc pro est tũc; & post quã in prouisionibus Apostolicis apponi consuetum, sed prouisiones faciendas esse purè, & simpliciter ad formam Concilij in hoc cap. vt qui habitum omninò suscipere, & professionem emittere teneantur. Regulares sunt incapaces beneficij simplicis, etiam si esset Canonicatus Regularis, non autem beneficij curati, iuxta dispositionem c. quod Dei timorem, de statu Monach. licet non hodie cum obstet Concilium Lateranense ad concordata. Vide not. c. 18. sessi. 24.

s ¶ *Lanaque contextam induont.* Insinuatur illud Deuter. cap. 22. *Non indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est.*

Item sessione vigesima prima, cap. 4. de refor.

Tot ministri assignari debent Ecclesijs, quot ratio muneris postulat. Hoc dicit.

CA-

CAPVT V.

Episcopi tanquam Apostolicæ Sedis Delegati in omnibus Ecclesijs parochialibus, *t* vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, *u* vt vnus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo, cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adiungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum.

SVPER CAPVT V.

t ¶ *In omnibus Ecclesijs parochialibus.* Concordat c. ad audientiã, el primero, extr. de Eccles. ædif.

u ¶ *Ita numerosus sit.* Decis. Card. 106. Congregatio Cõcilij censuit, Episcopum in vim Concilij Tridentini. cap. 4. sess. 21. nõ posse erigere coadiutoriam, sed vtique cogere Rectorem, ad adiũgendum sibi tot Sacerdotes, quot sufficiunt Ecclesijs Sacramentis ministrandis. Itẽ decis Car. 258. Congregatio Concilij censuit, ex ea sola causa, quod populus alicuius parochialis adeò sit numerosus, vnus Rector non possit sufficere Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo, minimè quidem licere Ordinario nouam parochiam erigere, nisi & alia concurrãt, quę ex primuntur constitutione fœl. rec. Alexandri Tertij, quæ incipit, *Ad audientiam*, & innouatur decreto Concilij. c. 4. sess. 21. vers. *In ijs verò*. Sed ob huiusmodi magnam multitudinem debere Ordinarium vti remedio dicti cap. 4. in princ. scilicèt cogendo Rectores, vt tot sibi Sacerdotes adiũgat, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum.

a ¶ *Vt vnus Rector non possit sufficere.* Declar. Card. Ex hoc decreto non licet Episcopo parochias vnire, sed tantùm nouas cõstituere. Vbi populus est numerosus, & quod vnus Rector satis facere populo nequeat, omninò seruari debet dispositio huius c. Hoc decretum ad constituendũ nouas parochias, & assignandum nouas portiones nouis parochijs quæ Regularium sunt.

b ¶ *Cogant Rectores.* Declar. Card. Episcopus ob multitudinẽ populi potest compellere Rectorem ad sibi adiungendos alios Sacerdotes pro Missis, atque alijs diuinis officijs celebrandis, aut sacramentis administrandis, cum moderamine tamen multitudinis Missarum. Parochus potest sibi alium presbyterum ad curam animarum adiutorem accipere, modo sit ab Ordinario approbatus.

Ea-

Eadem sessione vigesima prima, cap. 5. de refor.

Propter Ecclesiarum paupertatē potest Episcopus vnire aliquot beneficia. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Vt Ecclesiarum status, *e* vbi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conseruetur, possint Episcopi etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati, iuxta formam iuris, *d* sint tamen præiudicio obtinentium facere vniones perpetuas e quarumcunque Ecclesiarum, & parochialium, & baptismalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum, *f* cum curatis propter earum paupertatem, g & in cæteris casibus à iure permissis, etiam si dictæ, Ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter seruata, aut qualitercunque affecta. Quæ vniones etiam non possint reuocari, nec quoquo modo infringi vigore cuiuscunque prouisionis, etiā ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis.

SVPER CAPVT VII.

e ¶ *Vt Ecclesiarum status.* Declara. Card. Hoc cap. quo dispo nitur posse Episcopum facere vniones perpetuas quarumcunque Ecclesiarum parochialium, & aliorum, beneficiorū cū cura, propter eorum paupertatem, nō comprehensit beneficia iuris patronatus. Et si necessitatibus parochialium prouideri non possit vnionibus permissis iuxta hoc cap. tunc adhibēda remedia, quæ posita sunt in c. 13. sess. 24. Quod si non possit prouideri necessitatibus parochialium, remedijs prędictis propositis in d.c. 13. habeat Episcopus remedia iuris communis, quibus vti potest aduersus patronos illarum Eccclesiarum, quę sufficientes redditus non habent pro cultu diuino, & sustentatione Rectoris, quod possunt compelli patroni ad præstandam congruam sustentationem, vel patiātur illa vniri. Abb. in c. ad audientiam. de Ecclesijs ædificādis, n. 4. & 5. & glos. notab. in cap. quicunque fidelium. verb. aliquid. 16. quæst. 7.

d ¶ *Iuxta formam iuris.* Decla. Card. Qua præterita nulla erit vnio, hoc est de consensu capituli iuxta clem. vni. de rebus Eccles. non alienan. Episcopus has vniones facere potest: Concordat c. vnionibus. inf. eod. & cap. quia iure inf. de paroch.

e ¶ *Vniones perpetuas.* Decl. Card. Episcopus parochiales tenues vnire potest inuicem vel alijs parochialibus. Et si parochialium

lium, & c. parochiales, quæ sunt de iure patronatus non comprehenduntur hoc decreto.

f ¶ *Vel non curatorum.* Declar. Card. Non tamen Hospitalia etiã quod darentur in titulum, in quibus nulla exercetur hospitalitas, ex c. 8. sess. 22. de reform. Non cõprehenduntur beneficia hic ad inferiorem collatorem pertinentia.

g ¶ *Propter earum paupertatem.* Concordat tex. in cap. quoniam cum seq. c. in Eccles. inf. eod. c. sicut vnire, de excess. Prælat. Conc. Later. sub Leo. X. sess. 9. de refor. Curiæ.

Eadem sessione vigesima prima. c. 6. de reform.

Rectoribus imperitis coadiutores idonei deputari debent: illos verò qui turpiter viuunt, si incorrigibiles existant, beneficijs expoliare oportet. Hæc dicit.

CAPVT VII.

Quia illiterati *h* & imperiti parochialium Ecclesiarum Rectores sacris minus apti sunt officijs, & alij propter eorum vitæ turpitudinem potiùs destruunt, quàm ædificant, Episcopi etiam tanquã Apostolicæ Sedis Delegati, *i* eisdem illiteratis, & imperitis, si aliàs honestæ vitæ sint, coadiutores, aut Vicarios pro tempore *k* deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel alter prouidere possint, quacunque appellatione, & exẽptione remota. *l* Eos verò qui turpiter & scandalosè, viuunt, post quam promoti fuerint, coerceant ac castigent, & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent, eos beneficijs, iuxta sacrorum Canonum constitutiones, *m* exemptione, & appellatione quarumcunque remota, priuandi facultatem habeant.

SVPER CAPVT VII.

h ¶ *Quia illiterati.* Concordat tex. in cap. illiteratos. 36. d. cap. nisi cum prid. de renunt. cap. 1. 38. d. cap. cum ex eo. de elect. in 6. Conc. VIII. Tolet. c. 8.

i ¶ *Episcopi tanquam Apostolicæ Sedis Delegati.* Decla. Cardin. Hæc deputatio ad eũ spectat, qui potest instituere concursum, nec ideò parochus, cui datus est coadiutor poterit abesse à residentia.

k ¶ *Coadiutores, aut Vicarios pro tempore.* Declar. Cardin. Arguuntur hoc decreto Episcopi, qui ex causa infirmitatis constituunt in parochialibus Vicarios perpetuos, data etiam Rectori facultate de non residendo.

l ¶ *Appellatione & exemptione remota.* Declar. Card. Ad effectum

rum suspensiuum, sed non deuolutiuum.

m ¶ *Iuxta sacrorum Canonum constitutiones.* Concordat tex. in cap. inuentum. 56. q. 1. cap. fœlicis, de pœn. in 6. Clem. multorum. de pœn. & cap. qui frater. 7. q. 1.

Item sessione vigesima secunda, cap. 4. de reform.

Voce Capituli caret, qui Subdiaconus non est. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Quicũque in Cathedrali *n* vel Collegiata seculari, vel regulari Ecclesia diuinis mãcipat⁹ officijs, in Subdiaconatus ordine saltim cõstitutus non sit, vocem in huiusmodi Ecclesijs in capitulo non habeat, etiam si hoc sibi ab alijs libere fuerit concessum. *o*

SVPER CAPVT VIII.

n ¶ *Quicunque in Cathedrali.* Decl. Card. Qui sunt in sacris, & maximè in presbyteratus ordine nullo statuto videntur prohiberi posse, quin vocem habeãt in capitulo.

o ¶ *Libere fuerit concessum.* Decla. Card. Nõ modo in omnibus actibus expediẽdis, qui capitulariter expediuntur, sed etiam in electionibus.

Eadem sessione vigesima secũda, cap. 4. de reform.

Quisque præbendatus tenetur ordines requisites infra annũ suscipere, & eos diebus statutis per se ipsum exercere. Hoc dicit.

CAPVT IX.

Ij, qui dignitates, *p* personatus, officia, præbẽdas, portiones, ac quælibet alia beneficia in Cathedralibus, vel Collegiatis, secularib⁹, vel Regularib⁹ Ecclesijs obtinẽt, aut in posterũ otinebũt quibus onera varia sunt annexa, videlicet, vt alij Missas, *q* alij Euãgeliũ, alij Epistolas dicant, seu cãtent, quocunque ij priuilegio exemptione, prærogatiua, generis nobilitate sint insigniti, tenẽtur, iusto impedimento cessante infrà annũ *r* ordines suscipere requisitos: *s* alioquin pœnas incurrãt iuxta constitutionẽ Cõc. Vienẽsis, *t* quæ incipit, *Vt ij qui*, quam presenti decreti inouat: cogantque Episcopi eos diebus statutis dictos ordines per se ipsos exercere, ac cætera omnia officia quę debent in cultu diuino præstare, sub eisdem & alijs, etiã grauioribus pœnis, arbitrio eorum imponendis. Nec alijs in posterũ fiat prouisio, nisi ijs, qui iam ętatẽ *u* & cæteras habilitates integre habere dignoscantur: aliter irrita sit prouisio. *a*

Digitized by Google

SVPER CAPVT IX.

p ¶ *Ii, qui dignitates.* . Decl. Card. Canonici, qui ordines sacros debitos, post monitionem sumere recusant, ab Ordinario priuari debent. Archidiaconus, ad quem de consuetudine Ecclesiæ spectat (absente Decano) cõuocare capitulum, & in eo proponere, & resolutiones accipere, id potest, etiam si non sit in sacris cum ille sit actus iurisdictionis, qui competit Archidiacono, etiã in sacris constituto, & ad Decanum nõ spectat ratione ordinis, sed antiquitatis, & superioritatis.

q ¶ *Vt alij Missas.* Declar. Cardin. An Canonici teneantur per se ipsos cãtare Missas in omnibus Festis, & Dominicis Aduẽtus, & Quadragesimæ, an tantum solemnibus? Congregatio censuit, cogendos esse ad personaliter canẽdas Missas illis diebus, quibus ex institutis & legitima consuetudine illius Ecclesiæ debent.

r ¶ *Infra annum.* Declar. Card. Ex hoc decreto. &c. 12. sess. 24. de reform. §. neminem etiam, non est priuãdus quis canonicatu eo, quod intra annum non sit promotus ad sacros ordines, qui tamen decem & octo annos natus sit, neque per decretum Conc. sess. 23. c. 12. ante 22. annum sacris initiari possit, quia per hoc decretum non cogitur, nisi in legitima ætate constitutus.

s ¶ *Ordines suscipere requisitos.* Decis. Card. 270. Congregatio Concilij censuit, ab obtinendam parochialem oportere eum, cui confertur, attingere vigesimum quintum annum, atque intra annum à die collationis debere ipsum ad presbyteratus ordinem se facere promoueri, quemadmodum expresse cauetur constitutione Gregorij Decimi, in gener. Lugdun. Concil. edita, cui inhæret Trid. Conc. sess. 7. Item Decl. Card. Comendatarij non tenentur promoueri ad sacros ordines. Primò, si Monasteria carent omni prorsus cura & conuentu. Secundò vel si habeãt tantùm iurisdictionem temporalem. Tertiò vel si cura animarum sacramentalis soli conuentui incumbit, non autem personæ cõmendatarij. Quartò, vel si iurisdictionem, quam ex concessione Sedis Apostolicæ habent, non possint actu exercere, quia de facto prohibentur. Quintò, quod si eam iurisdictionem spiritualẽ actu exerceant, & sic curam animarum habere videantur. c. dudum. 2. c. licet. de elect. vbi Hosti. Ioan. And. Bellam. Ancar. Grad. Butr. Abb. c. super eo. de præb. extrau. execrab. infi. vbi glo. vers. visitare, de præb. in extrau. Ioan. XXII. tamen, quia ex larga significa-

ficatione eſſe dicitur, Innocen. & alij, c. cum ſatis, de offic. Archid. & c. de multa, de præb. Staphil. de ſtat. & qualit. benef. n. 20. idcirco regulariter commendatarij nõ erunt cogendi ſuſcipere ſacros ordines: ſed quandoque pro locorum, & perſonarum qualitate expedit eos ad id cogere arbitrio Sãctiſsimi: ſed an ad Sacerdotium, vel ſufficiat ad Diaconatũ ſimul, Card. Clem. 1. q. 20. de offi. Vic. Mil. verb. curatũ, in fin. Rebuf. in prax. benef. tit. de non promo. n. 32. & intra quod tempus, & ante cum decreto irritante. Si verò cura animarum ſacramentalis, ſiue Monachorum, ſiue perſonarum ſecularium incubuerit perſonis Commendatariorum, tenebuntur ſacris ordinibus initiari. An exprimendum ſit præciſè ad Sacerdotium, & intra annum, alias ipſo iure priuati ſint, ad c. licet canon, de elect. in 6. vbi gloſſ. verb. Sacerdotio, & verb. commendare, & Clem. ne in agro, §. cæterũ, de ſtatu Monachorum. An diſtinguendum ſit, ſi commendam in anno 22. obtinuerit, tenentur promoueri ad Sacerdotium intra 25. annum. In Gallijs indiſtinctè cõmendatarij tenentur promoueri ad ſacros ordines, vt in conceſsionibus commendarum Gallicarum appoñatur decretum, & infra annum ſacris initietur, alioquin poſt annum elapſum, vacent ipſo iure commendæ, quarum ſi, quæ exiſtunt de Monaſterijs omni prorſus cura, & conuentu carentibus, eo caſu S. D. N. aliquam commendatariorum habebit rationem.

t ¶ *Iuxta conſtitutionem Concilij Vienenſis.* Hæc conſtitutio refertur in Clemen. 2. de ætate, & qualita. cuius tenor talis eſt. *Vt hi, qui diuinis in Cathedralibus, vel Collegiatis ſecularibus, vel regularibus Eccleſijs ſunt mancipati officijs vel mancipabuntur in poſterum, ad ſuſcipiendos ſacros ordines propenſius inducantur: ſtatuimus, vt nullus de cætero in huiuſmodi Eccleſijs vocem in Capitulo habeat, etiamſi hoc ſibi ab alijs liberè concedatur, niſi ſaltim in ſubdiaconatus ordine fuerit cõſtitutus. Illi verò, qui dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas, quibus certi ordines ſunt annexi pacificè nunc obtinent in eiſdem Eccleſijs, vel obtinuerint in futurum (niſi iuſto impedimento ceſſante) ad huiuſmodi ordines ſe promoueri fuerint infra annum ex tunc donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in Capitulo habeant earundem. Ipſiſque diſtributionum, quæ dantur his, qui certis horis interſunt pars dimidia ſubtrahatur: non obſtantibus quibuslibet conſuetudinibus, vel ſtatutis. Pœnis alijs, quæ contra tales promoueri ad ordines recuſantes ſtatuũtur in iure, nihilominus in ſuo robore permanſuris.*

u ¶ *Qui iam ætatem.* Decl. Car. Declaratur in ſeſ. 24. c. 12. §. neminē, ibi, vt in tali ętate. Obtinens parochialem Eccleſiam per prouiſionem Sedis Apoſtolicæ, habens liberum curæ exercicium, & omnium bonorum fructuum, & prouentum ad dictam Eccleſiam parochialem pertinentium poſſeſsionem, licèt in limine adeptæ poſſeſsionis prædictæ molestus fuerit per aliquem impetitōrio, tamen tenetur promouere facere intra annum, lite pendente, partemque fructuum ei pro ſufficienti victu aſsignare, iuxta Concilij Tridentini formam.

a ¶ *Aliter irrita ſit prouiſio.* Cōcordat cap. 1. ſup. eod. c. 2. ſup. de Magiſt.

¶ Item ſeſsione vigeſima tertia, cap. 6. de refor.

CAPVT X.

¶ Nullus prima tonſura initiatus, *b* aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, ante decimum quartum annum *c* beneficium poſsit obtinere.

SVPER CAPVT X.

b ¶ *Nullus prima tonſura initiatus.* Decl. Car. Hoc caput nō prohibet, quin ille, qui iam 14. annū ætatis ſuæ attigit, licèt nondum expleuerit poſsit beneficium ſimplex obtinere.

c ¶ *Ante decimum quartum annum.* Decl. Car. Niſi in fundatione aliter ſit ſtatutum, quin ei non eſt derogatum. Item deciſ. Card. 155. Congregatio Concilij cenſuit, ad beneficium ſimplex ſufficere annum decimum quartum inceptum, licèt non completum.

Item ſeſsione vigeſima quarta, c. 12. de refor.

De ætate & qualitate promouendorum ad dignitates, vel perſonatus. Hoc dicit.

CAPVT XI.

¶ Archidiaconi, *d* qui oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus Eccleſijs, vbi fieri poterit, Magiſtri in Theologia, ſeu Doctores, aut Licenciati in iure Canonico. *e* Ad cæteras autem dignitates, *f* vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, clerici *g* alioquin idonei, *h* & viginti duobus annis non minores *i* aſciſcantur.

SVPER CAPVT XI.

d ¶ *Archidiaconi.* Dēclarat Cardinal. Archidiaconi, qui non habent curam animarum, vel iuriſdictionem, non comprehenduntur

tur hoc decreto, vt sint Doctores, vel Licenciati. ¶ Hoc etiam debet intelligi de illis Archidiaconis, qui re vera Archidiaconatus officium exercent, secùs si nomine tantùm essent Archidiaconi. ¶ Quod si statuit Concilium Tridentinum, est intelligendum de illis Archidiaconis, qui ea munera exercent, quæ de iure communi tenentur, non autem de his, qui non exercent.

e ¶ *Aut Licentiati in iure Canonico.* Declarat Cardin. Qui verè carent cura animarum, & omni prorsus iurisdictione, non comprehendur hoc decreto, quoad qualitatem Doctoratus, vel Licẽtiaturæ per hoc caput requisitum.

f *Ad cæteras antẽ dignitates.* Dec. Car. Synodo Prouinciali non licet imponere onus dignitatibus, quod quis nisi graduatus nõ possit eas obtinere sine sanctæ Sedis Apostolicę autoritate. Nullo Cõcilij decretum statutũ est, vt qui decanatum consequi volet, is necessariò sit Magister, siue Doctor, siue Licẽtiatus in Theologia, aut iure Canonico, vel Ciuili. Quod dignitates & canonicatus in Cathedralibus debẽtur tantùm graduatis, non est inducendum ex necessitate, nec per Concilium Prouinciale id statui potest.

g ¶ *Clerici.* Decis. Car. 16. Congregatio Cõcilij cẽsuit, ad obtinẽdam in Cathedrali, vel Collegiata dignitatem non curatam requiri ætatem annorum 22. completam. Item decis. Cardin. 151. Cõgregatio Cõcilij censuit, eum qui ad dignitatẽ approbatus est, examini nihilominus subijciendum tam eius Episcopi, qui non contulit dignitatẽ, quam eius, qui cõtulit, nisi tamen statim cum collatione dignitatis examinatus, & ordinatus fuerit.

Item decis. Car. 187. Cõgregatio Concilij censuit, obtinentem canonicatũ in Cathedrali Ecclesia etiã ante factam ordinũ distributionẽ in ea saltẽ ætate oportere esse constitutũ, vt intra annum ad subdiaconatum possit promoueri. Item decis. Card. 232. Congregatio Cõcilij censuit, minime esse necesse, Archidiaconos, qui cura animarũ omnique prorsus iurisdictione carent, nulloſque ex Archidiaconatu fructus percipiunt, esse præditos qualitatibus, quæ habentur ex c. 12. versi. Archidiaconi, sess. 24. Itẽ decis. Cardina. 257. Congregatio Concilij censuit, sæpiùs eiusdem Concilij decretis, vel noui iuris inductum esse, quoad ætatem obtinentium canonicatus in Collegiatis Ecclesijs, ideò sufficere ad huiusmodi canonicatus obtinendos ætatem 14 annorum.

h ¶ *Alioquin idonei.* Declar. Car. Qui iam sacerdos est, & prouisus

per Sedem Apostolicam in forma dignitatum, de canonicatus super literatura, seu idoneitate scientiæ examinandus est ab Ordinario, & eidem quorumcunque alij ordini sacro illi canonicatui requisito.

i ¶ *Et viginti duorũ annis non minores.* Decl. Card. Ætas viginti duobus annorum sufficit ad requirendum canonicatũ, cui vnita est parochialis. Ætas viginti duorum annorum non requiritur in canonicatibus Collegiatarum Ecclesiarum magis nunc, quàm ante Concilium. Concilium autẽ nihil innouauit super ætate promouendorum ad canonicatus Collegiatarum Ecclesiarum in hoc cap. etiam quod ad ętatẽ illius, qui promouendus est, Collegiatarum canonicatus non comprehendantur. Nullo Concilij decreto statutũ est, quę in eis ætas requiratur, qui canonicatus in Ecclesijs Collegiatis consequi volunt, sed id relictum est intra illos terminus, qui ante illud Cõcilium Tridentinũ præscripti sunt. De consensu Ordinarij, dispensatur super ætate resignatarij, attenta fide vitæ, & morum probitatis, eodem consensu, & eadem de causa, etiam quod non promoueatur, hic locus alium declarat. sess. 22. de refor. c. 4.

Eadem sessione vigesima quarta, c. 12. de refor.

CAPVT XII.

Neminem deinceps [k] ad dignitatem, canonicatum, aut portionem [l] recipiant, nisi, qui co ordine sacro, [m] aut sit initiatus, [n] quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, [o] aut infra tempus à iure, [p] & ab hac sancta Synodo statutũ initiari valeat. [q]

SVPER CAPVT XII.

k ¶ *Neminem deinceps.* Declar. Cardin. Decretum hoc Cõcilij Tridentini, §, neminem, locum habet in collegiatis Ecclesijs.

l ¶ *Canonicatum, aut portionem.* Decla. Card. Qui iam est Canonicus, & in minore ætate constitutus non est cogendus ad susceptionem ordinum, nisi postquam peruenerit ad legitimam ætatem. Distributiones quotidianæ non comprehenduntur sub hoc vers. quas seruiens faciat suas, licet professionem non emiserit.

m ¶ *De ordine sacro.* Decla. Cardin. Monitus ad suscipiendum ordinem, quem eius dignitas, aut portio requirit, si non receperit, autoritate huius decreti priuatus poterit denunciari, iuxta alias statuta in Concilio Constantiensi, sess. 24. de dispens.

n. Aut

n ¶ *Aut ſit initiatus*. Decla. Cardin. Vacante præbenda preſbyterali poterit Epiſcopus illam conferri illi, qui diaconalem, aut ſubdiaconalem, ordinē habet, & hoc vni, qui ætatē habeat pro his obtinendis. An vacante canonicatu presbyterali in Cathedrali in menſibus Ordinarij, cum propter ætatem viginti duorum annorum nequeat illum aliàs idoneo conferre, poſsit illi prouidere de canonicatu ſubdiaconali per reſignationem alterius Canonici autoritate Sedis Apoſtolicæ, & presbyteralem conferre dicto reſignanti in legitima ætate conſtituto? Congregatio cenſuit poſſe ex hoc decreto.

o ¶ *Aut in tali ætate*. Declar. Card. Obtinentes præbendas in Cathedralibus, quatenus eorū ętates patiātur, ſtatim cogendi ſunt ſuſcipere, & illos ordines exercere, qui ſunt illis præbēdis annexi.

Si neque ante Conciliū, neque poſt Conciliū Tridentinū nullus ordo, ſiue diaconalis, ſiue preſbyteralis, canonicatui annexus fuerit, & parochialis Eccleſia legitime, & perpetuò eidem canonicatui vnita, tanquam principale acceſſorium attendenda eſt natura canonicatus, nō autē parochialis, & ita ſufficit, vt is, cui collatio facta eſt, ſit in ętate vigintiduorū annorū, quæ in canonicatus collatione requiritur. Obtinens canonicatum per reſignationem in ætate minus legitima conſtitutus nulla facta mentione de impedimento ætatis, nequaquam illum retinere poteſt, ſed infra ſex menſes reſignare permittitur, nulla tamen ſibi reſeruata penſione.

p ¶ *Infra tempus à iure*. Concordat tex. in c. licet canon. c. cū ex eo. de elect. in 6. & cap. 1. in fin. de priuil.

q ¶ *Initiari valeat*. Decla. Cardin. Et qui non poterit initiari ob defectum ætatis, priuari poterit canonicatu, & fructibus etiā perceptis. S. D. N. Greg X I I I. decreuit nihil diſpoſuiſſe Conciliū qua ætate debeant eſſe ij, qui canonicatus acquirire volunt, in Collegiatis Eccleſijs, ſicque reliquiſſe in illis terminis, qui ante Concilium conſtituti ſunt.

Eadem ſeſsione vigeſima quarta. cap. 12. de reform.

Epiſcopus, cum conſilio capituli deſignare tenetur quibus præbendis, quiſque ordo ex ſacris annexus eſſe debeat. Hoc dicit.

CAPVT XIII.

IN omnibus Eccleſijs *r* Cathedralibus omnes canonicatus, *ſ* ac portiones *t* habeant annexum ordinem *u* presbyterij, diaconatus, vel ſubdiaconatus. Epiſ

Digitized by Google

copus a autem tum consilio capituli b designet, ac distribuat, prout viderit expedire, quibus quisque ordo c ex sacris annexus in posterum esse debeat; ita tamē, vt dimidia saltē pras presbyteri sint, cæteri verò diaconi, aut subdiaconi. Vbi verò consuetudo laudabilior habet, vt plures, vel omnes sint presbyteri, omninò obseruetur.

SVPER CAPVT XIII.

r ¶ *In omnibus Ecclesijs*. Decl. Cardin. Habet locū in Cathedralibus: & Congregatio censuit, non extendi ad canonicatus in Collegiatis.

s ¶ *Omnes canonicatus*. Declar. Card. Cum intellexisset Congregatio Concilij Vicarium Patauinum, in annexione sacrorum ordinum, quam fecerat canonicatibus illius Ecclesiæ inclusisse dignitates, censuit rescribendum his verbis: Cum Concilium dignitatum, cū de illa annexione disposuit, cum idem voluerit, saltem dimidiam partem presbyteralem esse; cōuocet iterū capitulū, acde eius cōsilio subtrahat dignitates, & earū loco designet, & distribuat, quibus alijs canonicatibus debeat esse sacer ordo annexus.

t ¶ *Ac portiones*. Decl. Card. Non ergo dignitates, nec etiam dimidiæ portiones.

u ¶ *Habeant annexum ordinem*. Decis. Card. 45. Cōgregatio Concilij censuit, c. 12. sess. 14. in ea parte, in qua dicitur, quod omnes canonicatus debeant habere annexū ordinē presbyteratus, diaconatus, vel subdiaconatus, nō cōprehēdere canonicatū iuris patronatus laicorū, ante Cōciliū fundatū in cuius fundationis limine fuerit appositū pactū, quòd descēdentes â fundatore possent dictū canonicatū obtinere, licet non sint sacerdotes, nec in sacris ordinibus constituti, sed tantūsimplices clerici, donec deuenerint ad ordinem sacerdotalem. Ideò in hac sentētia erūt dādæ literæ ad Vicarium Placētinum, coram quo casus hic contingit.

Item deci. Card. 59. Cōgregatio Cōcilij cēsuit, minimè potuisse Episcopū statuere, vt Decanus primā obtinens dignitatē in Ecclesia Collegiata sanctę Marię, teneatur, cōtra cōsuetudinē dictæ Ecclesiæ inseruire in diaconi officio sacerdoti celebrāti, nisi Decanus vltra dignitatē decanatus ob tineret in eadem Ecclesia, etiam prabendam onus hoc canendi Euangelium annexum habētem; tunc enim ad onus prædictum etiā subeundū cogendū fore. Itē decis. Card. 205. Cōgregatio Cōcilij cēsuit, ad obtinēdū in Cathedrali canonicatū, cui est annexus ordo subdiaconatus, sufficere, quē esse cōstitutū in tali ætate, vt in-

intra annũ posit promoueri ad subdiaconatum.

a ¶ *Episcopus.* Decl. Card Episcopus cogere non potest, vt omnes Canonici sacerdotes efficiantur, sed sufficit, si dimidia eorum pars presbyteri sint, inter quos præcipuè debet esse prior, cæteri verò diaconi, vel subdiaconi, vt Concilium decreuit. Non obstat huic decreto statutum Ecclesiæ, vt putà quòd tertia pars sint acolyti, nec cõsuetudo etiam immemorabilis, & ligat hoc decretũ in posterum, postquam ordines fuerint distributi, & tunc possunt cõpelli ad eos ordines suscipiẽdos, & exercendos, quos eorum canonicatus habere fuerit iudicatum, iuxta formam præsentis decreti. Si verò aliquis inhabilis, & non idoneus reperiatur ad ordines sacros suscipiendos, eorũ qui ante distributionem ordinem fuerint recepti, carebit voce in Capitulo, prout sess. 22. c. 4. & quatenus eorum ætas patiatur. Prouisus de canonicatu habente annexum ordinem sacrũ, si est cõpletæ ætatis, vt possit infra annum ordinẽ requisitũ suscipere, nõ habet vocem in capitulo iuxta hoc decretum, & clementinam, vt ij, qui, de ætate & qualit. Sed nõ perdit partem aliquam distributionum, nec habet vocem in capitulo, licet sit aliàs in sacris, ex quo non habet ordinem requisitum, iuxta dispositionem dictæ clementinæ iuxta glo. in verb. ex tunc.

b ¶ *Cum consilio capituli.* Decl. Card. Episcopus in ordinatione facienda, qui Canonici presbyteri, qui diaconi, qui subdiaconi esse debeant, vt vigore huius cap. tenetur solùm adhibere consilũ capituli non consensum, qui potest eis inuitis, quod magis expedire iudicauerit perficere. Item decis. Card. 208. Congregatio Concilij cẽ fuit, distributionem ordinum in Ecclesia Cathedrali, non adhibito capituli consilio, quemadmodũ Conciliũ mandat decret. c. 12. sess. 24. esse nullam.

c ¶ *Quibusquisque ordo.* Decla. Card. Episcopus cum consilio capituli designare debet, quibus canonicatibus quisque sacer ordo debeat esse annexus, non quibuscuis Canonicis, quia Conciliũ hic mandat sacros ordines annecti canonicatibus ipsis, non autem personis eos obtinentibus.

Eadem sessione vigesima quarta, cap. 3. de reform.

Summus Pontifex â Concilio Prouinciali instructus prouideat, vt Episcopalis dignitas sufficientes habeat redditus. Hoc dicit.

CAPVT XIIII.

¶ Quoniam plæræque Cathedrales

drales *d* Ecclesiæ tam tenuis reditus sunt, & angustæ, vt Episcopali dignitati nullo modo respondeat, neque Ecclesiarum necessitati sufficiant, examinet Concilium Prouinciale, vocatis ijs, quorum interest, & diligenter expendat, quas propter angustias, tenuitatemque inuicem vnire, vel nouis prouentibus augere expediat confectaque de præmissis instrumenta ad Summum Romanum Pontificem mittat: quibus instructus Summus Pontifex ex prudentia sua, prout expedire iudicauerit, aut tenues inuicem vniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat. Interim verò donec prædicta effectum sortiantur, huiusmodi Episcopis qui fructuum subuentione pro diœcesis suæ tenuitate indigent, poterit de beneficijs aliquibus, dum tamen curata non sint, *e* nec dignitates, seu canonicatus, & præbendæ, *f* nec Monasteria, in quibus viget regularis obseruantia, vel quæ capitulis generalibus, & cæteris visitatoribus subduntur, à Summo Romano Pontifice prouideri.

SVPER CAPVT XIIII.

d ¶ *Quoniam plæræque Cathedrales.* Concor. tex. in c. & temporis, cum seq. 16. q. 1.

e ¶ *Dum tamen curata non sint.* Decl. Car. Parochialis non debet vniri Cathedrali.

f ¶ *Seu canonicatus, & præbendæ.* Decl. Car. Collegiatæ non debent vniri Cathedrali sine autoritate Papæ, qui id quandoque efficere debet cum causæ cognitione. Si duæ parochiales, per consuetudinem, quæ per quadraginta annos viguerit, semper tanquã vnitæ vni, semper collatæ sine dispensatione fuerunt, eorum possessor non est molestandus.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, c. 13. de refor.

Episcopus prouidere debet, vt parochiales Ecclesiæ habeant vnde cõmodè possint sustentari. Hoc dicit.

CAPVT XV.

¶ In parochialibus Ecclesijs, quarum fructus adeò exigui sunt, vt debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus, si per beneficiorum vnionem, non tamen regularium, id fieri non possit, vt primitiarum, vel decimarum assignatione, aut parochianorum symbola, ac collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione tantùm reddigatur, quod pro Rectoris, ac parochiæ necessitate decenter sufficiat.

Ea-

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quarta, c. 13. de refor.

Eccleſiæ parochiales aliis beneficijs, ſi locis non vniantur, & quæ vnitæ ſunt ab Ordinarijs reuideantur. Hoc dicit.

CAPVT XVI.

¶ In vnionibus [g] quibuslibet faciendis, Eccleſiæ parochiales Monaſterijs quibuſcunque, aut Abbatijs, ſeu dignitatibus, [h] ſiue præbendis, [i] Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ſiue alijs beneficijs ſimplicibus, aut Hoſpitalibus Militijsve non vniãtur, & quæ vnitæ ſunt, reuideantur ab Ordinarijs, [k] iuxta aliàs decretum in eadem Synodo ſub fœlic. record. Paulo Tertio, [l] quod etiam in vnitis, ab eo tempore citra æquè obſeruetur, non obſtantibus in ijs, quibuſcunque verborum formis, quæ hic pro ſufficiẽter expreſsis habeantur.

SVPER CAPVT XVI.

g ¶ *In vnionibus.* Deciſ. Card. 54. Congregatio Concilij cenſuit, cap. 13. ſeſ. 24. dum parochiales poſſe vniri Monaſterijs, intelligendum eſſe de parochialibus, quæ actu, non autem de illis, quæ habitu tantum ſupra hominum memoriam parochiales exiſtunt.

¶ Item deciſ. Card. 229. Congregatio Concilij cenſuit, non poſſe ab Ordinarijs fieri vniones parochialium Eccleſiarum, obſtantibus Collegijs ſecularium ſeu regularium perſonarũ, non obſtante decreto eiuſdem Concilij, cap. 13. ſeſ. 24. de refor. & ſi factæ fuerint nullas eſſe vniones, &c.

k ¶ *Sub fœlic. record. Paulo Tertio.* Videlicet in cap. vniones, ſuprà eod.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quarta, cap. 15. de refor.

Epiſcopus poteſt vnire, ſeu ſupprimere aliquod beneficia pro decenti Canonicorum ſuſtentatione. Hoc dicit.

CAPVT XVII.

¶ In Eccleſijs Cathedralis, & Collegiatis inſignibus, vbi frequẽtes, adeoque tenues ſunt præbendæ, [m] ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti canonicorum gradui, [n] pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant: liceat Epiſcopis [o] cum conſenſu capituli, [p] vel aliquot ſimplicia beneficia, [q] non tamen regularia, ijs vnire, [r] vel ſi hac ratione prouideri non poſsit, aliquibus ex his ſuppreſſis, [ſ] cum patronorum conſenſu, ſi de iure patronatus laicorum ſint,

sint, quarum fructus, & prouentus, reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eos ad pauciorem numerum reducere: ita tamen vt tot supersint, qui diuino cultui celebrãdo, ac dignitati Ecclesiæ commodè valeant respondere: non obstantibus quibuscunque constitutionibus, & priuilegijs, aut quacunque reseruatione, generali, vel speciali, aut affectione: *t* neque prædictæ vniones, *u* aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscunque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusuis alijs derogationibus, vel suspensionibus.

SVPER CAPVT XVII.

m ¶ *Adeòque tenues sunt præbendæ.* Declar. Card. Per hoc decretum non licèt Episcopo vnire beneficia capellanijs, etiam Cathedralibus, quæ habeant tenues reditus, cũ loquatur solùm de præbendis. Item neque sacristiæ, aut fabricæ vniones fieri possunt.

n ¶ *Sustinendo decenti Canonicorum gradui.* Declarat Cardin. An Abbati exempto collegiatæ secularis habenti iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem in sua Ecclesia, vbi præbendæ simul cum distributionibus quotidianis adeò tenues sunt, & pro sustinendo decenti Canonicorũ gradu loci, & personarum qualitate non sufficiant, liceat cum consensu capituli aliquibus ex his suppressis, & eorum fructibus, & prouentibus aliquarum præbendarum distributionibus applicatis eas ad pauciorem numerum reducere? Congregatio censuit, non licere id Abbati, sed Episcopo tantùm cum consensu capituli, si modò ipsa Collegiata Ecclesia insignis sit, & alia seruentur, quæ præscripta sint à Concilio hoc cap.

o ¶ *Licet Episcopis.* Declar. Cardin. Episcopus ergò potest, sed non tenetur, vnde Metropolitanus non potest in hoc supplere. ¶ Quæsitum fuit, an hoc idem liceret Abbatibus etiam secularibus, habentibus iurisdictionem ordinariam. & quasi Episcopalem in subditos? Responsum fuit à sacra Congregatione, non licere. ¶ Sed Abbati, qui iurisdictionem quasi Episcopalem habet etiamsi esset exemptus ac ordinarius illius Ecclesiæ, etiamsi in dicta Ecclesia omninò, quæ in hoc decreto continentur, concurrerent, sed tantùm Episcopo, prout hic.

p ¶ *Cum consensu capituli.* Decis. Car. 47. Congregatio Concilij cẽ fuit, verba illa, liceat Episcopis cũ consensu capituli contenta in c. 11. sess. 24. esse intelligenda de consensu Capituli, illius Ecclesiæ,

Digitized by Google

fiæ. in quas fit reductio præbendarum.

q ¶ *Aliquot simplicia beneficia.* Decla. Car. Congregatio censuit non comprehendi dignitates.

r ¶ *Iis vsire.* Declar. Card. Nõ tamen distributionibus Capellanorum, deseruientium in eadem Ecclesia, aut fabricæ, seu sacristiæ Ecclesiarum.

s ¶ *Aliquibus ex his supressis.* Declar. Card. Ob tenuitatem prębendarum Episcopus aliquas earum supprimere potest cum cõsensu capituli. Prælatus collegiatæ Ecclesiæ hanc tenuium præbendarum suppressionem facere non potest licèt sit exemptus, & Ecclesia sit insignis, cum hoc solis Episcopis, Concilium concesserit cum consensu suorum capitulorum.

t ¶ *Aut affectione.* Declar. Car. Idem seruandum hic, quod sanctæ mem. Pius V. & S. D. N. Gregorius XIII. Decreuerunt in vnionibus factis, seu faciendis seminarijs, quod vniones de beneficijs reseruatis validæ sint, si modo factæ fuerint ante ipsorũ vocationem: quod si post vacationem facere reperiantur, nullæ sint, & prouisi à Sede Apostolica mitti debent in possessionem dictorum bonorum.

u ¶ *Neque prædictæ vniones.* Declarat Cardin. Vniri possunt simplicia beneficia viuentium propter tenuitatem prębendarum, sine tamen præiudicio obtinentium, seruata forma huius decreti, sed si beneficia viuentis contingat resignari, & resignationem per Sedem Apostolicam admitti, vnio pro illa vice suspenditur.

Item sessione vigesima quinta, c. 16. de refor.

¶ *Beneficia parochialia non debent in simplicia conuerti. Hoc dicit.*

CAPVT XVIII.

¶ STATVIT Sancta Synodus, vt Ecclesiastica beneficia secularia, quocunque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæua eorum institutione, aut aliter quomodocunque retinent, illa deinceps in simplex beneficium, x etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione, non conuertãtur: a non obstantibus quibuscunque gratijs, quæ suum plenarium effectum non sunt consequutæ.

SVPER CAPVT XVIII.

x ¶ *Illa deinceps, in simplex beneficiũ.* Decla. Car. Parochiales Ecclesiæ in simplex beneficium conuerti non possunt. Quod intelligen-

telligendum est etiam in qualibet parte fructuum ipsius parochialis. Nec vniri possunt parochiales Ecclesiæ cum simplicibus beneficijs, vt fuit decisum in cap. 13. sess. 14. cum ibi not. Nec beneficia simplicia in curata conuerti ab Ordinario possunt.

a ¶ *Non conuertantur.* Declarat Cardin. Et etiam pro parte scilicèt ex parte etiã minori fructuũ parochialis constituere beneficiũ simplex. Non prohibetur beneficium regulare curatum conuerti in simplex, constituto in eo Vicario perpetuo.

¶ Eadem sessione vigesima quinta, cap. 16. de refor.

Ecclesiæ Vicario congrua portio assignanda est: si secus fiat beneficiũ obtinens recipere tenetur curam animarum. Hoc dicit.

CAPVT XIX.

¶ In beneficijs, in quibus cõtra eorum institutionem, seu fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum *b* translata est, etiamsi in hoc statu ab immemorabili tempore reperiantur, si congrua portio fructuũ Vicario, quocũque nomine is appelletur non fuerit assignata; ea quam primum, & ad minus intrà annum à fine præsentis Concilij, arbitrio Ordinarij, iuxta formam decreti sub fœlic. recor. Paulo Tertio *c* assignetur. Quod si id commodè fieri non possit, aut intra dictum terminum factum non erit: cum primũ per cessum, vel decessum Vicarij, seu Rectoris, aut quomodolibet alterum eorum vacauerit beneficium curam animarum recipiat; ac Vicariæ nomen esset, & in antiquum statum restituatur. *d*

SVPER CAPVT XIX.

b ¶ *In Vicarium perpetuum.* Decisio Cardina. 93. Congregatio Concilij censuit, constitutionem sanctæ memoriæ Pij Quinti, de Vicarijs perpetuis, ita esse intelligendum, vt omnia onera, incumbentia parochiali Ecclesiæ, in qua fuerit erecta Vicaria perpetua pertineant ad Vicarium perpetuum solum, nulla autem ex parte ad Ecclesiam, seu Monasteriũ, aut alium locum pium, quibus vnita fuerit ipsa parochialis.

c ¶ *Sub fœl. recor. Paulo Tertio.* Vt habetur in cap. beneficia, infr. de accusat.

d ¶ *In antiquum statum restituatur.* Declarat Cardinal. Sed non poterit Ordinarius separare ab Ecclesijs parochialibus beneficia simplicia, siue oratoria, si illis vnita essent, etiamsi illis separatis parochialibus non egerent.

De

De concess. præben. vel Eccles. non vacan.

TITVLVS NONVS.

In sessione vigesima quarta. Conc. Trid. cap. 19 de reform.

Derogantur expectatiuæ omnes quibuscunque concessæ. Hoc dicit.

CAPVT I.

Decernit sancta Synodus mãdata de prouidendo, & gratias, quæ expectatiuæ dicuntur *a* neminiamplius etiam Collegijs, *b* Vniuersitatibus, Senatibus, & alijs singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certã, summam, vel alio quouis colore concedi, nec hactenus concessis cuiquam vti licere. Sed nec reseruationes mentales, *c* neque aliæ quæcunque gratiæ, ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel Monasteria alicui, etiam ex sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, cõcedantur, & hactenus cõcessa, abrogata esse cẽseantur.

De concessione præbendæ.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Quæ expectatiuæ dicuntur.* Decla. Card. Expectatiuæ sunt omnino sublatæ, & etiam si illę factæ sint de consensu Ordinarũ. Decretum hoc expectatiuarum abrogatarum intelligi debet vt sonat ad literam, & non debet extẽdi etiam ex identitate rationis. Ex hoc decreto expectiuarum abrogatarum colligitur, non posse erigi canonicatum supra numerarium ad futuram præbendam.

b ¶ *Collegijs.* Decla. Card. Nec capitula Ecclesiarum possint Canonicos supra numerarios creare super futura præbenda.

c ¶ *Sed nec reseruationes mentales.* Cõcordat tex. in c. 2. ext. eod. tit. & cap. Detestanda eo. tit. in 6.

Item sessione vigesima quinta, cap. 7. de refor.

Prohibentur beneficiorum regressus, ac coadiutoriæ cum futura successione. Hoc dicit.

CAPVT II.

CVM in beneficijs Ecclesiasticis, ea quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt, sacris cõstitutionibus sint odiosa, *d* ex patrum Decretis contraria, nemini in posterũ accessus, aut regressus, etiam de consensu, ad beneficium Ecclesiasticum cuiuscumque qualitatis concedatur, nec hactenus cõcessi suspendantur, ex-

dantur, aut transferantur. Hocque Decretũ in quibuſcumque beneficijs Eccleſiaſticis, ac in quibuſcunque perſonis, etiam cardinalatus honere fungentibus, locũ habeat. In coadiutorijs e quoque cum futura ſucceſsione idẽ poſt hac obſeruetur, vt nemini in quibuſcumque beneficijs Eccleſiaſticis permittantur.

SVPER CAPVT II.

d ¶ *Sint odioſa.* Concordat tex. in cap. ad Apoſtolicam, 8 quæſt. 1. & c. tranſmiſſa, c. ad extirpãdas, de filijs Presby. c. conſulitur, de iure patron. c. ad hæc de decim. Conc. Rom. tempore Ilarij c. 5.

e ¶ *In coadiutorijs.* Decla. Card. Epiſcopo N. petẽti, vt poſsit facere coadiutorem in Abbatia, quã in Epiſcopatus reſignitatione retinuit, cõceſſum eſt, vt eligat Vicarium ad vitam, vel coadiutorem, &c.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta, cap. 7. de reform.

Coadiutores cum futura ſucceſsione, niſi adſint qualitates omnes à iure requiſitæ, concedi non debet. Hoc dicit.

CAPVT III.

Si Eccleſiæ Cathedralis, *f* aut monaſterij vrgens neceſsitas, aut euidens vtilitas poſtulet, Prælato dari coadiutorem, is non aliàs cũ futura ſucceſsione detur, quàm hæc cauſa prius diligenter à Sanctiſ. Romano Pontifice ſit cognita: & qualitates omnes in illo cõcurrere certũ ſit, quæ à iure, & decretis huius ſanctæ Synodi, g in Epiſcopis, & Prælatis requiruntur: alias conceſsiones ſuper his factæ ſubreptitiæ eſſe cenſeantur.

SVPER CAPVT III.

f ¶ *Si Eccleſiæ cathedralis* Concordat tex. in cap. ſcripſit, & cap. quanuis, 7 q. 1.

g ¶ *Decretis huius ſanctæ Synodi.* Vt habetur ſup. de ætate, & qual. per totum.

Vt eccleſiaſtica beneficia, ſine diminutione conferantur.

TITVLVS DECIMVS.

In ſeſsione vigeſima quarta Concilij Trident. cap. 13. de ref.

Quarũ præbendarum fructus nequeant diminui. Hoc dicit.

CAPVT I.

In poſterum omnes cathedra-

les

Digitized by Google

les Eccleſię quarum redditus ſummam ducatorum mille, & parochiales, quæ ſummam ducatorũ centum *a* ſecundũ verum annũ valorem non excedunt, nullis penſionibus aut reſeruationibus *b* fructuum grauentur.

Vt eccleſiaſt.benef. ſine diminutione confer.

SV PER CAPVT I.

a ¶ *Summam ducatorum centũ.* Deciſ.Card.98. Congregatio Concilij cenſuit valorẽ centum ducatorũ, qui ex decreto 13. ſeſſ. 24. de refor. debent remanere Rectori parochialis Eccleſię, quę pẽſione grauatur eſſe intelligendũ iuxta morem cuiuſque regionis.

b ¶ *Nullis penſionibus, aut reſeruationibus.* Declar.Cardin. In reſignatione parochialium in Luſitania ſalua manet penſio reſignantibus. Petenti Epiſcopo Anconitano, quemadmodum ſi Canonici Cathedralis maneant in parochijs, deferetur ibi cultus Cathedralis, vt liceat reſignare parochias retentis triginta, vel quadraginta ſcutis, viſum eſt concedendum, modò addatur clauſula: Petente Epiſcopo, & ſeruatis ſeruãdis. Doctori Fulginati obtinenti Prioratum cum cura animarum & parochialẽ, permiſſum eſt reſignare parochialem, pẽſione arbitrio Epiſcopi reſeruata. De parochia 125. aureorũ Epiſcopo Amadẽſi, in cuius reſignatione vult re linquere 30. titulari, viſum eſt cõcedẽdũ. Poſtulatũ Brixiani presbyteri, vt ſibi liceret alteri parochiam tradere in Vicariatum perpetuum relictum eſt. Pro mercede capellani ſufficiunt 50. aurei. Merces Vicarijs perpetuis aſsignari debet, nec maior cẽtum, nec minor quinquaginta aureorũ ſũma, niſi Vicarijs temporaneis ſolitum fuiſſet plus aſsignari. Pius Quintus in Bulla incipiente, *Ad exequendum*, publicata Kalen. Februarij. 1567.

Item ſeſsione vigeſima quinta, cap. 5. de reform.

Vt beneficia ſine diminutione oneris conferantur. Hoc dicit.

CAPVT II.

RATIO poſtulat, vt illis, quæ bene conſtituta ſunt, contrarijs ordinationibus non detrahatur. Quando igitur ex beneficiorum quorumcunque erectione, ſeu fundatione, *c* aut alijs conſtitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur, *d* ſeu certa illis onera ſunt iniuncta in beneficiorum collatione, ſeu in quacunque alia diſpoſitione eis non derogetur. *e* Idẽ in præbẽdis Theo

Digitized by Google

logalibus, Magistralibus Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, aut Subdiaconalibus, quandocunque ita cõstituta fuerint, obseruetur, vt eorum qualitatibus, vel ordinibus nihil in vlla prouisione detrahatur: & aliter facta prouisio subreptitia cẽseatur.

SVPER CAPVT II.

c ¶ *Exceptione, seu fundatione.* Decla. Card. Habens capellam non tenetur promoueri ad sacerdotiũ dummodò in fundatione cautũ nõ sit, vt capellanus per se ipsum Missas celebret, sed debet curare vt per alium Missæ in illa celebrẽtur, nec erit satisfactum oneri si Missæ in alia Ecclesia erunt celebratæ.

d ¶ *Qualitates aliquæ requirantur.* Decis. Cardin. 171. Congregatio Concilij censuit, non licere Episcopo post Concilium, etiam accedente patronorum consensu derogare qualitatibus in beneficij fundatione appositis, ideòque si beneficium in fundatione certam ætatem requirat, non posse Episcopum illud, quamuis patronus consenserit, ei conferre, qui nequaquam fuerit huiusmodi ætatis. ¶ Item decisione Cardinal 193. Congregatio Concilij censuit, non posse ab Episcopo beneficij simplicibus nouũ onus imponi.

e ¶ *Eis non derogetur.* Decl. Cardin. Etiam de consensu patronorum, sed per hoc censetur sublatam esse facultatem huiusmodi, de qua per Doctores in cap. cum accessissent, de const. vbi. Abb. num. 5.

De pluralitate beneficiorum.

TITVLVS VNDECIMVS.

In sessione septima Conc. Trident. cap. 2. de reform.

Nullus potest plures Cathedrales Ecclesias obtinere. Hoc dicit.

CAPVT I.

Nemo quacunque etiam dignitate, gradu aut præeminentia præfulgens, plures Metropolitanas, seu Cathedrales Ecclesias, in titulum, siue commendam, aut alio quouis nomine contra sacrorum Canonum instituta, recipere, & simul retinere præsumat: cum valdè felix sit ille censendus, cui vnam Ecclesiam benè, ac fructuosè, & cum animarum, sibi commissarum salute regere cõtigerit. Qui autem plures Ecclesias contra præsenti decreti tenorem nunc detinent, vna, quam maluerint, retenta, reliquas ipsa iure

mem-

menſes, ſi ad liberam Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem pertineāt alias infra annum dimittere teneā tur: alioquin Eccleſiæ ipſæ, vltimo obtenta dumtaxat excepta, eo ipſo vacare cenſeantur.

De pluralitate beneficiorum.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Contra ſacrorum Canonum inſtituta.* Concordat text. in cap. Sanctorum. 70. diſt. & 21. quæſt. 1. per totam cum allegatis. in c. cum Eccleſiaſticus. inf. eod.

Eadem ſeſsione ſeptima, cap. 4. de reform.

Præſumens retinere plura incompatibilia beneficia, omnibus ipſo iure priuatur. Hoc dicit.

CAPVT II.

Quicunque de cætero *b* plura curata, *c* aut alias incompatibilia beneficia *d* Eccleſiaſtica, ſiue per viam vnionis *e* ad vitam, ſeu commēdæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine, & titulo cōtra formam ſacrorum Canonum & præſertim conſtitutionis Innocētij Tertij, *f* quæ incipit, *De multa*, recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit beneficijs ipſis, iuxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem, ipſo iure, etiam præſentis Canonicis, vigore priuatus exiſtat.

SVPER CAPVT II.

b ¶ *Quicunque de cætero.* Decl. Card. Poſsidentes beneficia citrā diſpoſitionē huius expreſsumpta diſpenſatione, in qua fundatur regula de triennali, ſe tueri nonpoſſunt, quia non habet locum contra hoc decretum, & c. 17. ſeſsione vigeſima quarta, ita vt ſuam prouiſionem tueri valeant. De parochialibus, quæ reſidentiam perſonalem requirunt, & inter ſe incompatibiles ſunt, vna tantum poteſt per hoc decretum retineri. Quoad alia beneficia reſidētiā requirentia, non reſidentes diſtributiones percipere nōdebēt, quę propter ſeruitium cultus diuini aſsignatæ ſunt, nō tamē procedē dum eſt ad priuationem dictorū beneficiorum, ſi ea cum legitimis diſpenſationibus obtinuerunt; quia de his in futurum tantum ſtatuit Concilium, dūmodò in vno illorum reſideat, vbi magis eſt neceſſaria reſidentia.

c *Plura curata.* Decl. Car. Cōgregatio cēſuit, poſſe obtinere dignitatē parochialē cū mera cura.

d ¶ *Incompatibilia beneficia.* Decl. Card. Parochiales Eccleſiæ

sunt incompatibiles cum beneficijs, in quibus assignatæ sunt distributiones quotidianæ, quas à diuinis absentes ammittãt. Quod de incompatibilibus beneficijs dicitur, idem intelligendum est de omnibus beneficijs residentiam requirentibus, quæ aliquis post publicationem Concilij recepe-rit; vt duos canonicatus, vel canonicatum cum parochiali. An obtinentes dignitates in Cathedrali Ecclesia, quarũ præbendæ sunt admodum tenues, nec ad quotidianas distributiones, etiam personaliter diuinis laudibus, cum alijs in choro inseruiant, admittũtur, possent vacante parochiali in tra ciuitatẽ, eius curã habere, seruata in reliquis forma Cõcilij videlicet si digni, & idonei in examine per concursum reperiantur. Cõgregatio censuit posse; expectandum tamẽ, donec vacet parochialis aliqua huiusmodi, tunc que Episcopum debere S.D.N. consulere & veros redditus dignitatis, & parochialis exprimere. Scribãtur literæ Archiepiscopo Valentinensi, vt Hieronymo Bodio obtinẽti parochialem in ciuitate, & canonicatum in Cathedrali, si possit vtrique commodè inseruire, desinat molestam exhibere. Hoc in compatibilitatis decretum procedit etiam in illis, qui post Concilium Tridentinũ recipiũt duos, & retinẽt sine dispẽsatione Sedis Apostolicæ: secus fiante Concilio, etiam si ab Ordinario collatio facta sit. Capellania & Monasterium quorũ fructus tenues sunt, incompatibilia beneficia, nec possunt retineri sub eodem tecto, sine dispensatione Apostolica. Capellania, quæ habet onus celebrandi certas Missas, & coadiuuandi in cura animarum Ecclesiæ plebanatus, est beneficium incompatibile, cum alio beneficio curato, vel aliàs personalem residentiam requirente, & licet eius Rector non subijciatur cap. licet. Gau. de elect. in 6. tamen comprehenditur sub decretis Concilij Tridentini, loquẽdo de beneficiorum, non tanquam curatorum residentia. Obtinenti parochialem in ciuitate, & Cathedrali si possit vtrique inseruire, non est molestia inferenda. ¶ Habentem dignitatem tenuem in Ecclesia Cathedrali, quæ distributionibus quotidianis non participet, Ecclesia parochialis inconsultò Romano Põtifice cõferri nõ debet. e ¶ *Siue per viam vnionis*. Declar. Card. Decretum hoc nõ seruandum est in his tantùm dignitatibus, & canonicatibus, quibus à principio coniuncta fuit, cura animarum, non autem si ab initio illis cura annexa nõ esset, sed posteà, vt aiũt, ex post facto. An hoc decretum habeat locum in dua-

procedant iuxta constitutionem Gregorij Decimi, g in generali Lugdunensi Concilio editam, quæ incipit, *Ordinarij*: quam eadē sancta Synodus innouandam cē set, & innouat: addens insuper, h qvòd ipsi Ordinarij etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, i & congruæ portionis fructuum assignationem omninò prouideant, vt animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipsa debitis obsequijs minimè defraudantur: k appellationibus priuilegijs, & exemptionibus quibuscunque, etiam cum iudicum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmissis minimè suffragātibus.

SVPER CAPVT III.

g ¶ *Iuxta constitutionem Gregorij Decimi.* Hæc constitutio refertur in c. Ordinarij, de offic. Ord. in 6. cuius tenor talis est.

Ordinarij locorum subditos suos, plures dignitates, vel Ecclesias, quibus animarum cura imminet obtinentes, seu personatum, aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura similis est annexa: districtè compellant: dispensationes, autoritate quarum huiusmodi Ecclesias personatus, seu dignitates canonicè tenere se asserūt: infra tempus pro facti qualitate ipsorum Ordinariorum moderandum arbitrio exhibere. Quod si fortè iusto impedimento cessante nullam dispensationem infra idem tempus contigerit exhiberi, Ecclesiæ beneficia, personatus, seu dignitates, quæ sine dispensatione aliqua eo ipso illicitè detineri constabit, per eos, ad quos eorum collatio pertinet liberè personis idoneis conferantur. Cæterum si dispensatio exhibita sufficiens euidenter appareat, exhibens nequaquam in beneficijs huiusmodi, quæ canonicè obtinet, molestetur. Prouideat tamen Ordinarius qualiter, nec animarum cura in eisdem Ecclesijs, personatibus, seu dignitatibus negligatur: nec beneficia ipsa debitis obsequijs defraudentur. Si verò de dispensationis exhibitæ sufficientia dubitetur: super hoc erit ad Sedem Apostolicam recurrendum: cuius est æstimare quem modum sui beneficij esse velit. In conferendis si super personatibus, dignitatibus, & alijs beneficijs curam habentibus animarum annexā ijdem Ordinarij diligentiam obseruent: vt personatum, dignitatem, vel aliud beneficium similem curam habens animarum alicui piura similia obtinenti, non ante conferre præsumant, quàm eis super obtentis dispensatio euidenter sufficiens ostendatur. Qua etiam ostensa ita demum ad collationem procedi volumus si appareat per eandem, quòd is, cui est collatio facienda huiusmodi personatum, dignitatem, vel beneficium retinere liberè valeat cum obtentis, vel si ea, quæ sic obtinet liberè, ac sponte resig-

reſignet. Aliter autem de perſonatibus, dignitatibus, & beneficijs talibus facta collatio nullius penitus ſit momenti.

h ¶ *Addens inſuper.* Concordat tex. in c. Epiſcopi, ſup. de cler. nō reſid. cum ibid. allegatis.

i ¶ *Vicariorum deputationem.* Declar. Car. deputatio Vicariorū habet locum in omnibus beneficijs incompatibilibus, non autem in curatis, quando ea obtinentes eis non inſeruiunt.

k ¶ *Debitis obſequijs minimè defraudentur.* Declar. Car. In hoc decreto, & præcedenti capellæ, & canonicatus, & alia beneficia nō curata requirentia reſidentiam, ſi tamen aliàs ſint incompatibilia, comprehenduntur. ¶ Per hoc decretum non permittitur Ordinarijs viſitare Eccleſias Regularium. ¶ Nec temporis longitudo obſtat, quia ab Epiſcopo compelli poſſunt ad diſpenſationes exhibendas, & illorum titulos oſtēdēdos. ¶ Sub collectores, & alij officiales Sedis Apoſtolicæ minimè comprehenduntur, neque quoad oſtenſionem titulorum, ſub hoc decreto, niſi beneficia ad Epiſcopi iuriſdictionem ſpectarent, veluti ſi eſſent membra ſancti Antonij Vienenſis, vel aliorū: ſic è contrario illi, qui obtinent duo, vel plura beneficia cum diſpenſatione legitima, ante Concilium Tridentinum obtenta, requirentia perſonalem reſidentiā, tenentur reſidere, in quo magis eſt neceſſariū: nec ideò poſſunt alteruter eo priuari, amittunt tamen diſtributiones quotidianas eius beneficij, cuius miniſterio nō inſeruiunt. Congregatio cenſuit, nihil innouandum in beneficijs ſimplicibus, quæ etiam clericatus nuncupantur, in Eccleſijs parochialibus, vel alibi cōſtitutis, quorū fructibus poſſeſſores gaudent, nullum ſeruitium, nec per ſe ipſos, nec per ſubſtitutos illis Eccleſijs præſtando, quibus dicti clericatus ſub ſunt, vt poſſint cogi, vel per ſe ipſos, vel per alios in habitu clericali manutenere, qui illis Eccleſis inſeruiant, licet cap. 3. ſeſſion. 21. præſupponat, quòd omnia beneficia ſint ad cultum diuinum, atque Eccleſiaſtica munera obeunda inſtituta, iuxta cap. vlt. de reſcriptis. libr. 6. Si tanto tempore poſſeſſores talium beneficiorum non ſunt coacti ad aliquod iſtorum, nec apparet, quod ad certum ſunt obligati, ſatis eſt, ſi dicunt horas Canonicas. Vnde ſi beneficia ipſa non requirunt reſidentiam, non debent cogi per ſubſtitutum deſeruire exemplo illius Canonici, qui cauſa ſtudiorum non reſidet, nec etiam tenetur ad ſubſtitutum. Abb. in capit. licet. de præbendis.

¶ Item seſsione vigesima quarta, cap. 17. de refor. in commu.

Nulli debent conferri plura beneficia, niſi cauſa congruæ ſuſtentationis. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Cum Eccleſiaſticus ordo peruertatur, *l* quando vnus plurium officia occupat clericorum, ſanctè ſacris Canonibus cautũ fuit, *m* neminem oportere in duabus Eccleſijs conſcribi: verum quoniam multi improbæ cupiditatis affectu ſe ipſos, nõn Deum decipientes, ea, quæ benè conſtituta ſunt varijs artibus eludere, & plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt, ſancta Synodus debitam regendis Eccleſijs diſciplinã reſtituere cupiens, præſenti decreto, quod in quibuſcunque perſonis quocunque titulo, etiam ſi Cardinalatus honore fulgeant, mandat obſeruari, ſtatuit, vt in poſterum vnum tantùm beneficium Eccleſiaſticum, *n* ſingulis conferatur: *o* quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex *p* ſufficiens, dummodò vtrunque perſonalem reſidentiam non requirat, *q* eidem conferri. *r* Hæcque non modò ad Cathedrales Eccleſias, ſed etiam ad alia omnia beneficia, tâm ſecularia, quàm regularia quæcunque etiam commendata, pertineant, cuiuſcunque tituli, ac qualitatis exiſtant. *ſ*

SVPER CAPVT IIII.

l ¶ *Cum Eccleſiaſticus ordo peruertatur*. Declar. Cardin. Non comprehenduntur dignitates cũ Canonicatu., quæ nullos, vel tenues habent fructus, licet haberent ſedem in choro, quæ ex conſuetudine per Canonicos obtineri ſolent, iuxta capit. 1. de conſuetud. in 6. Item dignitas cum beneficio curato abſque diſpenſatione Apoſtolica ante Concilĩ potuit obtineri. ¶ Capellania, cui adiunctum eſt onus deſeruiendi in choro, obtineri non poteſt cum Canonicatu per hoc decretum, non niſi haberet ſimpliciter onus celebrandi Miſſam, niſi eſſet ſub eodem tecto, & tunc poteſt cum diſpenſatione. ¶ Nec qui regreſſum habet ante Concilij publicationem ad parochialem Eccleſiam, vel Canonicatum, vel parochialem, vel ante obtinebat ſimul, non eſt moleſtandus, ſi poſt Concilium facto loco regreſſui vult obtinere vtrunque beneficium, ea tamen lege, vt reſideat in parochiali amiſſis diſtributionibus quotidianis pro tempore, quo in Canonicatu non deſeruierit. ¶ Hoc decretum non com-

comprehendit beneficia iuris patronatus.

m ¶ *Sacris Canonibus cautũ fuit.* Concordat text. in cap. clericum 21. quæſt. 1.

n ¶ *Vnum tantùm beneficium Eccleſiaſticum.* Concordat Concil. Nicæn. I. cap. 15. & 16. Antioch. cap. 3. Arel. I. cap. 2. & 22. & Mileu. cap. 15. cap. quia in tantùm, cap. referente, cap. ad hæc, cap. cũ non, cap. de multa. ext. de præb. cap. quia non nulli, ext. decler. nõ reſid. 21. q. 1. per tot. cap. Sanctorum, 70. d.

o ¶ *Singulis conferatur.* Declar. Card. Idem intelligitur cum effectu, vt vnum poſsit retinere, quia Ordinarius poteſt inſtituere præſentatum, vel conferre aliud beneficium incompatibile, vel ratione reſidentiæ, vel ratione ſufficiẽtiæ dummodò habita poſſeſsione pacifica ſecundi beneficij dimitatur primum. ¶ Congregatio die 2. Februarij 1588. idem eſſe in beneficijs, quę ſint iurispatronatus, in quibus non fit collatio, ſed inſtitutio.

p ¶ *Aliud ſimplex.* Epiſcopus non poteſt duo beneficia ſimplicia conferre vni, vt dicitur; quod tamen intellige, niſi eſſent ſub eodem tecto, Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione indigeant. ¶ Epiſcopus habenti vnum ſimplex beneficium, quod non ſufficiat ad eius ſuſtentationem, poteſt eidẽ aliud cõferre citrà diſpenſationẽ Apoſtolicam, & habenti beneficium ſufficiens poteſt conferre aliud, ſed habita poſſeſsione ſecũdi beneficij ſufficientis, vacat primum ſufficiens. ¶ Epiſcopus poteſt cõferre ſecundũ beneficiũ, ſi primũ non ſufficit ad ſuſtentationẽ, ſed ſi duo non ſufficerent, nõ poteſt conferre tertiũ abſq; diſpenſatione Apoſtolica. Pro collationibus autẽ beneficiorũ Epiſcopus nihil pro ſigillo accipere poteſt; notarius verò pro labore, charta, & alijs aureum vnũ pro beneficio. ¶ Vltra duo beneficia ſimplicia Epiſcopus vni cõferre nõpoteſt.

Simplex beneficiũ eſt Archipresbyteratus, licèt habeat aliquã iuriſdictionẽ, dũmodò reſidentia nõſit in ea neceſſaria. ¶ Beneficia etiãcurata alijs beneficijs annexa trãſeũt in ſimpliciũ naturã dũmodò acceſſoriè ſint vnita, & illorũ cura per Vicariũ ab Ordinario poſitum exerceatur. ¶ Plura beneficia nõ poſſũt obtineri, licet ſimplicia ſint, ſine diſpenſatione Papæ, intellige ſub eodem tecto, ac requirentia reſidentiam.

q ¶ *Dummodò vtrunque perſonalem reſidentiam non requirat.* Decl. Card. Illi, qui obtinent duo, vel plura beneficia cum legitima diſpenſatione ante Concilium Tridentinũ obtenta requirentia perſonalem reſidentiam, tenentur reſidere, in quo maior eſt neceſsitas, nec

nec id circò possunt alterutro privari: amittunt tamen distributiones quotidianas eius beneficij, cui non inseruiunt.

7 ¶ *Eidem conferre.* Decis. Cardin. 76. Congregatio Concilij cē fuit, Episcopum ex causa posse dispensare, vt quis possit obtinere duo beneficia disformia sub eodem tecto, dummodò, quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem prouisi. ¶ Item decis. Cardinal. 79. Congregatio Concilij censuit, consuetudini permittenti, vt in eadem Ecclesia dignitas cum canonicatu per eundem obtineri, & retineri possit, non censeri derogatum ex decreto Concilij Tridentini, cap. 17. sessione 24. de reformatione, vbi disponitur habenti beneficium competens non posse conferri alterum. Item decisio Cardina. 85. Congregatio censuit, quod si habenti vnum beneficium sufficiēs, aliud sufficiens eb Episcopo fuerit collatum, habita pacifica possessione secundi, vacat primum sufficiens. Item decis. Cardinal. 142. Congregatio Concilij censuit, qui dispensatus est ad beneficia, dummodò plura semel non sint, non posse obtinere plura, quam vnum, quamuis illud ad vitam obtinentis honestè sustentandam non sufficere. ¶ Item decisio. Cardinal. 107. Congregatio Concilij censuit obtinentem legitimè præbendam, & parochialem ante Concilium, posse post Concilium vtrunque beneficium retinere, dummodò in parochiali resideat. ¶ Item decisio Card. 159. Congregatio Concilij censuit, Episcopum habenti vnum simplex beneficium, quod non sufficiat ad eius sustentationem posse aliud simile conferre, sed non posse plura simplicia vsque ad eius sustentationem eidem conferre.

Item decis. Card. 229. Congregatio Cōcilij censuit, nō posse ab Ordinarijs fieri vniones parochialium Ecclesiarū, obstātibus Collegijs secularium, seu regularium personarum, non obstante decreto eiusdem Concilij c. 13. sess. 24. de reform. & si factæ fuerint, nullas esse vniones, &c.

ſ ¶ *Cuiuscunque tituli, ac qualitatis existant.* Declar. Card. Non est molestādū is, qui obtinuit vnum canonicatū ab Ordinario, & vnā parochialē, cūmodò resideat in parochiali, ex Bulla Pij V. Nec etiā, qui obtinebat duos canonicatus in diuersis Ecclesijs, etiā fine dispensatione Apostolica, amittit tamē distributiones quotidianas illius canonicatus, in quo nō resident pro tēpore, quo nō deseruit. Distributiones quotidianę cuiuslibet capellaniæ arguunt residentiam in choro, ideò incōpatibilis est cum beneficijs residentiam requi-

requirentibus. Qui in præſenti plures canonicatus obtinet legitimè, & cum autoritate Sedis Apoſtolicæ ante Concilij Tridentini confirmationem, Eccleſiam parochialem, & Monaſterium perpetuò commendatum, non poteſt ex hoc decreto cogi, vt alterutrum dimittat, quaſi duas parochiales obtineat, ſed poteſt vtrũque retinere, cum Monaſterium, quamuis curam habeat animarum, appellatione tamen parochialis hoc cap. non comprehendatur. Hoc decretum licet dicatur in præſenti, ligare incipit tamen Kal. Maij anni 1564. Habens legitimè canonicatum, & parochialem ante Concilium, acquiſiuerit, poteſt vtrumque beneficium retinere per conſtitutionem ſanctæ mem. Pij Quinti, dũmodò reſideat in parochiali amiſſis diſtributionibus quotidianis: ſecus verò ſi eſſet dignitas cum canonicatu, & parochiali, quia obſtat extrauagans, execrabilis.

Eadem ſeſsione vigeſima quarta, cap. 17. de refor. in com.

Obtinens plures Eccleſias incompatibiles, tenetur vna retenta alias infrà ſex menſes dimittere. Hoc dicit.

C A P V T V.

¶ Illi, qui in præſenti plures parochiales, *t* Eccleſias; àut vnam Cathedralem, & aliam parochialem obtinent; cogantur omninò, quibuſcunque diſpenſationibus, ac vnionibus ad vitam nõ obſtantibus, vna tantùm parochiali, *u* vel ſola Cathedrali retenta, aliàs parochiales infra ſpatium ſex menſium *a* dimittere; *b* alioquin tam parochiales, quã beneficia omnia, quæ obtinent, ipſo iure vacare *c* cenſeantur; ac tanquam vacantia *d* libere alijs idoneis conferatur: nec ipſi antea illa obtinentes, tuta conſcientia, fructus poſt dictum tempus retineant. Optat autem ſancta Synodus, vt reſignantium neceſsitatibus commoda aliqua ratione, prout Summo Pontifici videbitur, prouideatur.

SVPER CAPVT V.

t ¶ *Qui in præſenti plures parochiales.* Declarat Cardin. Sub hoc c. non cõprehenduntur, qui cum parochiali obtinent dignitatem, & canonicatum habentes curam annexam. Dignitas Eccleſiæ Collegiatæ, cui à principio cura animarum iniuncta eſt, aut illi principaliter imminet, non acceſſoriè comprehenditur in hoc decreto. Qui vnam habet parochialem cũ fructibus, & alteram cum nudo titulo, vnam ex his tenetur, quã velit reſignare. Habens duas parochias,

Digitized by Google

chias,quarum altera eſt beneficio ſimplici, vel dignitati in perpetuo vnita,alteram dimittere tenetur.Cui non eſt conſtitutum ſalarium,fuit diſpenſatum, vt plures poſsit retinere,quādo timetur ne parochiales perueniant ad manus hæreticorum. Habens vnam parochialem,& titulum alterius, cuius fructus omnes alteri ſunt reſeruati,nihilominus alteram dimittere tenetur. Ordinarius poteſt Eccleſiam parochialem habenti alteram parochialem conferre,ſed poſt adeptionem poſſeſsionis pacificæ ſecundæ vacabit prima.Non comprehenduntur,qui cum parochiali obtinent Monaſterium commendatū cū cura,cum non veniat, appellatione parochialis Eccleſiæ, de qua hoc cap. Habens parochialem Eccleſiam, ac aliam dignitatem habentem etiam curam animarū, an teneatur ex decreto huius cap. intra ſex menſes alterum beneficium dimittere. Quidam aiunt, non teneri iuxta cap. ſtatutum, de elect.in 6. quodque de iure videtur,vel ex alijs Concilij decretis erit hoc caſu prouidendum, Sanctitas tamen ſua cenſuit, quia eadem videtur ratio ſubeſſe,quādo cura animarum à principio iuncta fuit dignitati. An præſumta diſpenſatio,in qua fundatur regula de triennali, habeat locum contra decretum huius cap. Cōgregatio cenſuit,quod non quia regula triennalis requirit titulum coloratum. Gemin.conſi.86.circa fin vide etiam ſeſſ. 14. cap. 9. Vnam Cathedralem, ac aliam parochialem habens Epiſcopatum, & parochialem, quam reſignare non poteſt,quia eſt de iure patronatus, nihilominus vnum dimittere tenetur ex iſtis duobus beneficijs.De poſtulatione. Quid habentes parochias, in quibus alij habēt regreſſus,vel acceſſus,coacti.reſignare,agere debent? Concluſum fuit, dādam eſſe optionē regreſſario,vt vel cedenti ſibi parochiam ſoluat eandem penſionem,vel patiatur reſignare alteri cum ſuſpenſione regreſſus.

n ¶ *Vna tantùm parochiali.* Declarat Card.Epiſcopi Cremonēſis petitiō, vt quidam presbyter duas obtinēs parochiales alteram centum ſcutorum, ex quibus ſoluit penſionem 56. alteram reſeruatis patruo omnibus fructibus poſsit vtranque retinere,penitus eſt à Congregatione reiecta. Petitio etiam de duabus parochijs, quarum altera eſt litigioſa,vt poſſit vnam retinere,dum alterius lis terminetur,reiecta eſt à ſacra Cōgregatione. Petitio etiam ,vt ex quatuor parochijs cùm ceſſerit duabus, & ſibi vnā reſeruauerit titulo S.Colūbani,liceat titulum retinere,reſponſum eſt, vt titulū relinquat,nec eo accedat. Habēs pa-

Digitized by Google

parochialialem,& Monaſterium in commendam ad vitam,cui cura imminet animarum,alteram dimittere non tenetur. Habēs duas parochiales, quarum altera eſt beneficio ſimplici, vel dignitati, in perpetuum vnita;alteram dimittere non tenetur. Habens legitimè duas,aut plures dignitates non curatas, & parochialē ſuam curatā, vnam ſolam retinere poteſt. Qui non tenetur alteram dimittere, ſi habet parochialē, & canonicatū obtētū ante Concilīū,ſed tenetur reſidere in parochiali, etiā quod in fundatione canonicatus caueat,quod illum obtinēs, ſit ipſo iure priuatus, ſi per triginta dies abſens fuerit. Papa attētaperſonarum,& locorum,qualitate diſpēſat,vt vni parochialis, & canonicatus conferatur. ſi vtrique inſeruire poteſt. Licèt aliàs reſolutum fuerit,quòd habens ante Concilium duos canonicatus, quibus ſingulis eſſet vnita parochialis, per hoc decretum non tenetur ad alterius dimiſsionem, nihilominus cōtrariū eſt verius, quòd alterum dimittere tenetur. Habēti parochiam cùm datur canonicatus Cathedralis, ſi duobus illis mēſibus elapſis,nō ſua culpa, quibus debebat dimittere parochiā; concedantur ad dimittēdum alij duo menſes. Dum hoc decretum loquitur,de beneficiorum pluralitate tollenda,ſcire oportet, ante Concilium non erat neceſſaria diſpenſatio pro retentione parochiæ cum canonicatu, quod iam habenti parochialem canonicatus conferatur adepta poſſeſsione canonicatus,vacat parochialis. Epiſcopus poteſt habenti canonicatum,aut beneficium ſimplex quod ad victum eius ſufficiat parochialem Eccleſiam conferre,& adepta poſſeſsione parochialis vacabit canonicatus. Habens beneficium ſimplex ad victum eius ſufficiēs, ſi adipiſcatur pacificam parochialis Eccleſiæ poſſeſsionē ſibi legitimè collatæ,vacat beneficium ſimplex. Habens canonicatum, & duo ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica, quorum omnium annui redditus ſecundum eſtimationem communem non excedunt ſcuta 125. non prohibetur à Concilio,quin ea omnia retinere poſsit. Concilium Tridentinū non prohibet,quin habens canonicatum retinere poſsit parochialem,& è contrà,ſed ſolùm cogit, vt quis dimittat alterum duorum acquiſitorum. Canonicus obtinens dignitatem perdit canonicatum in petitione Canonicorū Aquenſium, vt reſidentes in canonicatu poſsint parochiales retinere,ſed in hac petitione viſum eſt ſcribendum,vt doceantde perſona,& de beneficijs, ac de alijs.

Reſidens in prioratu, qui curam habet animarum, retinere poteſt

cano-

canonicatum, & beneficium simplex, sed beneficio simplici per alium inseruire debet. ¶ Habens prioratum cum cura animarum, & canonicatum, cuius distributiones amittit, potest etiam beneficium simplex retinere modò per alium ei inseruiat. Qui impetrat per nouã prouisionem Narbonensem Archidiaconatum, & obtinet alterum Archidiaconatũ Aconitanum, cum non possit possidere Narbonensem ob potentiam intrusi, cum quo litigat, petit igitur, ne priuetur Aconitano. Quę petitio contra decretum factum â Pontifice, habita, vel nõ habita possessione, cuiuscunque perinde est, rem ad S. D. N. reijciẽdã. Iuxta decisionem Cõgregationis alias editam posse canonicatum ex consuetudine Ecclesiæ in eadem obtinere dignitatẽ. An obtinens canonicatum, cui post Concilium iniunctum est munus Penitentiarij, possit vigore dictæ consuetudinis obtinere etiam dignitatem in eadem Ecclesia? Congregatio die octaua Ianuarij 1572. censuit, non posse, quia consuetudo strictè est interpretanda, & quia nemo potest esse triplex in eadem Ecclesia. Habens archipresbyteratum, si regressum habet ad parochialem, quam obtinuit ante Concilij Tridentini publicationem cum dispensatione tali, quod si regressus ei contigisset, ipsam parochialem cum archipresbyteratu, posse retinere, si casus prædicti regressus posteà euenerit, etiam post Concilium Tridentinum potest retinere, & tenetur in parochiali residere, & non perdit quicquam archipresbyteratus, nisi distributiones quotidianas.

a ¶ *Infra spatium sex mensium.* Declarat Card. Licèt habens duas parochiales infra sex menses alteram dimittere teneatur, fauore tamen Militiæ sancti Ioannis Hierosolymitani, fuit aliquibus concessus annus, si habent parochiales in Italia, & si extra, fuit datus secundus annus.

b ¶ *Dimittere.* Declarat Card. Etiamsi sint de iure patronatus laicorum, etiamsi regressatæ, & qui habet regressum, nolit præstare consensum, quia tunc facta ei obligatione resignationis cum honesta pensione, si noluerit acceptare, resignatio fiet alteri, & regressus suspenditur vsque ad cessum, vel decessum resignatarij. Habens autem parochialem, quã ex hoc decreto dimittere tenetur, si ea est obligata alteri ratione regressus, conueniendus est primo ille habens regressum, an ipse cũ aliqua pensione resignanti reseruanda parochialem velit. Quod si eam recipere recuset, alteri resignare debet cum suspensione regressus.

c ¶ *Ita*

e ¶ *Ipso iure vacare.* Decl. Car. Qui non dimittit vnam ex duabus Ecclesijs curatis intra tempus à sacro Concilio assignatum, debet condignas pœnas subire, & puniri, prout in eo statuitur.

d ¶ *Tanquam vacantia.* Cõcor. tex. in extrauag. execrab. §. qui verò, de prœben.

De decimis, primitijs, & oblationibus.

TITVLVS DVODECIMVS.

¶ In sessione vigesima quinta Conc. Trid c. 12. de refor.

Præcipitur decimarum solutio. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Non sunt ferendi, *a* qui variis artibus decimas Ecclesijs obuenientes, subtrahere moliũtur, aut, qui ab alijs soluendas temerè occupant, & in rem suam vertũt: cum decimarum solutio debita sit Deo, *b* & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadant. Præcipit igitur sancta Synodus omnibus, cuiuscunque gradus, & conditionis sint, *c* ad quos decimarum solutio spectat, *d* vt eas, ad quas de iure tenentur in posterum Cathedrali, *e* aut quibuscunque alijs Ecclesijs, vel personis, quibus legitimè debentur, integrè persoluant.

De decimis, primitijs, & oblationibus.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Non sunt ferendi.* Concor. Concil. II. Matisconen. c. 5. Cõcil. Ticinẽ. vers. in sacris. Exod. 22. & 23. Leuit. 27. Numer. 18. Tobi. 1. Malachi. 3. c. reuertimini. 6. quæstione 1. cap. decimas, cum sequentibus, 16. quæst. 7. c. parochianos, cap. ex transmissa, & sequentibus, extra eodem.

b ¶ *Debita sit Deo.* Concordat tex. in c. tua nobis extr. eod. tit. & c. decimas, 16. q. 1.

c ¶ *Et conditionis.* Declar. Car. Abbatissa, vel Moniales de bonis emptis tenentur, ad primitias, & decimas soluendas Rectori parochiali, de quibus est controuersia. ¶ Item decis. Cardin. 168. Cõgregatio Concilij censuit, si decimæ sint impositæ rei, quia ab initio fuerunt concessæ, vel traditæ cum ea conditione, & onere, vt ex eis decimæ soluantur, tunc ad quoscunque peruenerint, etiam Mendicantes, teneri eas soluere: si verò debeantur pro administranda cura animarum, tunc quia

parochi, his Mendicantibus aliqua Sacramenta non administrant, Mendicantes ad eas non teneri, si tamen à solutione decimarum Sedis Apostolicæ priuilegijs eximantur.

d ¶ *Ad quos decimarum solutio spectat.* Declaratio. Cardin. Decimæ parochiales persoluēdę sunt ijs, à quibus percipiuntur Sacramenta.

e ¶ *In posterum Cathedrali.* Declar. Card Ad decimas præteritas viderit iudex competens.

¶ Eadem sessione vigesima quinta, cap. 12. de refor.

CAPVT II.

¶ QVI decimas, f aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur. Nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta absoluantur.

SVPER CAPVT II.

f ¶ *Qui decimas.* Concord. text. in cap. omnes decimæ, 16. q. 7. c. peruenit, cap. non est, cap. tua, & cap. in quibusdam, extr. eod. Clement. 1. eodem tit.

Eadem sessione vigesima quinta, c. 12. de refor.

Fideles de bonis sibi à Deo collatis subuenire debent pastoribus suis. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Hortatur sancta Synodus omnes & singulos, pro Christiana charitate, debitoque erga pastores suos munere, vt de bonis sibi à Deo collatis, Episcopis, & parochis, qui tenuioribus præsunt Ecclesijs, largè subuenire ad Dei laudem, atque ad pastorū suorū qui pro eis inuigilant, dignitatē tuendam, non grauentur.

Eadem sessione vigesima quinta, c. 13. de refor.

Quarta funeralium Cathedrali, aut parochiali Ecclesiæ persolui debet, etiamsi alijs pijs locis hactenus concessa fuerit. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Decernit sancta Synodus, g vt quibuscunque in locis, iam ante annos quadraginta, h quarta quæ funeralium dicitur i Cathedrali, aut parochiali Ecclesiæ soli ta esset persolui, k ac postea fuerit, ex quocunque priuilegio, l alijs Monasterijs, Hospitalibus, aut quibuslibet locis pijs concessa, m eadem posthac integro iure, & eadem portione, quæ antea solebat, Cathedrali, seu parochiali Ecclesiæ persoluatur, non obstantibus concessionibus, gratijs, priuilegijs, etiam mari magno nun-

muncupatis, aut alijs quibuscunque.

SVPERCAPVT IIII.

g ¶ *Decernit sancta Synodus.* Concordat tit. de sepulturis, ext. in 6. & in Clement.

h ¶ *Iam ante annos quadraginta.* Declarat Car. Non comprehenduntur Monasteria ædificata à quadraginta annis citrà, aut quæ in dies ædificantur, præsupposito, quod huiusmodi Monasteria sint eius Religionis, cui à Sede Apostolica indultum sit, vt quartam funeralem non teneatur Episcopo soluere. A dispositione Concilij Tridentini in hoc cap. non sumitur argumentum in contrarium, quod à Monasterijs ædificatis ab annis quadraginta citrà non persoluatur quarta funeralium Episcopo, nisi Monasteria per Sedem Apostolicam ad solutionem huiusmodi quartæ partis funeralium non teneantur. Ad Monasterium Fratrum Minorũ Sancti Francisci de Obseruantia à triginta annis fabricari cœptum, post hoc decretum debeat soluere quartam funeralium Cathedrali, cum nihil innouandum, nisi à quadraginta annis soluisset stantibus concessionibus Apostolicis? Congregatio censuit, huiusmodi Monasteria, non teneri quartam funeralium persoluere Episcopo præsupposito priuilegio, quando Iulius Tertius concessit Religioni Fratrum Minorum sancti Francisci.

i ¶ *Quarta funeralium dicitur.* Declar. Card. Ad quam non tenẽtur Franciscani pro Monasterijs constructis ab annis quadraginta citrà, præsupposito priuilegio exẽptionis Iulij III.

k ¶ *Soluta esset persolui.* Declar. Card. Regularibus, qui sunt, in quasi possessione non soluendi quartam Episcopo, seu parocho, non incumbit onus probandi, ante quadraginta annos non solitã ab eorum Monasterijs. Si Regulares sunt in quasi possessione nõ soluendi, onus probandi ante quadraginta annos esse solitã soluere, spectata d prætendentes Episcopos, seu parochos.

l ¶ *Ac posteâ fuerit ex quocunque priuilegio.* Decla. Car. Idem si ante quadraginta annos, dummodò priuilegium non sit in vsu.

¶ In priuilegijs, quæ S. D. N. Mendicantibus concessit, ea mẽs fuit, vt parochi inuitentur, quartæ funeralium ante quadraginta annos ipsi Cathedrali Episcopo incumbere.

m ¶ *Ex quocunque priuilegio.* Decisi. Car. 20. Cõgregatio Cõcilij sæpius respõdit, decreto Cõcilij, c. 13. sess. 25. non cõprehendi Monasteria ædificata à quadraginta annis citrà, vel, quæ in dies ædifican-

ficantur, præsuppositò, quod sit eius Religionis, cui à Sede Apostolica indultum sit, vt quarta funeralium non teneantur soluere Episcopo. Item decis. Cardin 91. Congregatio Concilij censuit, Concilium Tridentinum, cap. 13. sess. 25. de reform. non sustulisse priuilegium, suprà quadraginta annos, ante Concilium certis Religionibus concessum, ad percipiendum quartam funeralium.

De parochijs, & alienis parochianis.

TITVLVS XIII.

¶ In Sessione sexta Concil. Trid. cap. 5. de refor.

In alterius diœcesi non licet Pontificalia exercere. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶NVLLI Episcopo liceat, *a* cuiusuis priuilegij prætextu, Pōtificalia in alterius diœcesi *b* exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, *c* & in personas *d* eidē Ordinario, subiectas tantùm, si secùs factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione ordinum sint ipso iure suspensi.

De parochijs, & alienis parochianis.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Nulli Episcopo liceat.* Concordat Concil. I. Nicæn. c. 17. & Conc. II. Arel. c. 13. & Antioch. c. 13. Sard. c. 18. & 19. & Concil. III. Carth. c. 20. & 21. & Concil. III. Aurel. c. 15. c. placuit cum sequentibus, q. 117. & c. 1. 13. q. 1. c. nullū Episcopum, cum tribus seqq. 9. q. 2.

b ¶ *Pontificalia in alterius diœcesi.* Declar. Card. Cardinales in aliena diœcesi potestatem non habent cōsecrandi Ecclesias profanatas, nisi de indulgentia Papę.

c ¶ *Nisi de Ordinarij loci expressa licētia.* Decl. Car. Nō potest Prælatus inferior etiam exemptus, huiusmodi licentiam cōcedere, sed Ordinarius loci, intelligitur Episcopus, in cuius diœcesi locus est constitutus. Patriarcha habens aliquas Ecclesias sibi immediatè subiectas in aliena diœcesi nō potest huiusmodi licētiam dare sine consensu Episcopi diœcesis. Capitulum Sede vacante potest cōcedere licentiā extero Episcopo exercēdi Pōtificalia, in cuius Ecclesias, & Ordines cōferendi, tam clericis illius diœcesis, quām alterius: iuxta tamen formā huius decreti, quæ exteris habentibus dimisso-

miſſorias ſuorum Epiſcoporum facultatem non negat ordines recipiendi ab Ordinario legitimã ad id poteſtatem habente.

d ¶ *Et in perſonas.* Declar. Car. Epiſcopus in alterius diœceſi de licentia Ordinarij loci non poteſt ordinare perſonas, quæ non ſunt ſubiectæ illi Ordinario, niſi habeant dimiſſorias generales à ſuis Ordinarijs: nec poteſt de licentia Ordinarij miniſtrare Sacramentum Chriſmatis, ſiue ſpectat cap. 1. ſeſ. 7. de reform. Non excluduntur propterea clerici aliarum diœceſum, ſi ſuas literas dimiſſorias habeant, quominus poſsint ab Epiſcopis extraneis in aliena diœceſi de licentia Ordinarij Pontificalia exercentibus ordinari. ¶ Nec Epiſcopus, qui nullum habet Epiſcopatum, poteſt in ſua Eccleſia iuriſdictionali, veluti ſi eſſet præpoſitura, ſine expreſſa licentia Epiſcopi, intra cuius fines diœceſis præpoſitura exiſtit Chriſma conferre, nec alia Pontificalia exercere. ¶ Nec poteſt Epiſcopus Pontificalia exercere in loco exempto, & iuriſdictionis non Epiſcopi, ſed inferioris: vacatus tamen ab ipſo inferiore, ſine licentia Epiſcopi, intra cuius diœceſis fines eſſet locus ille, etiamſi ille inferior prætenderet ratione exēptionis vocare Epiſcopum, quem maluerit ad miniſtrandum Sacramentum Confirmationis, dummodò locus ipſius exempti ſit intra fines diœceſis alicuius, ita vt non eſſet nullius, quia tunc poſſet, ſicuti S. D. N. Gregorius XIII. declarauit. ¶ Vicarius generalis non poteſt concedere hanc licentiam, niſi habeat ſpeciale mandatum, glo. verſ. non extendat, c. cum nullus de temp. ordin. in 6.

e ¶ *Eidem Ordinario ſubiectas tãtûm.* Deciſ. Card. 143. Congregatio Concilij cenſuit, Epiſcopum exercentem Pontificalia in aliena diœceſi de Ordinarij loci expreſſa licentia, poſſe Ordines cõferre etiam ſuis proprijs diœceſanis, non obſtante Concilio, cap. 5. ſeſ. 6. de reform. ¶ Item deciſ. Card. 159. Cõgregatio Cõcilij cẽſuit, ſi aliqua Abbatia nullius diœceſeos exiſtat, non poſſe Epiſcopum viciniorem ibi conferre Sacramentum Confirmationis, & exercere Pontificalia abſque Abbatiæ expreſſa licentia, ſed eſſe in facultate ipſius Abbatis, conuocare, quem maluerit Catholicum Antiſtitem, ſaluo tamen maiori iure Epiſcopi vicinioris ſi aliunde id ſibi competat, verum poſſe Epiſcopum viciniorem viſitare beneficia ſecularia, & clericos ſeculares dictæ Abbatiæ, illoſque culpabiles repertos corrigere, & Epiſcopum viciniorem dici tantùm illum, cuius Cathedralis Eccleſiæ ſit Abbatiæ proximior, nõ

autem locis dictæ Abbatiæ ſubiectis. Item deciſ. Car. 190. In loco exempto intra fines certæ diœceſeos exiſtenti non poſſe Epiſcopum diœceſanum etiam à ſuperiore loci exempti Ordinario accerſitum Pōtificalia exercēre, niſi de licentia Epiſcopi loci, intra cuius fines locus huiuſmodi exēptus fuerit conſtitutus. Item deciſ. Cardinal. 242. Congregatio Concilij cenſuit, Epiſcopum in aliena diœceſi exiſtentem poſſe abſque expreſſa licentia Ordinarij loci nō ſolùm ordinare perſonas illi Ordinario ſubiectas, ſed etiam alias, quæ ſuorum Epiſcoporum dimiſſorias rectè confectas ſecum attulerint. Item deciſ. Car. 250. Congregatio Concilij cenſuit, Priorem ſancti Ioannis Hieroſolymitani in locis nullius diœceſeos, in quibus ipſe iuriſdictionem ordinariam, quaſi Epiſcopalem habet, ſi priuilegiū à Sede Apoſtolica, etiam ante Concilium, obtinuerit conferendi primam tonſuram, & quatuor minores ordines, poſſe vtique ſuis ſubditis dumtaxat regularibus primam tōſuram, & quatuor minores ordines conferre. Poſſe etiam ſi dicto priuilegio fulciatur ad quemcunque Catholicum Antiſtitem eoſdem ſubditos regulares dimittere ad primam tonſuram, & quatuor minores ordines promouēdos. ¶ Item poſſe aliquem Catholicum Antiſtitem accerſire, qui ipſis ſubditis regularibus primam tonſuram, & quatuor minores in dictis locis conferat, aliaque ibidem Pōtificalia exerceat, Chriſmatiſque Sacramentum cōferat licentia alterius minimè requiſita, neque huic rei obſtare decretum cap. 5. ſeſ. 6. Quintò minimè obſtante dict. cap. 5. ſeſ. 6. eundem Antiſtitem ab eo accerſitum in eiſdem locis poſſe ſeculares, in quos Epiſcopalem iuriſdictionē prior habuerit, ad ſacros ordines promouere, ſi literas dimiſſorias Epiſcopi, cuius Cathedralis Eccleſia prioratui proximior fuerit legitimè confectas ſecum attulerint.

Item ſeſsione ſeptima, c. 11. de reform.

Quæ requirantur ad ordines ſuſcipiendos in diœceſi non propria. H. d.

CAPVT II.

¶ Facultates de promouendo *f* à quocunque non ſuffragētur, *g* niſi habentibus legitimam cauſam, ob quam à proprijs Epiſcopis ordinari nō poſsint, in literis exprimendam: & tunc non ordinentur, niſi ab Epiſcopo in ſua diœceſi reſidente, aut pro eo Pōtificalia exercente, & diligenti præuio examinare. *h*

Digitized by Google

SVPER CAPVT II.

f ¶ *Facultates de promouendo.* Deciſio Card. 100. Stante declaratione ſacræ Congregationis Tridentini Concilij ex mente fœlicis recordationis Sixti Quinti, facta videlicet quòd ſuperiores Regulares poſsint ſuis ſubditis itidem Regularibus, qui habentes qualitates requiſitas ordines ſuſcipere voluerint, literas dimiſſorias concedere, ad Epiſcopum tamen diœceſanum, & ſi is abſuerit ad quemcunque alium Epiſcopum, dum tamen ab ipſo Epiſcopo, qui ordines contulerit, examinẽtur, quoad doctrinam. Quæ ſitũ fuit, quid eſſet obſeruandum, ſi Epiſcopus, quidem adfuerit, ſed minimè ordinationes voluerit habere? Congregatio Concilij rem ad Sanctum Dominum noſtrum Clementem Octauum, relatam cenſuit, in caſu, quo Epiſcopus fuerit præſens, & noluerit habere ordinationes, idem prorſus obſeruandum eſſe, quod declaratũ fuit reſeruari debere, ſi Epiſcopus fuerit abſens, ita tamen, ſi ſuſceptio ordinum data opera non fuerit, delata in id tempus, quo Epiſcopus diœceſanus nullas eſſet habiturus ordinationes.

g ¶ *Non ſuffragentur.* Declarat Card. An qui facultatem à Sede Apoſtolica obtinuit, vt poſsit ordinari ab alio, quam à ſuo Ordinario debeat nihilominus probitatem ſuam, & mores Ordinarij ſui teſtimonio probare. Congregatio cenſuit, ita debere, prout, & ſignatura gratiæ S.D.N. iã dudum ſolita eſt in huiuſmodi facultatibus ponere clauſulam illã, de licentia Ordinarij.

h ¶ *Et diligenti prævio examine.* Declar. Car. An Epiſcopus, qui à ſua diœceſi abeſt, debet ſubditos ſuos, non aliter, quàm probatos, & examinatos ad alium Epiſcopum ordinandos dimittere, poſſit ſuas literas dimiſſorias dare, & ordinandos ſubijcere ſuo examini, ſi ita ſibi videtur. Et ſi abſentes ſint, ad ſe, vt ipſos examinet, vocare, ſi commodum erit, alioquin eorum examen committere Ordinario loci, in quo illi degunt. Intelliguntur à Sede Apoſtolica conceſſæ, non tamen ab Ordinarijs, quæ appellantur literæ dimiſſoriæ.

Item ſeſsione decima quarta, c.2. de reform.

Epiſcopi titulares nullibi valeãt quemquam abſque ſui Prælati expreſſo conſenſu ordinare. Hoc dicit.

CAPVT III.

Quoniã nõnulli Epiſcopi Eccleſiarũ, quę in partibus in fideliũ cõſiſtũt, clero carẽtes, & populo Chriſtiano, cum ferè vagabundi ſint, & permanentem ſedem non

Digitized by Google

habeant; nõ quæ IESV Chriſti ſed alienas oues inſcio proprio paſtore quęrentes, dum per hanc ſanctam Synodum, [i] ſe Pontificalia officia in alterius diœceſi, niſi de loci Ordinarij expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantum, exercere prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum, quaſi Epiſcopalem cathedram in loco nullius diœceſis ſua temeritate eligunt, & quoſcunque ad ſe venientes, etiam ſi ſuorum Epiſcoporum, ſeu Prælatorum literas commendatitias non habeant, clericale charactere inſigniri, & ad ſacros etiam presbyteratus ordines promouere pręſumunt: quo plerũque fit, vt minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui à ſuo Epiſcopo tanquam inhabiles, & indigni reiecti fuerunt, ordinati, nec diuina officia peragere, nec Eccleſiaſtica Sacramenta rectè valent miniſtrare. Nemo Epiſcoporũ, qui titulares vocantur, etiamſi in loco nullius diœceſis, etiã exẽpto, aut aliquo Monaſterio, cuiuſuis Ordinis reſederint, aut morã traxerint, vigore cuiuſuis priuilegij ſibi de promouendo quoſcunque ad ſe venientes pro tempore conceſſi, alterius ſubdictum, etiam prætextu familiaritatis continuæ commenſalitatis ſuæ abſque ſui proprij Prælati expreſſo conſenſu, [k] aut literis dimiſſorijs, ad aliquos ſacros, aut minores ordines, vel primam tonſurã promouere, ſeu ordinare valeãt. Contra faciens, ab exercitio Pontificalium per annum, taliter verò promoti ab axecutione ordinum ſic ſuſceptorum, donec ſuo Prælato viſum fuerit, ipſos iure ſint ſuſpenſi.

SVPER CAPVT III.

[i] ¶ *Per hanc ſanctam Synodum.* Videlicet in cap. 1. ſup. eod.

[k] ¶ *Proprij Prælati expreſſo conſenſu.* Concordat cap. vnuſquiſque inf. eod. cum ibid. alleg.

Eadem ſeſsione decima quarta, cap. 3. de reſor.

Clerici abſque approbatione ſui Epiſcopi ordinati, poſſunt ab ipſo ſuſpendi, ſi minus idonei reperti fuerint. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Epiſcopus quoſcũque ſuos clericos, [l] præſertim in ſacris conſtitutos, abſque ſuo præcedenti examine, [m] & commendatitijs literis, quacunque autoritate promotos [n] licet tanquam habiles ab eo, à quo ordinati ſunt, probatos, quos tamen ad diuina officia celebranda, ſeu Eccleſiaſtica Sacramenta mininiſtranda minus ido

idoneos, & capaces repererit, à susceptorum ordinum exercitio ad tẽpus, de quo ei videbitur, suspendere, & illis ne in altari, aut aliquo ordine ministrent, interdicere possit.

SVPER CAPVT IIII.

l ¶ *Episcopus quoscunque suos clericos.* Decla. Card. Episcopus non potest examinare promotos à suo antecessore, nisi post promotionem aliqua noua causa superuenerint, vt in c. accepimus, de ætate & qualitate ordina. Quod si idẽ Episcopus aliquos minus idoneos ordinauerit, eos suspẽdere debet. Suspẽsus, ab eo tãquã non idoneus à celebratione Missarũ, per testes in vrbe idoneitatem probans absoluendus est.

m ¶ *Absque suo præcedẽti examine.* Decl. Card. Cõgregatio cẽsuit nõ cõprehẽdi examinatos, & promotos ad sacros ordines, à prędecessoribus Episcopis, nisi post promotionẽ noua causa superuenerit.

n ¶ *Quacunque autoritate promotos.* Decis. Card. 177. Cõgregatio Concilij censuit Episcopi Vicarium habentem generale mandatum, in forma, posse absente Episcopo cõcedere dimissorias ad ordines atque item remittere interstitia, ideo quantum ad hoc pertinet, oratores, nisi aliud obstet, esse ritè promotos, sed ex eo quod eodem die oratores minores ordines susceperint, ita demum esse male promotos si regionis consuetudine receptum non sit, vt ipsi minores ordines eodem die cõferantur. Item decis. Cardin. 181. Congregatio Cõcilij censuit, decretum Concilij, c. 3. sessio. 4. non cõprehẽdere examinatos & promotos à prædecessoribus Episcopis, nisi post promotionem noua causa superuenerit.

Eadem sessione decima quarta. cap. 8. de refor.

In alienos subditos clericos, nemo procedere debet, sine proprij Episcopi interuentu. Hoc dicit.

CAPVT V.

Quia nonnulli, quorum etiam aliquid verè sunt pastores, ac proprias oues habent alienis etiam ouibus o præesse quærunt, & ita alienis subditis, quandoque intẽdunt, vt suorum curam negligãt: quicunque (etiã Episcopali præditus dignitate) qui alienos subditos puniendi priuilegium habuerit, contra clericos sibi nõ subditos, præsertim in sacris cõstitutos, quorumcunque etiam atrocium criminum reos, nisi cũ proprij ipsorũ clericorũ Episcopi, si apud Ecclesiam suam resederit, aut

aut perſonę ab ipſo Epiſcopo deputandæ interuentu nequaquam procedere debeat: alias proceſſus & inde ſequuta quæcunque viribus omninò careant.

SVPER CAPVT V.

o ¶ *Alienis etiam ouibus.* Concordat c. quoniam. ſup. hoc. eod. tit.

Eadem ſeſsione decima quarta, cap. 9. de refor.

Beneficia vnius diœceſis, non debent vniri beneficijs, ſeu locis pijs alterius diœceſis. Hoc dicit.

CAPVT VI.

QVIA iure optimo, p diſtinctæ fuerunt diœceſes, & parochiæ, ac vnicuique gregi proprij attributi paſtores, & inferiorum Eccleſiarum rectores, quiſuarum quiſque ouiũ curam habeant, vt ordo Eccleſiaſticus non confundatur, aut vna, & eadem Eccleſia duarũ, quodammodo diœceſum fiat, non ſine graui eorum incommodo, qui illi ſubditi fuerint: beneficia vnius diœceſis, etiamſi parochiales Eccleſiæ, vicariæ perpetuæ, aut ſimplicia beneficia, ſeu præſtimonia, aut præſtimoniales portiones fuerint, etiam ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacunque de cauſa, alterius diœceſis beneficio, aut Monaſterio, ſeu Collegio, vel loco etiã pio perpetuo nõvniantur, decretum huius ſanctæ Synodi q ſuper huiuſmodi vnionibus in hoc declarando.

SVPER CAPVT VI.

p ¶ *Quia iure optimo.* Concordat tex. in cap. Eccleſias. 13. q. 1. c. 1. 99. diſt. & 80. diſt. per totam.

q ¶ *Decretum huius ſanctæ Synodi.* Videlicet cap. vt Eccleſiarum, ſup. de præbend. & dignit.

Item ſeſsione vigeſima tertia, cap. 3. de refor.

Epiſcopus ſubditos ſuos non, niſi probatos debet ad alium ordinandos dimittere. Hoc dicit.

CAPVT VII.

Epiſcopi per ſemetipſos r ordines conferant, quòd ſi ægritudini fuerint impediti, ſubditos ſuos non aliter, quàm iam probatos, & examinatos ſ ad alium Epiſcopum ordinandos dimittãt. t

SVPER CAPVT VII.

r ¶ *Epiſcopi per ſemetipſos.* Decla. Card. Hoc cap. non aduerſa

tur

tur proximò sequenti. Ordinarij dimissorias pro accipiendis ordinibus, nemini concedant, nisi eum examinauerint, vel examinari fecerint per suum delegatum, ad hoc specialiter deputatū, quod seruandum est etiam cum illis, qui à Sede Apostolica facultatē habent, ordines, à quocūque suscipiendi. An Episcopus absens, à sua diœcesi possit dare dimissorias, quando & quomodo diœcesanis absentibus, videnot. inf. c. 8. Episcopus potest alienos clericos ordinare, si habeant dimissorias proprij Ordinarij, iuxta c. 8. inf. licet Episcopus dimittens ex alia legitima causa, quam ægritudinis sit impeditus. Dimissorias verò literas Episcopus quāquā absens dare potest, ac ordinādos etiā sub suo examine subijcere, si ita sibi videbitur, ita tamē, vt eos examinet, si cōmodū erit. Alioquin eorum examen cōmittere Ordinario loci, in quo illi degunt, & ordinandi sunt.

f ¶ *Iam probatos, & examinatos.* Declar. Cardin. Dandam licentiam diœcesano à suo Ordinario Congregatio censuit, vt ad sacros ordines ab alijs Episcopis promoueri possit, cum testimonio tamen de vita, & moribus proprij Ordinarij, vt sancitum est, sessione 23. cap. 8. in hac parte non aduersari præsens, capite etiam declarauerit,

t ¶ *Ordinandos dimittant.* Decis. Cardinal. 35. Congregatio Concilij censuit. Episcopū posse alienos clericos ordinare, si habeant literas dimissoriales proprij ordinarij, licèt Episcopus literas dimissoriales concedere alia legitima causa, quàm ægritudinis, expressa in cap. 3. sess. 23. de reform. fuerit impeditus.

Item sessione vigesima tertia, cap. 8. de reform.

Facultas promouendi â non suo Episcopo, dumtaxat suffragatur ei, cuius mores Ordinarij sui testimonio cōmendentur. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

¶ Vnusquisque *u* à proprio Episcopo ordinetur: *a* quòd si quis ab alio promoueri petat, *b* nullatenùs id ei, etiā cuiusuis generalis, aut speciales rescripti *c* vel priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus permittatur, nisi eius probitas, *d* ac mores Ordinarij sui testimonio commendentur. *e* Si secùs fiat, *f* ordinans à collatione ordinum per annū, & ordinatus, â susceptorum ordinum *g* executione, quandiū proprio Ordinario vibebitur expedire, sit suspensus.

S V-

SVPER CAPVT VIII.

a ¶ *Vnusquisque.* Concor. tex. in c. 1. cum tribus seqq. 71. d. cap. quoniam, sup. eod. c. 21. q. 2. c. 1. & 2. de temp. ord. in 6. Conc. I. Nicæn. c. 17. Concil. III. Aurel. c. 15. Magunt. c. 14.

a ¶ *A proprio Episcopo Ordinetur.* Declar. Card. De omnibus ordinibus tam sacris, quàm minoribus intelligitur.

b ¶ *Ab alio promoueri petat.* Declar. Card. Et est concedenda cũ infrascripta probatione probitatis, & morum tantùm, nec aduersatur, cap. 13. suprà positum, nec 11. istiusmet sess. ¶ S. D. N. Gregorius XIII. statuit, vt regulares suscipiant ordines sacros ab Episcopus, in quorum diœcesi sunt Monasteria, in quibus tunc degunt, vel dimissorias ab eis accipiant, iuxta hoc decretum.

c ¶ *Aut specialis rescripti.* Declar. Car. Etiam à Sede Apostolica absenti.

d ¶ *Nisi eius probitas.* Declarat Card. Qui à Sede Apostolica obtinuit, vt ordinari possit ab alio, quàm à suo Ordinario, debet probitatem suam & mores Ordinarij, seu testimonio comprobare, ac ideò inoleuit illa clausula suo Ordinario, vel de eius licentia probitas, & mores ordinandi cõmendentur à quocunque alio. Item censuit Congregatio die 28. Aprilis 1575. ¶ Eadem die & anno censuit Congregatio, in casu, quo aliquis fuerit absens per plures annos ab Ordinario, ita vt illum commendare de vita, & moribus non possit, sufficere teras dimissorias Ordinarij, quæ continebunt, quòd ordinandus non sit excommunicatus, vel contumax, sed de legitimis parentibus: informatio verò de vita, & moribus habenda est ex loco, in quo fuit versatus. Bayliuo sancti Stephani Hierosolym. petenti, ne aliquis Episcopus possit ordinare subditum Bayliui, atque ipsius fide, & testimonio de vita, & moribus ordinandi? Congregatio respondit, nihil, & ad ordines, quòd Episcopi viciniores non habere possent notitiam de vita, & moribus eorum, qui sui subditi non sunt, & subditos non inuenire Episcopos, qui eos ordinare velint, absque testimonio, & fide sui Ordinarij, requirentibus Episcopis posse tunc has fides dare. Episcopus Vrgellensis, antequam subditos aliquos Abbatis Monasterij Beatæ Mariæ Ordinis sancti Augustiai Canonicorum Regulariũ ordinare vellet, decernebat nomine suo proprio edictum, vt in Ecclesia dicti Monasterij publicaretur, si qui ad Ordines maiores assumẽdi essẽt, iuxta c. 5. præsent. sessio. Congregatio censuit, debere Episcopum mittere

mitterē edicta ad Abbatem, aut debere curare, vt illa publicentur nomine suo proprio in Ecclesijs parochialibus sibi subiectis, erat enim Abbas in quasi possessione, vt in eius Ecclesia, aut oppido nō publicarentur aliqua edicta, decreta ab aliquo Ordinario, nisi in subsidium eius.

e ¶ *Testimonio commendentur.* Declar. Card. Etiam si essent absentes, & ad titulum pensionis, vel patrimonij assumendi essent, sed non testimonij Vicario generalis, nisi haberent specialem mandatum concedendi dimissorias. Per literas, quas Episcopus absens à sua diœcesi poterit dare, si absentes diœcesani literas petierint, vt ordinari possint ab alio, & propter absentiam valdè eis incommodum sit ire ad subijciendum se examini Ordinarij, poterit Ordinarius Episcopus examen illorū demandare Episcopo loci, in quo degunt.

f ¶ *Si secùs fiat* Declar. Cardin. Clericus ab alieno Episcopo sine Ordinarij sui dimissorijs ordinatus, & ministrans, efficitur irregularis.

g ¶ *Susceptorum ordinū.* Declar. Card. Absoluere à suspensione eos, qui nulli' diœcesis existētes, sine literis dimissorijs ordinati fuerunt, spectat ad Episcopum, ad quem ex Cōcilio pertinebat illis dimissorias concedere. Proprius Episcopus ad hoc, vt possit dimissorias cōcedere, dicitur ille, in cuius diœcesi ordinandus beneficiū habet. Et ita fuit iudicatum in vna Leodiensium, si rectè cōsideretur Episcopus ordinans ait quē ad primam tonsuram, quē parentes dicebant natum in diœcesi, & pro tali habetur, non incurrit irregularitatem, etiā si sit alterius diœcesis. Ita in vna Hieracensium cē fuit Congregatio.

Eadem sessione vigesima tertia, cap. 9. de refor.

Quando Episcopus familiarem suum non subditum ordinare poterit. Hoc dicit.

CAPVT IX.

Episcopus familiarem suum h non subditum ordinare non possit, nisi per trienium, i secū fuerit commoratus, & beneficium k quacunque fraude cessante, statim re ipsa illi conferat: consuetudine quacunque, etiā immemorabili, in contrariū non obstante.

SVPER CAPVT IX.

h ¶ *Episcopus familiarē suū.* Declar. Cardin. Habet locum hoc decretum, etiam in minoribus ordinibus, vt teneatur Episcopus etiā conferre beneficium.

i *Nisi*

i ¶ *Nisi per triennium*. Declar. Card. Exidentitate rationis sufficit, quòd triennium inceperit, antequam fuisset Episcopus. Familiaris Episcopi, de quo hoc decretum loquitur, etiam potest ordinari ad titulum patrimonij, si illud sufficiens habuerit, & si Episcopus ita iudicauerit pro necessitate, aut commoditate Ecclesiæ, iuxta decretũ cap. 2. sess. 21. modò certæ, aut particulari Ecclesiæ adscribatur, vbi suo munere fungi debeat, iuxta c. 16. infra hac eadem sessio. Congregatio Concilij declarauit, quod scilicet Episcopus possit ordinare familiarem suum triennalem non subditum, & dare illi dimissorias ad ordinẽ à quocunque: dispensare tamen non potest super illis interstitijs, de quibus c. 12. & 14. infra hac eadem. sess. nisi pro Ecclesiæ suæ vtilitate. Quicunque per decem annos, siue in cura, siue alibi resederit, potest ibidem à Vicario Sanctissimi ordinari, familiares verò, seu officiales Papæ, ac familiares Cardinaliũ, & si Cardinales habitassent Romæ, atque etiam Episcoporum in Curia residẽtiũ qui saltem per triennium habitauerint in vrbe possunt de licentia ipsorum dominorũ à Vicario Sanctissimi promoueri, dum tamen supradicti omnes sufficientem titulum habeãt, & alia à iure requisita.

k ¶ *Et beneficium*. Decl. Card. Episcopus ordinat familiarẽ suũ etiam ad titulum pensionis, si pro cõmoditate, vel necessitate, suarũ Ecclesiarum iudicat ordinandũ. Item decisio Cardin. 111. Dubitatum fuit, an Episcopus, qui decreto Cõcilij, cap. 9. sessio. 23. familiarem suum sibi non subditũ, & per triennium secum commoratum ordinat, collato ei statim re ipsa beneficio, possit postea cũ eodem, quoad tẽporum interstitia, dispensare, in casibus tamẽ cõprehensis. cap. 11. & 13. eiusdẽ sess. Congregatio Concilij cẽsuit, posse. An sufficiat aliquem obtinere in aliena diœcesi beneficiũ simplex, vt ordinari queat? Congregatio Concilij censuit, sufficere quod beneficium sit simplex.

Eadem sessione vigesima tertia, cap. 8. de refor.

Abbatibus nõ licet intra fines alicuius diœcesis, cuiquam nisi regulari sibi subdito tonsuram, seu minores ordines conferre. Hoc dicit.

CAPVT X.

¶ Abbatibus, ac alijs quibuscũque, *l* quantumuis exemptis, *m* non liceat in posterum intra fines alicuius diœcesis consistentibus, etiam si nullius diœcesis, vel exempti esse dicantur, cuiquã, qui

qui regularis ſubditus ſibi non ſit, n tonſuram, vel minores ordines conferre.

SVPER CAPVT X.

¶ *Abbatibus, ec alijs quibuſcunque*, Declar. Card. Abbates primam tonſuram, aut minores ordines, præterquam ſuis ſubditis regularibus, alicui conferre non poſſunt, non obſtante quacunque conſuetudine contraria. Quidam laicus annis elapſis primam tonſuram ſuſcepit, & ordines minores ab Abbate Caſsinenſi, eius in temporalibus, & ſpiritualibus ſuperiore, credens, illum habere poteſtatem, ſed cum ſit contradiſpoſitionem huius cap. dubitatur, an iſte indigeat diſpenſatione, vel neceſſe habeat, cupiēs eſſe clericus, iterū ordinari ad dictos ordines tanquam nullter ei collatos? Congregatio Concilij ſic reſpōdit. Indiget diſpenſatione, ſed nō eſt neceſſe, vt iterum ordinetur. Abbates regulares habentes ius baculum deferendi, & mitram, poſt quam ſacerdotalem ordinem, & munus benedictiōnis ſuſceperint, poſſunt tōſurā, & ordines minores ſubditis Epiſcopi iuriſdictioni cōferre, ſi modò ipſius Epiſcopi cōſenſus accedat, & à dicto Epiſcopo pro ſe quiſque literas dimiſſorias impetrauerit; ita vt ſatis non ſit idgeneratim ab Epiſcopo conceſſum eſſe, ſed hac conceſsione ſemper opus eſt ſingulis. Etiā ſi nō eſt benedictus Abbas poteſt ſuis ſubditis ordines minores cōferre, ſi id fuerit ei ex priuilegio conceſſum. Abbas, qui eſt benedictus, vel ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ habet, vt Pontificalia exercere poſsit, ac ſi eſſet benedictus, poteſt omnia ſacra benedicere, illis exceptis, in quibus vnctio requiritur. Poſſunt, etiá dicti Abates ordines cōferre alijs Regularibus, qui dimiſſorias ſpeciales ſuorum ſuperiorū, nec nō ſpecialē cōſenſum Epiſcopi loci habuerint, in quo ordines huiuſmodi ſuſcipere cupiūt. Tōſuratus verò ab Abbate nōbenedicto, vel nō habēte hāc poteſtatē ex priuilegio Sedis Apoſtolicę, debet iterū tōſurari. Præterea idē Abbates ſacerdotes, & benedicti dictos ordines conferre poſſunt ſecularibus aliorū Epiſcōporū iuriſditioni ſubiectis, modò attulerint ſuorū ſuperiorū ſpeciales licētias, & ſpecialē conſenſum Epiſcopi loci in quo ordines cupiunt ſuſcipere.

m ¶ *Quantumuis exemptis.* Decla. Card. Nō licet Præpoſito Terræ Prati Florentinenſis dioceſis concedere literas dimiſſorias, & idē de Archipresbytero Terræ Collis, qui eſt exemptus, & habet iuriſdictionem ordinariam, & de Archipresbytero Batenſi habente multa priuilegia Apoſtolica, & exemptiones.

n Sub-

n ¶ *Subditus sibi non sit.* Decla. Card. Hoc verò si jure proprio sibi liceat, vt in c. Abbas, de priuilegijs, in 6. secus si ex priuilegio Apostolico, cap. 5. sess. 6. Ibidem Episcopum loci Capituli Sede vacante, eadem pœna ad impetrãtes dimissorias ab Abbatibus, & similibus. Itẽ decis. Card. 97. Cõgregatio Concilij censuit, Abbates etiam benedictos, vel habentes facultatem â Sede Apostolica faciendi omnia, quæ facere possunt Abbates benedicti, non possunt primam tonsuram, & quatuor minores ordines conferre sibi non subditis, nisi habeãt literas dimissorias suorum Ordinariorũ.

Eadem sessione vigesima tertia, cap. 10. de refor.

Ea omnia, quæ ordinationem clericorũ secularium concernunt, ad Episcopos, & non ad alios pertinent. Hoc dixit.

CAPVT XI.

Abbates, o & alij exempti, p aut Collegia, vel capitula quæcũque, etiam Ecclesiarũ Cathedraliũ, literas dimissorias aliquibus clericis seculoribus, vt ab alijs ordinentur; non concedant, sed horũ omniũ ordinatio, seruatis omnibus quæ in huius sanctæ Synodi decretis continẽtur, q ad Episcopos, intra quorum diœceſis fines existant, r pertineant: non obstantibus quibusuis priuilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus. s

SVPER CAPVT IX.

o ¶ *Abbates.* Decla. Card. Nulli Abbati, etiam quibusuis priuilegijs munito, licet concedere dimissorias cuicunque clerico seculari, etiam ad Ordinarium eius directas. Præsuppositа declaratione Cõgregationis aliàs edictа, quod superiores regulares dimissorias ad ordines suscipiẽdos cõcedere possint Regularibus sibi subiectis ad diœceſanũ. An possint concedere literas dimissorias pro ordinibus personis Regularibus dicti Monasterijs sui. Congregatio die 22. Maij censuit posse.

p ¶ *Et alij exempti.* Decl. Card. Licẽt Fratres sancti Ioannis Hierosolymitani sunt priuilegiati etiã circa clericos, qui in eorum Monasterijs, & ordinibus inseruiunt, non possunt tamen literas dimissorias ad ordines suscipiendos alijs concedere, nisi fuerint sui ordinis professi.

q ¶ *Synodi decretis continentur.* Videlicet infra de tẽpore ordin. per totum.

r ¶ *Diœceſis fines existant.* Decis. Card. 6. Congregatio Concilij

lij cenſuit, oratorem pro obtinẽdis dimiſſorijs poſſe adire etiam eum Epiſcopum, in cuius diœceſi beneficium obtinet Eccleſiaſticum.

ſ ¶ *Etiã immemorabilibus.* Decl. Card. Non licet ex hoc decreto Fratribus ſancti Ioannis Hieroſolymitani concedere aliquibus clericis ſecularibus literas dimiſſorias, vt ab Epiſcopis ordinẽtur. Inter Archimandritã, & Archiepiſcopum Meſſanenſem ſuper collatione ordinum, & conceſſione literarum dimiſſoriarum, circa hoc cap. controuerſia vertente, Congregatio cenſuit, non licere Archimandritæ ordines conferre.

Item ſeſsione vigeſima quarta, cap. 13. de refor.

Vbi Eccleſiæ parochiales certos nõ habent fines, eos quam primum Epiſcopus conſtituere debet : & parochiales, ſi alicubi deſint, fieri mãdet. Hoc dicit.

CAPVT XII.

IN his ciuitatibus, ac locis, vbi parochiales Eccleſiæ certos non habent fines, nec earum Rectores proprium populum, quẽ regant, ſed promiſcuè petẽtibus ſacramenta adminiſtrant, mandat ſancta Synodus Epiſcopis pro tutiori animarum eis commiſſariũ ſalute, vt diſtincto populo in certas, propriaſque parochias, vnicuique ſuum perpetuũ peculiarem parochum aſſignent t qui eas cognoſcere valeat, & à quo ſolo licitè ſacramenta ſuſcipiant: u aut alio vtiliori modo, prout loci qualitas exegerit, prouideant. Idemque in his ciuitatibus, ac locis, vbi nullæ ſunt parochiales, quàm primum fieri curẽt non obſtantibus, quibuſcunque priuilegijs, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus.

SVPER CAPVT XII.

t ¶ *Peculiaremque parochum aſſignent.* Concordat tex in cap. 1. 13. quæſtio. 1. cap. plures. 16. q. 1. cap. 1. ext. hoc eodem tit. & cap. quia iure ſup. eod.

u ¶ *Sacramenta ſuſcipiant* Deciſ. Card. 262. Congregatio Concilij cẽſuit, ſi in oppido eſt Eccleſia pachiales abſque fonte baptiſmali, & Archipresbyteratus ab illa ſeparatus cum fonte baptiſmali, ita demum Archipresbyteratũ cui aliàs cura non incumbit animarum, eſſe curatum, ſi tenentur homines oppidi pro pueris baptizandis ſolũ Archipresbyterum adire, & ille tenetur id Sacramentum adeuntibus miniſtrare.

Digitized by Google

CAPVT III.

Cum nonulli, qui sub prætextu, quòd super bonis, & rebus, ac iuribus suis diuersæ eis iniuriæ, ac molestiæ inferantur, certos iudices e per literas conseruatorias deputari obtinent, ac defendant, & in possessione, seu quasi bonorum, rerum, ac iurium suorum manuteneant, & conseruent, nec super illis eos maiestari permittant, eiusmodi literas in plerisque contra concedentis mentem in reprobum sensum detorqueant: id circò nemini omninò cuiuscũque dignitatis & conditionis sit, etiã si Capitulũ fuerit, cõseruatorias literæ f cum quibuscunque clausulis, aut decretis, & quorumcunque iudicũ deputatione, quocunque etiam alio prætextu, aut colore concessæ suffragentur ad hoc, vt coram suo Episcopo, siue alio superiore Ordinario in criminalibus & mixtis causis accusari, & conueniri, ac contra eum inquiri, & procedi non possit, aut quominus si quo iura ei ex cõcessione competierint, super illis libere valeat apud iudicem Ordinariũ conueniri. In ciuilibus etiã causis, si ipse actor extiterit, aliquẽ ei apud suos conseruatores iudices in iudicium trahere minimè liceat.

e ¶ *Certos iudices.* Concordat tex. in cap. 1. & c. vltimo. de officio delegat.

f ¶ *Conseruatoriæ literæ.* Decla. Card. Cõseruatorię Vniuersitatũ non sunt in hoc decreto comprehensæ, neque a Concilio comprehensæ, c. 20. sess. 24. de refor. reformatæ, vel abrogatę. Literæ conseruatoriæ concessæ Vniuersitati, vel Regularibus, vel alijs, quas hoc decreto Concilium voluit esse saluas, non sunt sublatæ altero decreto Concilij, sessione 24. cap. 10.

Eadem sessione decima quarta, cap. 5. de reform.

Quinam tueri se possint literis cõseruatorijs, qui autem non. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Familiaribus eius, qui literis conseruatorijs tueri se solẽt, nihil illæ prosint, præter quã duobus dumtaxat, si tamen illi proprijs eius sumptibus vixerint. Nemo etiã similiũ literarum beneficio, vltra quinquennium g gaudere possit. Non liceat quoque cõseruatoribus iudicibus vllum habere tribunale rectum. In causis verò mercedum, aut miserabilium per-

perſonarūm, huius ſanctæ Synodi ſuper hoc decretum in ſuo robore permaneat. Vniuerſitates autem generales, *h* ac Collegia Doctorum ſeu Scholarium, & Regularia loca, *i* nec non Hoſpitalia actu Hoſpitalitatem ſeruantia, ac Vniuerſitatū, Collegiorū, locorū & Hoſpitalium, huiuſmodi perſonæ in præſenti canone minimè comprehenſæ, ſed exemptæ omninò, ſint, & eſſe intelligãtur.

SVPER CAPVT IIII.

g ¶ *Vltra quinquenium*. Decla. Card. Literæ conſeruatoriæ ſunt omninò ſublatæ, nec eis poterit quiſquã ſe tueri, niſi per quinquẽnium à die publicationis Concilij computandæ.

h ¶ *Vniuerſitates aut generales*. Decla. Card. Conſeruatoriȩ Vniuerſitatum, Collegiorum regulariū, & ſimiliū, non ſunt à Cõcilio ſublatæ, nec ex, vlla parte imminutæ, non obſtãte cap. 10 ſeſ. 24. & quæ cauſæ graues ſint, & quæ plenariam cognitionem requirant, & ita non obſtat Bulla Pij Quarti reuocatoria facultatum, quæ Concilio repugnãt. Sanctiſſimo approbãte ſententiam Congregationis anno 1575. mandatum fuit, omnibus Prioribus Regulariū notatis in ſchedula, quod intra menſem in ſingulis ciuitatibus Italiæ eligerent ſuos conſeruatores, coram quibus conueniri poſsint, & eos ſtabiles habeant, ſic vt variari non liceat, eoſque Ordinarijs ſignificarent, quod ſi nõ feciſſent, elapſo menſe ſcribendū ad Ordinarios, quod coram ipſis conueniri poſsint. Congregatio cenſuit, eos, qui facultatem à Sede Apoſtolica obtinuerunt, eligendi ſibi conſeruatores, non eſſe cogẽdos ad eligendū aliquẽ ex his, qui in Synodis Prouincialibus, aut diœceſanis deſignati fuerunt, ex decreto Concilij ſeſ. 25. c. 10.

i ¶ *Regularia loca*. Deciſ. Card. 83. Congregatio Concilij cẽſuit conſeruatorias Regularibus conceſſas, quas Concilium Tridentinum cap. 7. ſeſ. 14. de refor. ſaluas voluit nõ fuiſſe eſſe ſublatas ex decreto Concilij cap. 29. veſic. 24.

Item ſeſsione vigeſima ſecunda, cap. 5. de reform.

Diſpenſationes omnes reuideri debent ab Ordinarijs. Hoc dicit.

CAPVT V.

Diſpenſationes [k] quacunque autoritate concedendæ; ſi extra Romanam Curiam committendæ erunt, cõmittantur Ordinarijs *l* illorum, qui eas impetrauerint. Ea verò, quæ gratioſè conce

Digitized by Google

dentur, suum non sortiantur effectum, nisi prius ab eisdem, tanquam Delegatis Apostolicis, summarie tantum, & extraiudicialiter cognoscatur, *m* expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subiacere.

SVPER CAPVT V.

k ¶ *Dispensationes.* Decl. Card. Summarie tantum extraiudicialiter; requiritur tamen citatio.

l ¶ *Committantur Ordinarijs.* Decla. Card. Dispensationes in forma gratiosa impetratæ, quæ vulgò dicuntur, sine causa, debēt præsentari Ordinarijs, vt ab eisdē cognoscantur iuxta decretum Concilij, præsenti cap. nec antea partes illis vti possunt. Ita Congregatio censuit anno 1588.

m ¶ *Cognoscantur.* Declaratio Cardin. Nec aliquid accipere Episcopo, vel Vicario licet, nec ratione taxæ etiam ex immutabili tempore, nec ratione sigilli vel cuiusuis alterius rei. Quapropter decretum illud, quod solet poni in literis dispensationum, vt nihil muneris, aut præmij, etiam sponte oblati, accipi possit, pro illarum executione, ita intelligendum est, vt nec Ordinarius ipse, nec Vicarius eius quicquam prorsus etiam promercede laboris, quæ ea in suscipiendo capere possint, Notarij verò pro examine testium, quartam partem aurei, seu ducati licitè accipere possint. Ita declarauit S.D.N. Gregorius XIII. qui dicit etiam quod pro literis, quoad absolutionem, & dispensationem in foro conscientiæ tantum, nihil omninò percipi possit, quēadmodum & Romæ obseruatur. ¶ Nemo poterit publicare indulgentias in eius Ecclesia concessas, sine licentia, & autoritate ordinarij illius loci, non obstante quacunque exemptione. ¶ Quando sunt plures iudices in solidum constituti, vnam causam cognoscente, cæteri cognoscere prohibentur, est enim locus præuentioni, cap. plures de officio deleg. lib. 6.

Item sessione vigesima quarta, cap. 11. de refor.

Propter honorarios quoscunque titulos Sedis Apostolicæ noneximitur quis à iurisdictione Ordinarij. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Quoniam priuilegia, & exemptiones, quæ varijs titulis plerisque conceduntur, hodie perturbationem in Episcoporum iurisdictione excitare, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur, decernit sancta Synodus, vt si quando iustis, grauibus, & ferè necessarijs suadentibus

bus cauſis, aliquos honorarijs titulis protonotariatus, Acolythatus Comitis Palatini Capellani Regij, aut alijs huiuſmodi in Romana Curia, vel extra, inſignibus decorandos eſſe placuerit: nec non alios cuicunq; Monaſterio oblatos, vel quomodocunque ad dictos, aut ſub nomine ſeruientiũ militis, ſeu Monaſterijs, Hoſpitalibus, Collegijs, aut quocunque alio titulo aſſumi, nihil ex his priuilegijs detractũ eſſe Ordinarijs *n* intelligatur, quominus ijs, quibus ea iam conceſſa ſunt, vel in poſterum concedi contigerit ipſis Ordinarijs tãquã Apoſtolicæ Sedis Delegatis, plenè in omnibus, & quoad Capellanos Regios, iuxta conſtitutionem Innocentij III. *o* quæ incipit, *Cum capella*, ſubiecti exiſtant, exceptis tamẽ his, qui prædictis locis, aut Militijs actu ſeruiunt, *p* & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſub que eorum obedientia viuunt, ſiue ijs, qui legitimè, & ſecũdũ regulã earũdẽ Militiarũ profeſsionẽ fecerint, de qua Ordinario cõſtare debeat non obſtãtibus priuilegijs quibuſcunq; etiã religionis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, & aliarum Militiarum.

SVPER CAPVT VI.

n ¶ *Nihil ex ijs priuilegijs detractum eſſe Ordinarijs*. Decl. Card. Hoc caput non habet locum in ciuilibus,

o ¶ *Iuxta conſtitutionem Innocentij III.* Hæc conſtitutio refertur in cap. cum capella. ext. cod. cuius tenor talis eſt.

Cum capella Ducis Burgundiæ gaudere dicatur huiuſmodi priuilegio, quòd nullus Archiepiſcopus, vel Epiſcopus in perſonas Canonicorum eiuſdem Capellæ ſuſpenſionis, vel excommunicationis, aut interdicti ſententias audeat promulgare, quidã Capellæ ſupradictæ Canonici, qui parochiales Eccleſias à te tenent occaſione priuilegij prælibati, in his etiã quarum iuriſdictio ad te pertinet, ita ſe dicunt exemptos, vt quantumcunque grauiter interdum excedant, tuæ correctioni recuſant, & ſententiæ ſubiacere. Quo circa mandamus, quatenus in quantum exempti ſunt eiuſdẽ ratione Capellæ. Apoſtolicis priuilegijs deferas reuerenter: ſed in quantum ratione parochialium Eccleſiarum, vel aliâs iuriſdictionem tuam reſpicere dignoſcuntur, officij tui debitum in eoſdem liberè proſequaris.

p ¶ *Aut Militijs actu ſeruiunt.* Decla. Card. Fuit dubitatũ, an ex hoc decreto poſsint Fratres ſancti Ioannis Hiroſolymitani dare dimiſſorias clericis inſeruiẽtibus in eorũ Eccleſijs, vt poſsint ordinari? Et concluſum fuit, quod non. Non inſeruiens actu Militiæ, nec inſeruiens in eius domo, nec ſub illius obedientia, ſi non probauerit in ea legitimam profeſsionem emiſiſſe, non debet eius priui-

legio gaudere, ſuper quo videatur conſtitutio Gregorij Papæ XIII. Equitis Hieroſolymitani habentes indulgentias à S.D.N. debent literas Apoſtolicas expedire, & Epiſcopo Ordinario præſentare: aliter tenetur dictus Ordinarius contra eos, & eorum clericos procedere, prout cauetur ſeſſione 6. cap 3. ſeſsione 14. cap. 4. & præſenti cap.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quarta, cap. 11. de refor.

Priuilegi Curialium nõ eximunt beneficiatos à iuriſdictione Ordinarij, in his, quæ pertinent ad beneficia. Hoc dicit.

CAPVT VII.

¶ Priuilegia, quę reſidentibus in Curia Romana vigore Eugenianæ conſtitutionis, q aut familiaritatis Cardinalium competere ſolent, eam ijs, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minimè intelligantur: ſed Ordinarij iuriſdictioni ſubiecti permanẽāt: non obſtantibus quibuſcunque inhibitionibus.

SVPERCAPVT VII.

¶ *Vigore Eugenianæ conſtitutionis.* Hæc conſtitutio refertur in Extrau. diuina, eod. tit. cuius tenor talis eſt.

Diuina in eminenti Sedis Apoſtolicæ ſpeculo diſponente clementia conſtituti ad ea libenter intendimus, per quam officiales prædictæ Sedis obſequijs, ad quam vel ex fidelium omnium matrem pro animarum ſalute quærenda, & iuſtitia proſequenda de diuerſis mundi partibus conflunt multitudo, tutius, & quietius ſe prõptiores valeant exhibere. Hinc eſt quòd nos ex certis rationabilibus cauſis moti, etiam non nullorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærẽtes diſtrictius inhibemus locorũ Ordinarijs, necnon commiſſarijs, & delegatis eorum, cæteriſque vniuerſis & ſingulis quacunque poteſtate, & autoritate perfulgeant, cuiuſcunque dignitatis, gradus, vel præeminentiæ fuerint, ne contra officiales præfatos quocunque nomine nuncupentur, in noſtris, & dictæ Sedis obſequijs nunc & pro tempore exiſtentes, necnõ quoſcunque alios pro ipſius, & eorum cauſis vel negotijs proſequendis ad Sedem prædictam venientes, ac in ea (durante negotiorum, & cauſarum huiuſmodi proſecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem procedere: aut in eos excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, aut priuationis officiorum, aut beneficiorum, ſeu quamuis aliam ſententiam promulgare præſumant. Nos enim omnes & ſingulos proceſſus, & ſenten-

tias

tias contra tenorem, & mentem noſtræ inhibitionis huiuſmodi latas, & habitas, & in poſterum habendas, ac etiam promulgandas, & quæcunque inde ſecuta declaramus nulla, irrita, & inania; nulliuſque extitiſſe, vel exiſtere roboris, vel momenti, necnon quidquid in contrarium à quoquam quauis autoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari etiam decernimus irritum, & inane, & nihilominus in omnes, & ſingulos ordinarios, & officiales cõmiſſarios, & delegatos eorum, qui ſe dignitatibus, ac beneficijs Eccleſiaſticis quibuſcunque officialium, aut negotia huiuſmodi apud dictam Sedem proſequentium prædictorum: eos illis forſan priuandos, atque priuatos decernendo, ſeu declarando, vel cuiuſcunque priuationis prætextu illa perſonis alijs conferendo, ſeu de illis in eos quomodolibet ſe intromittendo, tam in dantes quâm in recipientes excommunicationis, ſuſpenſionis, & inter latas ſententias promulgamus, quibus volumus eos ipſo facto incurrere. A qua quidem excommunicationis ſententia abſolui nequeant, niſi à nobis, vel per nos deputãdis, præterquam in mortis articulo conſtituti. Præmiſſa autem à die affixionis præſentium ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe ex certa ſcientia quoſcunque ligare volumus & arctare. Non obſtantibus Apoſtolicis, & quibuſcunque Generalibus, aut Prouincialibus, aut Synodalibus Concilijs, edictis, conſtitutionibus, ordinationibus, & Apoſtolicis priuilegijs: per quæ effectus præſeentium impediri poſſet, quomodolibet, vel differri: etiamſi de illis eorumque totis tenoribus habenda eſſet in præſentibus mentio ſpecialis: & quæ præſentibus volumus habere pro ſufficienter expreſſis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergô omninô hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, declarationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrũ anno Incarnationis Dominicæ 1432. *octauo Idus Martij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Item ſeſsione vigeſima quinta, c. 18. de refor.

Non eſt frequentius in legibus diſpenſandum, ſed ſolùm, quando vrgens ratio poſtulat, idque gratis fieri debet. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

¶ SICVTI publicè expedit, legis vinculum quandoque relaxare, vt plenius euenientibus caſibus, & neceſsitatibus,

pro communi vtilitate satisfiat: sic frequentius legem soluere, exemploque potius, quàm certò personarum, rerumque delectu, petentibus indulgere, nihil aliud est, quã vnicuique ad leges transgrediendas aditum aperire. Quapropter sciant vniuersi sacratissimos canones exactè ab omnibus & quoad eius fieri poterit indistinctè obseruandos. r Quod si vrgens iustaque ratio, & maior quandoque vtilitas postulauerint cum aliquibus dispẽsandum esse: id, causa cognita, f ac summa maturitate, atque gratis à quibuscunque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum: aliterque facta dispensatio subreptitia censeatur.

SVPER CAPVT VIII.

r ¶ *Indistinctè obseruandos.* Concordat tex. in cap. si Romanorũ, 19. distinct. & cap. si quis omnem 1. q. 7. & c. 1. de constit. cap. a Sanctis Patribus, 25. q. 1.

f ¶ *Causa cognita.* Concordat tex. in cap. 1. de voto, & c. si homicidium, infr. de homicidio.

De testamentis, & vltimis voluntatibus.

TITVLVS XV.

In sessione vigesima secunda Concil. Trident. cap. 6. de refor.

Episcopo constare debet de veritate precum prius quam commutationes vltimarum voluntatum executioni demandentur. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ In commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non nisi ex iusta, & necessaria causa fieri debent, Episcopi, tanquam Delegati Sedis Apostolicæ, summariè, a & extra iudicialiter cognoscant, nihil in precibus, tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, prius quam commutationes prædictæ executioni demandentur.

De testamentis, & vltimis voluntatibus.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Summariè.* Declar. Cardin. Idem in omnibus articulis illius causæ.

¶ Eadem sessione vigesima secunda, cap. 8. de refor.

CAPVT II.

¶ Episcopi etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegati in casibus à iure concessis, b omnium piarum

Digitized by Google.

piarum dispositionum, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos sint executores. c

SVPER CAPVT II.

b ¶ *In casibus à iure concessis.* Videlicet in clem. quia contingit, de religio. domibus.

c ¶ *Sint executores.* Declar. Car. An Episcopi ita sint piarum dispositionum executores, vt Archidiaconi, Diaconi, & cæteri inferiores non possint de eis cognoscere iuxta eorum consuetudines etiam immemorabiles? Congregatio censuit, Episcopos cumulatiuè executores, ad alios inferiores piarum dispositionum esse.

Item sessione vigesima quinta c. 4. de refor.

Episcopis, & Generalibus ordinũ conceditur facultas, vt in celebrandis Missis in testamentis relictis, quòd commodius fuerit, disponere possint. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Contingit sæpè in quibusdam Ecclesijs, vel tam magnum Missarum d celebrandarum numerum ex varijs defunctorum relictis impositum esse, vt illis pro singulis diebus, à testatoribus prę scriptis, nequeat satisfieri, vel eleemosynam huiusmodi pro illis celebrandis adeò tenuem esse, vt nõ facilè inueniatur, qui velit huic se muneri subijcere; vnde depereũt piæ testantium voluntates, & eorũ cõscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasionatur. Sancta Synodus cupiens hæc ad pios vsus relicta, quo plenius & vtilius potest impleri, facultatẽ dat Episcopis, vt in Synodo diœcesana, itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, vt in suis capitulis generalibus, re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia in prædictis Ecclesijs, quas hac prouisione indigere cognouerint, statuere circa hæc, e quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire: f ita tamen, vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios vsus reliquerunt.

SVPER CAPVT III.

d ¶ *Tam magnum Missarum.* Declar. Car. Caput hoc intelligendũ est de Missis tantùm, non ex alijs suffragijs. Hoc decretũ habet locũ etiam in reductione officiorũ pro defunctis. Improbatur certa taxa eleemosynarum pro Missis à testatoribus præscriptis, hoc nõ intelligitur de Missis in fundatione impositis, sed de relictis.

e ¶ Sta-

e ¶ *Statuere circa hæc*, Declarat Card. Congregatio censuit, Episcopum in Synodo diœcesi. posse constitutiones facere absque consensu & approbatione cleri: debere tamen eum requirere consilium Capituli, licèt illud non teneatur sequi, nisi in aliquibus casibus à iure expressis. de Synodo, vide sess. 24. cap. 14.

f ¶ *Viderint expedire*. Decis. Cardinal. 174. Congregatio concilij censuit, ex decreto Concilij, cap. 4. sessione 25. non licere Episcopo reducere onera Missarum beneficio in fundatione apposita.

¶ Item decisio Cardinal. 253. Congregatio Concilij censuit, redditus pia testantium voluntate pro Missarum celebratione alijsque pijs vsibus relictos posse ab Episcopo in distributiones quotidianas, nec alium vsum quantūuis pium, nullo modo conuerti.

DECRE-

Digitized by Google

DECRETORVM
SACRI CONCILII TRIDENTINI.

LIBER TERTIVS.

De iustificatione.

TITVLVS PRIMVS.

¶ In Sessione sexta Concil. Trident. cap. 1.

¶ *Neque per vim naturæ, neque per ipsam literam legis Moysi potuit homo iustificari, tametsi in eo liberum arbitrium minimè fuerit extinctum. Hoc dicit.*

CAPVT PRIMVM.

CVM Hoc tempore, non sine multarum animarum iactura, & graui Ecclesiasticæ, vnitatis detrimento erronea quædam dissemi-nata sit de iustificatione doctrina ad laudem & gloriam omnipotẽtis Dei, Ecclesiæ tranquillitatem, & animarum salutem, sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea nomine sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pauli diuina pro-uiden-

uidentia Papæ Tertij. Reuerendiſsimis Dominis Dominis Ioãne Maria, Epiſcopo Præneſtino de Monte, & Marcello titul. ſanctæ Crucis in Hieruſalem preſbytero, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & Apoſtolicis de latere Legatis, exponere intendit omnibus Chriſti fidelibus veram ſanamque doctrinam ipſius iuſtificationis, quam Sol iuſtitiæ Chriſtus Ieſus fidei noſtræ autor & conſummator *a* docuit, Apoſtoli tradiderunt, & Catholica Eccleſia, Spiritu ſancto ſuggerente perpetuò retinuit, diſtrictius inhibendo, ne deinceps audeat quiſquam aliter credere, prædicare, aut docere, quàm præſenti decreto, ſtatuitur, ac declaratur. Primo declarat ſancta Synodus ad iuſtificationis doctrinam probè, & ſyncerè intelligendam, oportere, vt vnuſquiſque agnoſcat, & fateatur, quod cum omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdidiſſent, *b* facti immundi, & vt Apoſtolus inquit, natura filij iræ, quemadmodum in decreto de peccato originali expoſuit, vſque adeò ſerui erant peccati, & ſub poteſtate diaboli, ac mortis, vt non modò gentes per vim naturæ, ſed ne Iudæi quidem per ipſam etiam literam legis Moyſi, inde liberari, aut ſurgere poſſent, tametſi in eis liberũ arbitrium minimè extinctum eſſet, viribus licèt attenuatum, & inclinatũ. Vnde dicitur in Canone primo.

Si quis dixerit, hominem ſuis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinã fiant, abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia poſſe iuſtificari coram Deo, anathema ſit. Rurſus in Canone quinto.

Si quis liberũ hominis arbitriũ poſt Adæ peccatũ amiſſũ, & extinctũ eſſe dixerit, aut rem eſſe de ſolo titulo, imò titulũ ſinere, figmentũ denique à Sathana inuectũ in Eccleſiam, anathema ſit.

De iuſtificatione.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Fidei noſtræ autor, & conſummator.* Concordat illud Pauli ad Hebræos 12. verſi. 2. *Aſpicientes in autorem fidei, & conſummatorem Ieſum.*

b ¶ *Innocentiam perdidiſſent.* Concordat Celeſtinus Papa Primus, epiſtola 1. cap. 4. & illud ad Romanos 5. verſic. 12. *In omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt*, & illud 1. Corint. 15. verſic. 22. *In Adam omnes moriuntur*, & illud Iſai 64. verſiculo 6. *Facti ſumus vt immundus omnes nos.*

¶ Ea-

Digitized by Google

¶Eadem ſeſsione ſexta, cap. 2.

Deus miſit filium ſuum, vt ſaluum faceret genus humanum. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶Cœleſtis Pater, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, Chriſtum Ieſum Filiū ſuum, & ante legem, & legis tempore multis Sanctis Patribus declaratum, ac promiſſum, cum venit beata illa plenitudo temporis, ad homines miſerit, vt & Iudęos, qui ſub lege erant, redimeret, & gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, iuſtitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc propoſuit Deus propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius pro peccatis noſtris, non ſolum autem pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi.

¶Eadem ſeſsione ſexta, c. 3.

Illi tantum ſalui fiunt, quibus meritum paßionis Chriſti communicatur. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶VERVM Etſi Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, ſed ij dumtaxat quibus meritum paſsionis eius communicatur: nam ſicut re vera homines, niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerētur iniuſti, cum ea propagatione, per ipſum dum concipiuntur, propriam iniuſtitiam cōtrahant: ita niſi in Chriſto renaſcerentur, nunquam iuſtificarentur, cum ea renaſcentia, per meritum paſsionis eius gratia, quà iuſti fiunt, illis tribuatur.

¶Eadem ſeſsione ſexta, cap. 3. & 4.

¶*Deſcribitur iuſtificatio impij. Hoc dicit.*

CAPVT IIII.

¶PRO Beneficio iuſtificationis Apoſtolus gratias nos ſemper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partē ſortis Sanctorum in lumine, & eripuit de poteſtate tenebrarum, tranſtulitque in Regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem, & remiſsionem peccatorum. Quibus verbis iuſtificationis impij deſcriptio inſinuatur, vt ſit trāſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum.

¶Ea-

Digitized by Google

¶ Eidem sessione sexta, cap. 5.

Ad iustificationem in adultis requiritur motio Spiritus sancti, & cooperatio liberi arbitrii, in cuius potestate est recipere, vel abijcere diuinam inspirationem. Hoc dicit.

CAPVT V.

¶ Iustificationis exordium in adultis à Dei per Christũ Iesum præueniente gratia, sumendum est, hoc est, ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, vt, qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitãtem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum se ad suam ipsorũ iustificationẽ, eidem gratiæ liberè assentiẽdo, & cooperando disponantur: ita vt tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippè qui illam & abijcere potest, *c* neque tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit: vnde in sacris literis cùm dicitur: *Conuertimini ad me, d & ego conuertar ad vos*, libertatis nostræ admonemur. Cũ respondemus: *Conuerte nos Domine ad te, e & conuertemur*: Dei nos gratia præueniri confitemur. Vnde dicitur in Canone secundo.

Si quis dixerit, ad hoc solùm diuinam gratiam per Christum Iesum dari, vt facilius homo iustè viuere, *f* ac vitam æternam promereri possit, quasi per liberũ arbitrium, sine gratia vtrumque, sed ægrè tamen, & difficulter possit, anathema sit. Rursus in Canone tertio.

Si quis dixerit, sine præueniẽte Spiritus sancti inspiratione, & atque eius adiutorio, hominem credere, & sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur; anathema sit. Rursus in Canone quarto.

Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quoad obtinendam iustificationis gratiam se disponat, ac præparet, neque posse dissentire si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereq; passiuè se habere, anathema sit. Rursus in Canone sexto.

Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, *h* vias suas malas facere, sed mala opera ita, vt bona Deum operari, non permissiuè solùm, sed etiam propriè, & per se, adeò vt sit propium eius opus non minus proditio Iudæ, quã vocatio Pauli, anathema sit.

SV-

SVPER CAPVT V.

e ¶ *Illam & abijcere potest.* Cõcor. Prosperus lib. 2. de vocatio. gent. c. 26. & 27.

d ¶ *Conuertimini ad me.* Cõcordat tex. in c. cõuertimini. de pœnit. dist. 1. & illud Zachar. 1. vers. 3. *Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum, & conuertar ad vos,* & illud Ioel. 2. vers. 12. *Conuertimini ad me in toto corde vestro.*

e ¶ *Conuerte nos Domine ad te.* Concordat illud Hier. 31. vers. 18. *Cõuerte me & cõuertar,* & illud eiusdẽ Hierem. in orat. vers. 21. *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.*

f *Vt faciliùs homo iustè viuere.* Concordat Conc. Mileuit. c. 5. Cõcil. Afric. c. 8. & tex. in c. vlt. de consecr. dist. 4.

g ¶ *Spiritus sancti spiratione.* Cõcor. Cõc. Arausic. II. c. 6. & illud ad Rom. 5. vers. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.*

h ¶ *Esse in potestate hominis.* Cõcordat August. lib. 1. cont. duas epist. Pelag. cap. 3. & Prosp. sent. 14. ad cap. Gallorum. & respond. ad 10. obiect. Vincen. & Concil. Arausic. II. circa fin. & illud Ioan. 2. v. 12. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

Eadem sessione sexta. cap. 6.

Adulti disponuntur ad iustitiam per actus fidei, & spei, & per aliquam dilectionem Dei. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Disponuntur adulti ad ipsam iustitiam dum excitati diuina gratia & adiuti, fidem, ex auditu concipientes liberè mouẽtur in Deũ credentes vera esse, quæ diuinitus reuelata, & promissa sunt, atque illud in primis, à Deo iustificari impium per gratiam eius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, & dum peccatores se esse intelligentes, à diuinæ iustitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad considerandum Dei misericordiam se conuertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propicium fore; illumque tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam, quam ante baptismum agi oportet: denique dum proponũt suscipere baptismũ, inchoare nouam vitam, & seruare diuina mãdata. De hac dispositione scriptũ est: *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit:* &, *Cõfide fili remittuntur tibi peccata tua:* &, *Ti-*

mor Domini expellit peccatum: &, *Pœnitentiam agite,* i &, *Baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionẽ peccatorũ vestrorum*: &, *Accipietis donum Spiritus sancti*: &, *Euntes ergo docete omnes gẽtes* k *baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare, quæcunque mandani vobis. Denique, Præparate corda vestra Domino.* Vnde dicitur in Canone nono.

Si quis dixerit, Sola fide impiũ iustificari; ita vt intelligat nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse cum suæ volũtatis motu præparari, atque disponi, anathema sit.

SVPER CAPVT VI.

i ¶ *Pœnitentiam agite.* Concordat tex. in cap agunt, & cap. proprie, de consecratione, dist. 4. & illud Actu. 2. vers. 38. *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorũ: & accipietis donum Spiritus sancti.*

k ¶ *Euntes ergo docete omnes gẽtes.* Concordat. tex. in cap. 1. c. si quae. proprie, de consecratione, d. 4. & illud Math. vlt. ver. 19. *Euntes docete ergò omnes gentes baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandauit vobis.* Et illud Marc. vlt. vers. 15. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.*

Eadem sessione sexta, cap. 7.

Iustificatio est renouatio interioris hominis. Hoc dicit.

CAPVT VII.

Dispositionem, seu præparationem iustificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariã susceptionem gratiæ & donorũ, vnde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus, vt sit hæres secundum spem vitæ æternæ.

Eadem sessione sexta, cap. 7.

Communicantur vniuersæ iustificationis causæ: videlicet finalis, efficiẽs, meritoria, instrumentalis, & formalis. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Iustificationis causæ sunt finalis quidem, gloria Dei & Christi, ac vita æterna: efficiens verò, misericors Deus, qui gratuito abluit, & sanctifica, signans, & vngens spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hęreditatis nostræ:

ſtræ: meritoria autē, dilectiſsimus vnigētus ſuus Dominus noſter IESV Chriſtus, qui cum eſſemus inimici propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, ſua ſanctiſsima paſsione in ligno Crucis nobis iuſtificationem meruit, & pro nobis Deo Patri ſatisfecit: inſtrumentalis item, Sacramentum baptiſmi, quod eſt Sacramentum fidei, ſine qua núlli vnquam contigit iuſtificatio: demū vnica formalis cauſa eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nós iuſtos facit; qua videlicet ab eo donati, renouamur ſpiritu mentis noſtrę, & non modò reputamur, ſed verè iuſtè nominamur, & ſumus iuſtitiam in nobis recipientes, vnuſquiſque ſuam ſecundū menſuram, quam Spiritus ſanctus partitur ſingulis, prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem: quamquam enim nemo poſſit eſſe iuſtus, niſi cui merita paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti communicantur: id tamen in hac impij iuſtificatione, fit dum eiuſdem ſanctiſsimæ paſsionis merito per Spiritum ſanctū charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iuſtificantur, atque ipſis inhæret. Vnde dicitur in Canone decimo.

Si quis dixerit, homines ſine Chriſti iuſtitia, per quam nobis meruit, iuſtificari, aut per eam ipſam formaliter iuſtos eſſe, anathema ſit. ¶ Rurſus in Canone vndecimo.

Si quis dixerit homines iuſtificari, vel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, vel ſola peccatorum remiſsione, excluſus à gratia, & charitate, quæ in cordibus eorū per Spiritum ſanctum diffundatur, atque illis inhæreat, aut etiam gratiam, qua iuſtificamur, eſſe tantum fauorem Dei, anathema ſit.

Eadem ſeſsione ſexta, cap. 7.

Fides, quæ iuſtificat impium, eſt illa, quæ per charitatem operatur. Hoc dicit.

CAPVT IX.

In ipſa iuſtificatione cum remiſsione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, fidē ſpem, & charitatem: nam fides niſi ad eam ſpes accedat, & charitas, neque vnit perfectè cū Chriſto, neque corporis eius viuū mēbrū efficit: qua ratione veriſsimè dicitur, fidem ſine operibus mortuā & otioſam eſſe, & in Chriſto Ieſu, neque circunciſionem aliquid valere, neque prępucium, ſed fidē quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante Baptiſmi Sacramentum ex Apoſtolorū traditione catechumeni ab Eccleſia petunt,

tunt,cum petunt fidem,vitam æternam præſtantem: quam ſine ſpe,& charitate fides præſtare nõ poteſt: vnde & ſtatim verbũ Chriſti audiunt: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Itaque veram & Chriſtianam iuſtitiam accipientes,eam ceu primam ſtolã *m* pro illa,quam Adam ſua inobedientia ſibi,& nobis perdidit,per Chriſtum Ieſum,illis donatam candidam, & immaculatam iubentur ſtatim renati conſeruare, vt eam perferant ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti,& habeãt vitã æternam. Vnde dicitur in Canone duodecimo.

Si quis dixerit,fidem iuſtificãtem nihil aliud eſſe,quam fiduciã diuinæ miſericordiæ peccata remittentis propter Chriſtum, vel eam fiduciam ſolam eſſe, qua iuſtificamur,anathema ſit.

SVPERC APVT IX.

l ¶ *Nec circumciſionem aliquid valere.* Concordat tex.in cap. circunciſio de pœn.diſt. 2. & illud ad Galat.cap.5.verſ.6. *In Chriſto Ieſu,neq; ci circũciſio aliquid valet, neque præputium: ſed fides, quæ per charitatem operatur,* & illud eiuſdẽ epiſt.ad Galat.cap.6.verſic. 15. *In Chriſto enim Ieſu,neque circumciſio aliquid valet,neque præputium, ſed noua creatura.*

m ¶ *Ceu primam ſtolam.* Cõcordat tex.in cãp.quomodo renouari de pœnit.d.1.& illud Luc.15. verſic.22. *Citô proferte ſtolam primam & induite illum.*

Eadem ſeſsione ſexta.cap.8.

Quomodo intelligi debeat, per fidẽ & gratis impium iuſtificari. Hoc docet.

CAPVT X.

Cum Apoſtolus dicit, iuſtificari hominem,per fidem & gratis ea verba in eo ſenſu intelligenda ſunt, quem perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit; & expreſsit: vt ſcilicet per fidẽ ideò iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium fundamentum,& radix omnis iuſtificationis,ſine qua impoſſibile eſt placere Deo,& ad filiorum eius conſortium peruenire gratis autem iuſtificari ideò dicamur,quia nihil eorum,quæ iuſtificationem præcedunt,ſiue fides, ſiue opera ipſam iuſtificationis gratiam promeretur,ſi enim gratia eſt iam non ex operibus,alioquin,vt idem Apoſtolus inquit, gratia iam non eſt gratia.

Eadem ſeſsione ſexta. cap.9.

Vana

Vana eſt fiducia illa, & certitudo quorundam exiſtimantium ſe eſſe gratiam conſequutos: vnde neque ratione illius quiſquam iuſtificatur, neque qui iuſti ſunt, illam habere tenentur. Hoc dicit.

CAPVT XI.

¶ Quamuis neceſſarium ſit credere, neque remitti, neque remiſſa vnquã fuiſſe peccata, niſi gratis diuina miſericordia propter Chriſtum: nominitamen fiduciã, & certitudinem remiſſionis peccatorum ſuorum iactanti, & in ea ſola quieſcenti peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe dicendum eſt: cum apud hæreticos, & ſchiſmaticos poſsit eſſe, imò noſtra tempeſtate ſit, & magna contra Eccleſiam Catholicam contentione prædicetur, vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud aſſerendum eſt, oportere eos, qui verè iuſtificati ſunt, abſque vlla omninò dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere ſe eſſe iuſtificatos, neminemque à peccatis abſolui, ac iuſtificari, niſi eum, qui certo credat ſe abſolutum, & iuſtificatum eſſe, atque hac ſola fide abſolutionem, & iuſtificationem perfici, quaſi, qui hoc non credit, de Dei promiſsis, deque mortis, & Reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet: nam ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, deque Sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet: ſic quilibet dum ſeipſum, ſuamque propriã infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt, cum nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui nõ poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſequutum.

¶ Vnde dicitur in Canone decimo tertio.

Si quis dixerit, omni homĩi ad remiſsionem peccatorum aſſequendam neceſſarium eſſe, vt credat certo, & abſque vlla hæſitatione propriæ infirmitatis, & indiſpoſitionis, peccata eſſe ſibi remiſſa, anathema ſit. Rurſus in Canone decimo quarto.

Si quis dixerit, hominem à peccatis abſolui, ac iuſtificari ex eo quod ſe abſolui, ac iuſtificari certò credat, aut neminem verè eſſe iuſtificatum, niſi qui credat ſe eſſe iuſtificatũ, & hac ſola fide abſolutionem & iuſtificationem perfici anathema ſit.

Eadem Seſsione ſextã, c. 10.

Iuſtitia accepta augetur per bona opera. Hoc dicit.

CAPVT XII.

¶ Iuſtificati, & amici Dei, ac

domeſtici facti euntes de virtute in virtutem, renouantur, vt Apoſtolus inquit, de die in diem, hoc eſt, mortificando membra carnis ſuæ, & exhibẽdo ea arma iuſtitię in ſanctificationem, per obſeruationem mandatorum Dei, & Eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, creſcunt, atque magis iuſtificantur, ſicut ſcriptũ eſt: *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc*, & iterum: *Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari*, & rurſus: *Videtis, quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantũm*. Hoc verò iuſtitiæ incrementum, petit ſancta Eccleſia, cùm orat: *Da nobis Domine fidei, ſpei, & charitatis augmentum*. Vnde dicitur in Canone vigeſimo quarto.

Si quis dixerit, iuſtitiam acceptam non conſeruari, atque etiam non augeri coram Deo per bona opera, ſed opera, ipſa fructus ſolummodò & ſigna eſſe iuſtificationis adeptæ, non autem ipſius augendæ cauſam, anathema ſit.

Eadem ſeſsione ſexta, cap. 11.

Iuſtificatus tenetur ad obſeruantiam mandatorum. Hoc dicit.

CAPVT XIII.

Nemo quantũuis iuſtificatus, liberum ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare debet. Vnde dicitur in Canone vigeſimo.

Si quis hominem iuſtificatum, & quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad obſeruantiam mandatorũ Dei, & Eccleſiæ, ſed tantũ ad credendum: quaſi vero Euangelium ſit nuda, & abſoluta promiſsio vitæ æternæ, ſine conditione obſeruationis mandatorum, anathema ſit. Rurſus in Canone vigeſimo primo.

Si quis dixerit, Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datũ fuiſſe, vt Redemptorem, cui fidant, non etiam vt legiſlatorem, cui obediant, anathema ſit.

Eadem ſeſsione ſexta, cap. 11.

Nemini ſunt Dei præcepta ad obſeruandum impoſsibilia. Hoc dicit.

CAPVT XIIII.

Nemo temeraria illa, & à Patribus ſub anathemate prohibita voce vti debet, Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſsibilia: nam Deus impoſſibilia non iubet, ſed iubẽdo monet, & facere quod poſsis, & petere, quod non poſsis, & adiuuat vt poſsis. Cuius mãdata grauia nõ ſunt; cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue: qui enim ſunt filij Dei Chriſtum diligunt, qui autem di-

ligũt eũm, vt ipsemet testatur, seruant sermones eius quod vtique cum diuino auxilio præstare possunt. Vnde dicitur in Canone decimo octauo.

Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam iustificato, & sub gratia constituto esse ab obseruãdũ impossibilia, anathema sit.

Eadem sessione sexta, cap. 11.

Iusti in leuia peccata quandoque cadunt. Hoc dicit.

CAPVT XV.

Licet in hac mortali vita, quantumuis Sancti, & Iusti in leuia saltim, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti: nam iustorum illa vox est, & humilis & vera: *Dimitte nobis debita nostra.* n Vnde dicitur in Canone vigesimo tertio.

Si quis hominem semel iustificatũ dixerit, amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur, & peccat, nunquam verè fuisse iustificatum, aut contra, posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi speciali Dei priuilegio quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.

SVPER CAPVT XV.

n ¶ *Dimitte nobis debita nostra.* Concordat tex. in cap. vnum. 2 §. d. c. ad huc & cap. quotidianis, de pœnit. d. 3 & illud Matth. 6. & Luc. 11. vers. 4. *Dimitte nobis debita nostra.*

Eadem sessione sexta, cap. 11.

Deus non deserit, nisi prius deseratur. Hoc dicit.

CAPVT XVI.

Iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via iustitiæ sentire debent, quo liberati iam à peccato, serui autem facti Deo sobriè, iuste, & pie viuentes proficere possint per Christũ Iesum, per quem accessum habuerunt in gratiam istã Deus nãque sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur:

Eadem sessione sexta, cap. 11.

Præter fidem, adhuc exhibitio bonorum operum requiritur ad iustiam Hoc dicit.

CAPVT XVII.

Nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se hæredem esse constitutum, hæreditatemque consequuturum;

Etiamsi Christo non compatiatur, vt & conglorificetur: nam & Christus ipse (vt inquit Apostolus) cum esset Filius Dei, didicit ex ijs, quæ passus est, obedientiã: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Propterea Apostolus ipse monet iustificatos dicens: *Nescitis, quod ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium: sic currite, vt comprehendatis. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne fortè cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Item Princeps Apostolorum Petrus: *Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes non peccabitis aliquando.*

¶ Vnde dicitur in Canone decimo nono.

Si quis dixerit, nihil præceptum esse in Euangelio præter fidem cætera esse indifferentia, nec præcepta, neque prohibita, sed libera: aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, anathema sit.

¶ Eadem sessione sexta, c. 11.

Hæreticum est asserere iustum in omni bono opere peccare. Hoc dicit.

CAPVT XVIII.

¶ Constat eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicunt, iustum in omni bono opere saltem venialiter peccare: aut quod intolerabilius est, pœnas æternas mereri.

¶ Vnde dicitur in Canone vigesimo quinto.

Si quis in quolibet bono opere, iustum saltem venialiter peccare dixerit, aut, quod intolerabilius est, mortaliter, atque ideò pœnas æternas mereri, tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, anathema sit.

¶ Eadem sessione sexta, c. 11.

Iustificatus non peccat, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur. Hoc dicit.

CAPVT XIX.

¶ ERRARE constat eos, qui statuunt, in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando, & se se ad currendum in stadio cohortando cùm hoc vt in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam, cum scriptum sit: *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem.* Et de Moyse dicat.

dicat Apoſtolus, quòd reſpiciebat in remunerationem.

¶ Vnde dicitur in Canone vigeſimo ſexto.

Si quis dixerit, iuſtos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & ſperare æternam retributionem â Deo per eius miſericordiam, & Ieſu Chriſti meritum, ſi bene agẽdo, & diuina mandata cuſtodiendo vſque in finem perſeuerauerint; anathema ſit. Rurſus in Canone trigeſimo primo.

Si quis dixerit, iuſtificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anathema ſit.

¶ Eadem ſeſſione ſexta, c. 12.

Nulli hominum licet ſine ſpeciali reuelatione certò ſtatuere ſe eſſe de numero prædeſtinatorum. Hoc dicit.

CAPVT XX.

¶ NEMO quandiù in hac mortalitate viuitur de arcano diuinæ prædeſtinationis myſterio vſque adeò præſumere debet, vt certò ſtatuat ſe omninò eſſe in numero prædeſtinatorum: quaſi verum eſſet, quòd iuſtificatus aut amplius peccare non poſſit: aut ſi peccauerit, certam ſibi reſipiſcentiam promittere debeat: nam niſi ſpeciali reuelatione, ſciri non poteſt, quos Deus ſibi elegerit. Vnde dicitur in Canone decimo quinto.

Si quis dixerit, hominem renatum, & iuſtificatum teneri, ex fide ad credendum ſe certo eſſe in numero prædeſtinatorum anathema ſit. ¶ Rurſus in Canone decimo ſeptimo.

Si quis iuſtificationis gratiam, non niſi prædeſtinatis ad vitam contingere dixerit: reliquos verò omnes, qui vocantur, vocari quidem, ſed gratiam non accipere, vt potè diuina poteſtate prædeſtinatos ad malum anathema ſit.

¶ Eadem ſeſſione ſexta, c. 13.

De perſeuerantiæ munere nemo ſibi aliquid certi abſolutæ certitudine ſine ſpecialis reuelatione polliceri debet. Hoc dicit.

CAPVT XXI.

¶ De perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptum eſt: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit*: quod quidem aliũde haberi non poteſt, niſi ab eo, qui potens eſt eum, qui ſtat, ſtatuere, vt perſeueranter ſtet, & eum, qui cadit, reſtituere, nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſsimam ſpem collocare; & reponere omnes

debeāt Deus enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle, & perficere. Verum tamē, qui se existimant stare, videant, ne cadant, & cum timore, ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigilijs, in eleemosynis, in orationibus, & oblationibus, in ieiunijs, & castitate: formidare enim debent scientes, quòd in spem gloriæ, & nondum in gloriam renati sunt, de pugna, quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti: *Debitores sumus non carni, vt secundùm carnem viuamus: si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Vnde dicitur in Canone decimo sexto.

Si quis magnum illud vsque in finem perseuerantiæ donum se certo habiturum absoluta, & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc speciali reuelatione didicerit, anathema sit.

SVPER CAPVT XXI.

¶ *Qui perseuerauerit vsque in finem.* Concordat tex. in cap. suggestum 7. quæstion. 1. & cap. nō reuertebantur, de pœnit. dist. 2. & illud Matth. 10. vers. 22. & capit. 24. vers. 13. *Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.*

Eadem sessione sexta. cap. 15.

Quolibet peccato mortali amittitur gratia, sed non fides. Hæc dicit.

CAPVT XXII.

Aduersus hominum quorundā callida ingenia, qui per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium, asserendū est, non modò infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed etiā quocunq; alio peccato mortali, quamuis nō amittatur fides, acceptam iustificationis gratiā amittit: diuinæ legis doctrinæ defendēdo, quæ à regno Dei non solùm infideles excludit, sed & fideles quoq; fornicarios, adulteros, molles, masculorū concubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæteroſq; omnes, qui lethalia committunt peccata: à quibus cum diuinæ gratiæ adiumēto abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratia separantur. Vnde dicitur in Canone 27.

Si quis dixerit, nullū esse peccatum mortale, nisi infidelitatis, aut nullo alio quantumuis graui, & enormi, præter quam infidelitatis peccato, semel acceptam gratiam amitti, anathema sit. Rursus in Cano. 28.

Si

Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul, & fidem semper amitti, aut fidem, quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viua, aut eum, qui fidem sine charitate habet, nõ esse Christianum, anathema sit.

De merito bonorum operum.

TITVLVS II.

¶ In sessione sexta Concilij Trident. c. 16.

Bonis operibus in gratia factis meretur quis vitam æternam. Hoc docet.

CAPVT I.

¶ Iustificatis hominibus, siue acceptam gratiam perpetuò conseruauerint, siue amissam recuperauerint proponenda sunt Apostoli verba: *Abundate in omni opere bono, scientes, quòd labor vester non est inanis in Domino. Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius.* Et, *Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationẽ; atque ideò benè operãtibus vsque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, & tanquam gratia Filijs Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda.* Hæc est enim illa corona iustitiæ, quam post suum certamen, & cursum repositam sibi esse aiebat Apostolus, à iusto iudice sibi reddẽdam, non solum autem sibi, sed & omnibus, qui diligunt aduentũ eius. Cum enim ille ipse Christus Iesus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, & cõmitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possent, nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est, quominus plenè illis, quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, diuinæ legi pro huius vitæ statu satisfeciſſe, & vitã æternã suo etiã tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam, verè promeruisse censeantur: cũ Christus Saluator noster dicat: *Si quis biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Ita neq; propria nostra iustitia, tanquã ex nobis ꝓpria statuitur, neque ignoratur, aut repudiatur iustitia Dei: quæ enim iustitia nostra dicitur, quia per eã nobis inhærẽtem iustificamur, illa eadem Dei

est,

est, quia à Deo nobis infunditur per Christi meritum. Vnde dicitur in Canone trigesimo secũdo.

Si quis dixerit, hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt nõ sint etiam bona ipsius iusti ficati merita, aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiã & Iesu Christi meritum, cuius viuum membrũ est, fiunt, non vere mereri augmentũ gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consequutionem, atque etiam gloriæ augmentum, anathema sit.

De merito bonorum operum.

SVPER CAPVT I.

¶ *Non enim iniustus est Deus.* Cõcordat tex. in c. non est tam iniustus de pœnit. d. 2. & illud ad Hebr. 6. vers. 10. *Nõ enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius.*

Eadem sessione sexta, cap. 16.

Propter opera meritoria nondebet quis de propria virtute gloriari: sed diuinam bonitatem, ac seueritatem oportet semper ante oculos habere. Hoc dicit.

CAPVT II.

Licet bonis operibus in sacris literis vsque adeò tribuatur, vt etiam qui vnì ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christum eum, nõ esse sua mercede cariturum, & Apostolus testatur, id, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operari in nobis: absit tamen vt Christianus homo in se ipso, vel confidat, vel glorietur, & nõ in Domino: cuius tanta est erga omnes homines bonitas, vt eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et quia in multis offendimus omnes, vnusquisque sicut misericordiam, & bonitatem, ita seueritatem, & iudicium ante oculos habere debet, nec se ipsum aliquis, etiam si nihil sibi conscius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda, & iudicanda est, sed Dei: qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifesta bit cõsilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo, qui, vt scriptum est reddet, vnicuique secundum opera sua. ¶ Vnde dicitur in Canone trigesimo tertio.

Si quis dixerit, per hãc doctrinam Catholicã de iustificatione à sancta

à sancta Synodo hoc præsenti decreto expressam, aliqua ex parte gloriæ Dei, vel meritis Iesu Christi Domini nostri derogari, & nō potiùs veritatem fidei nostræ, Dei denique, ac Christi Iesu gloriam illustrari, anathema sit.

De Sacramentis in genere.

TITVLVS III.

¶ In Sessione septima Conc. Trident. in princ.

Referuntur Canones, quibus continetur doctrina Catholica pro Sacramentis in communi. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Ad consummationem salutaris de iustificatione doctrinæ, quæ in præcedenti proxima sessione vnò omnium Patrum consensu promulgata fuit, consentaneum visum est de sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis agere, per quæ omnis vera iustitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa reparatur: propterea sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea Apostolicæ Sedis Legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hæreses, quæ circa sanctissima ipsa Sacramenta, hac nostra tempestate, tùm de damnatis olim à Patribus nostris hæresibus suscitatæ, tùm etiam de nouo adinuentæ sunt, quæ Catholicæ Ecclesiæ puritati, & animarum saluti magnopere officiunt, sanctarum Scripturarum doctrinæ Apostolicis traditionibus, atque aliorum Conciliorum, & Patrum consensui inhærendo, hos præsentes Canones statuendos, & decernendos censuit: reliquos, qui supersunt ad cœpti operis perfectionem deinceps, diuino spiritu adiuante, editura.

CANON I.

¶ Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis nō fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, vel pauciora quā septem, videlicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extrema Vnctionem, Ordinem, & matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse vere, & proprie Sacramentum, anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, ea ipsa nouæ legis Sacramenta, à Sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia cæremoniæ sunt aliæ, & alij ritus externi, anathema sit.

CA-

CANON III.

Si quis dixerit, hæc septem Sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit.

CANON IIII.

Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, & sine eis, aut eorum voto, per solam fidem homines à Deo gratiam iustificationis adipisci, licèt omnia singulis necessaria non sint, anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, hæc Sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse, anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem nõ conferre, quasi signa tantum externa sint acceptæ per fidem gratiæ, vel iustitiæ, & notæ quædam Christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, non dari gratiam per huiusmodi Sacramenta semper & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si ritè ea suscipiant, sed aliquando, & aliquibus, anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, per ipsa nouæ legis Sacramenta ex ópere operato non conferri gratiam, sed solam fidem diuinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, in tribus Sacramentis, Baptismo, scilicèt, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale, & indelebile, vnde ea iterari non possunt, anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, in ministris, dũ Sacra-

Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltim faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, ministrum, in peccato mortali existentem, & modo omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, seruauerit, non conficere, aut conferre Sacramentum, anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, receptos, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato, à ministris omitti, aut in nouos alios per quemcunque Ecclesiarum pastorem, mutari posse, anathema sit.

De Sacramentis in genere.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Esse inter se paria.* Concon. tex. in c. nihil, de cõsecratio. dist. 2. cum simili.

b ¶ *Christianos omnes in verbo.* Cõcor. Conc. Carth. IIII. c. 98. & supra Constan. in condemnatio. art. 13. Ioan. Vviclef. & c. circa ministrũ, inf. de pœnit. & remiss. c. quod attinet, inf. de extr. vnct. cap. si quis, inf. de sacro ord.

c ¶ *In peccato mortali existentẽ.* Concor. Conc. Constan. sess. 8. cõtra Vviclef. c. remissionem. 1. q. 1. c. circa ministrum, inf. de pœnit. & remiss. c. fin. 15. q. 8.

Item sessione 21. cap. 2.

Ecclesia in Sacramentorum dispẽsatione, quod magis expedire, indicauerit, statuere potest. Hoc dicit.

CAPVT II.

Declarat sancta Synodus, hãc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispensatione, salua illorum substãtia, ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientiũ vtilitati, seu ipsorũ Sacramentorũ veneration pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicauerit. Id autem Apostolus, non obscurè visus est innuisse, cũ ait: *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorũ Dei;* atque ipsum quidã hac potestate vsum esse satis constat, cũ in multis alijs, tum ipso Sacramento Eucharistiæ, cum ordinatis nõnullis circa eius vsum: *Cætera, inquit, cũm venero, disponam.*

Item

¶ Item ſeſsione vigeſima quarta, cap. 7. de refor.

Tam Epiſcopi, quàm Parochi administrantes aliquod Sacramentum tenentur illius vim, & vſum, prout opus fuerit, explicare. H. d.

CAPVT III.

¶ Vt fidelis populus ad ſuſcipienda Sacramenta, maiori cum reuerentia, atque animi deuotione accedat: præcipit ſancta Synodus omnibus Epiſcopis, vt non ſolùm, cùm hæc per ſe ipſos erũt populo adminiſtranda, prius illorum vim, & vſum pro ſuſcipientium captu explicent, ſed etiam idem à ſingulis parochis piè, prudenterque etiam lingua vernacula, ſi opus ſit, & commodè fieri poterit, ſeruari ſtudeãt, iuxta formam à ſancta Synodo in catecheſi ſingulis Sacramentis præſcribendam: quam Epiſcopi, in vulgarem linguã fideliter verti, atq; à parochis omnibus populo exponi curabunt.

De Baptiſmo, & eius effectu.

TITVLVS IIII.

¶ In ſeſsione quinta Concilij Trident. in princ.

Chriſti Domini meritum per Sacramentum Baptiſmi, tam adultis, quã paruulis applicatur. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Si quis Adæ peccatũ, quod origine vnũ eſt, & propagatione, nõ imitatione trãsfuſum omnib⁹, ineſt vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium aſſerit tolli, quã per meritum, vnius mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos Deo reconciliauit, in ſanguine ſuo, factus nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, aut negat ipſum Chriſti Ieſu meritum per baptiſmi Sacramentum in forma Eccleſiæ ritè collatum, tàm adultis, quàm paruulis applicari, anathema ſit: quia non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, vnde illa vox: *Ecce Agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi*, & illa: *Quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*

¶ Eadem ſeſsione quinta, in princip.

Paruuli recenter nati baptizari debent in remiſſionem peccati originalis. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Si quis paruulos recentes ab vteris

vtëris fratrum baptizandos: negat, etiam ſi fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorũ a eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad vitam æternam conſequendam; vnde fit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſsionem peccatorum, non vera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit: quoniam non aliter intelligendũ eſt id, quod dixit Apoſtolus: *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerũt:* niſi quemadmodum Eccleſia Catholica vbiq; diffuſa ſempẽ intellexit. Propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apoſtolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc cõmitere potuerunt, ideò in remiſſionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. *Niſi enim qui renatus fuerit* b *ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.*

De Baptiſmo, & eius effectu.

SVPER CAPVT II.

a ¶ *In remiſsionem quidem peccatorum.* Concordat Cõc. Mileuit. c. 12. Africanum. cap. 77. cap. placuit. de conſec. d. 4.

b ¶ *Niſi quis renatus fuerit.* Cõcordat tex. in cap. filius. can. non dubito. de conſec. d. 4. c. debitũ. cũ ſeq. ext. eod. tit. Et illud Ioan. 3. verſ. 5. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.*

Eadẽ ſeſsione quinta, in princ.

Per gratiam baptiſmalem, totum id, quod veram peccati rationem habet, auferri. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶. SI quis per Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiam, quæ in baptiſmate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam aſſerit, non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet, ſed illud dici tãtummodi, aut non imputari, anathema ſit: in renatis enim nihil odit Deus, quia nihil eſt damnationis iis, qui verè cõſepulti ſunt cũ Chriſto per baptiſma in mortem, qui non ſecundum carnem ambulãt, ſed veterem hominem exuentes, & nouum, qui ſecundũ Deũ, creatus eſt, c induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti ſunt, hæredes, quidem Dei, cohæredes

Christi, ita vt nihil prorsus eos ab ingressu cœli remoretur.

SVPER CAPVT III.

¶ *Qui secundum Deum creatus est.* Concordat text. in cap. quo modo renouari de pœnit. d. 1. & illud ad Ephes. 4. vers. 24. *Induite nouum hominem, qui secundum Deũ creatus est.*

¶ Eadem sessione quinta, in prine.

In baptizatis remanet concupiscentia, quæ tamen nõ est vere, & proprie peccatum. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Manere in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur, & sentit: quę cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed vtiliter per Christi Iesu gratiam repugnãtibus nõ valet: quinimò, qui legitimè certauerit, coronabitur. Hãc concupiscẽtia, quã aliquãdo Apostolus peccatũ apellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiã Catholicã nũquã intellexisse peccatũ appellari, quod vere, & propriè in renatis peccatũ sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatũ inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anath. sit.

¶ Item sessione sexta, c. 4.

Exprimitur virtus, & effectus Baptismi. Hoc dicit.

CAPVT V.

Translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorũ Dei post Euangelium promulgatum, sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest, sicut scriptum est: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Vnde in sessione septima statuuntur sequentes Canones.

CANON I.

Si quis dixerit, baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi, anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, aquam veram & naturalem, non esse de necessitate baptismi, atque ideò verba illa Domini nostri Iesu Christi: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto*, ad metaphoram aliquam detorserit, anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, in Eccleſia Romana, quæ omnium Eccleſiarum mater eſt, & magiſtra, non eſſe veram de baptiſmi Sacramento doctrinam, anathema ſit.

CANON IIII.

Si quis dixerit baptiſmum, qui etiam datur ab hæreticis g in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia, non eſſe verum baptiſmum, anathema ſit.

CANON V.

Si quis dixerit baptiſmum, liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem, h anathema ſit.

CANON VI.

Si quis dixerit baptizatum, nõ poſſe, etiam ſi velit, gratiam amittere quantumcunque peccet, niſi nolit credere, anathema ſit.

CANON VII.

Si quis dixerit, baptizatos per baptiſmũ ipſum ſolius tãtũ fidei fieri, non autem vniuerſæ legis Chriſti ſeruandæ, anathema ſit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, baptizatos liberos eſſe ab omnibus ſanctæ Eccleſiæ præceptis, quæ vel ſcripta, vel tradita ſunt, ita vt ea obſeruare nõ teneãtur, niſi ſe ſua ſponte illis ſubmittere voluerint, anathema ſit.

CANON IX.

Si quis dixerit, ita reuocandos eſſe homines ad baptiſmi ſuſcepti memoriam, vt vota omnia, quæ poſt baptiſmum fiunt, vi promiſſionis, in baptiſmo ipſo iam facta irrita eſſe intelligant, quaſi per ea & fidei, quam profeſſi ſunt detrahatur, & ipſi baptiſmo, anathema ſit.

CANON X.

Si quis dixerit, peccata omnia, quæ poſt baptiſmum fiunt, ſola recordatione, & fide ſuſcepti baptiſmi, vel dimitti, vel venialia fieri, anathema ſit.

CANON XI.

Si quis dixerit verũm, & ritè collatum baptiſmũ, iterandũ eſſe illi, qui apud in fideles fidē Chriſti negauerit, cùm ad pœnitentiã conuertitur, anathema ſit.

CANON XII.

Si quis dixerit, neminẽ eſſe bap-

tizandum, nisi ea ætate, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo, anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, paruulos, eò quod actum credendi non habent, suscepto baptismo, inter fideles computandos non esse, ac propterea cũ ad annos discretionis peruenerint, esse rebaptizandos, aut præstare, omitti eorum baptismum quã eos non actu proprio credentes, baptizari in sola fide Ecclesiæ, anathema sit.

CANON XIIII.

Siquis dixerit, huiusmodi paruulos baptizatos, cum adoleuerint, interrogandos esse, an ratũ habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur polliciti sunt, & vbi se nollere spõderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interimpena ad Christianam vitã cogendos, nisi vt ab Eucharistiæ, aliorumque Sacramentorũ perceptione arceantur, donec resipiscant, anathema sit.

SVPER CAPVT V.

d ¶ *Habuisse eandem vim.* Concordat. D. Aug. in Enchir. c. 49. c. aliud. & cap. non regenerabantur. de conſ. d. 4.

e ¶ *Aquam veram, & naturalẽ.* Cõcordat tex. in c. pen. ext. eod. & cap. filius. & cap. non dubito. de conſec. d. 4.

f ¶ *Omnium Ecclesiarũ mater est.* Concordat tex. in cap. 1. 12. dist. & cap. rogamus. 24. q. 1. cap. fin. inf. de extre. vnctio. cum ibi allegatis.

g ¶ *Qui etiam datur ad hæretici.* Concordat Cone. Florent. in decretis Eugen. ca. dictum. §. quod vero, cum duobus seq. 1. q. 1. Ita S. D. N. Pius Quintus probauit sententiam Congregationis Concilij, Caluinistarum baptismum verum esse, & ideò baptizati ab eis non sunt iterum baptizandi: non enim Caluinistæ discesserũt ab Ecclesia circa baptismũ, & seruant formã Ecclesiæ, sed nõ reliqua solemnia. Cæremoniæ supplendæ sunt in baptizatis, à Caluinistis, etiam in adultis, præuia abiuratione hæresis, & reconciliatione.

h ¶ *Non necessarium ad salutẽ.* Concordat tex. in cap. nulla præter, de conſec. dist. 4. & illud Ioã. 3. *Nisi quis renatus.* & c. vt supra.

De Sacramento Confirmationis.

TITVLVS QVINTVS.

In sessione septima Concilij Tridentini.

Re-

Referuntur tres Canones, quibus doctrina Catholica pro Sacramento Confirmationis continetur. Hoc dixit.

CANON I.

Si quis dixerit, confirmationē baptizatorum *a* otiosam cæremoniam esse, & non potiùs verū & proprium Sacramentum: aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim quandam, qua adolescentiæ proximi fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant, anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, iniurios esse Spiritui sancto *b* eos, qui sacro confirmationis chrismati, virtutem aliquam tribuunt, anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, sanctæ confirmationis Ordinarium ministrū *c* non esse solùm Episcopum, *d* sed quemuis simplicem Sacerdotem, anathema sit.

De Sacramento Confirmationis.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Confirmationem baptizatorū.* Concordat tex. in c. nullus ministrorum. de consecra. d. 4.

b *Iniurios esse Spiritui sancto.* Concordat tex. in cap. 1. & cap. 2. de consec. dist. 1.

c ¶ *Confirmationis Ordinarium ministrum.* Concordat tex. in cap. si quis omnes inf. de sacro. ord. ca. manus. de cōsec. d. 5. Conc. Flor. in decre. Eugen. Euseb. Papa in epist. ad Episcopos Tusciæ. Melchia. in epist. ad Episcopos Hispan. Innoc. I. in epist. 1. c. 3. Concil. II. Hispal. c. 5. & 7.

d ¶ *Non esse solum Episcopum.* Declar. Card. Episcopo chrismatis tantum conferendi causa ad loca suæ diœcesis accedente, laici vel Ecclesiarum Rectores ad illius impensas non tenentur. Etiā Abbates ex priuilegio Sedis Apostolicę de consensu tamen Ordinariorū, hoc Sacramentum; cōfirmationis cōferre possunt. Omnes Prælati inferiores exempti habentes iurisdictionem episcopalem, si intra fines alicuius diœcesis sunt, tenentur accedere ad Episcopum, intra cuius limites existunt pro sanctis oleis. S. D. N. consultò respondit, non posse Abbates vti facultate conferendi sacro sanctum confirmationis chrisma, nisi Ordinarius loci consenserit, & quemadmodum, & quandiu placuerit ei. Qui verò est nullius diœcesis, habensque iurisdictionem, vt supra, potest ac-

cerſire, quem maluerit Catholicum Epiſcopum, pro miniſtrando chriſmatis Sacramento non obſtante cap. 5. ſeſs. 6.

De venerabili Euchariſtiæ Sacramento.

TITVLVS VI.

In ſeſsione decimatertia Cõc. Trid. in princ.

Synodus Tridentina præſertim in votis habuit errores circa ſacroſanctã Euchariſtiam ſuper ſeminatos ſtirpitus conuellere. Hoc dicit.

CAPVT I.

SACRO ſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitime cõgregata, præſidentibus in ea, ſanctę Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nuntijs, etſi in eum finem non abſque peculiari Spiritus ſancti ductu, & gubernatione, conuenerit, vt veram, & antiquam de fide & Sacramentis doctrinam exponeret, & vt hæreſibus omnibus, & alijs grauiſsimis incommodis, quibus Dei Eccleſia miſere nunc exagitatur, & in multas, ac varias partes ſcinditur, remedium afferret, hoc præſertim iã inde à principio in votis habuit, vt ſtirpitus conuelleret zizaniam execrabilium errorum, & ſchiſmatum, quam inimicus homo, his noſtris calamitoſis temporibus in doctrina fidei, vſu, & cultu ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſuperſeminauit, quã alioqui Saluator noſter in Eccleſia ſua tanquam ſymbolum reliquit eius vnitatis, & charitatis, qua Chriſtianos omnes inter ſe coniunctos, & copulatos eſſe voluit. Itaque eadẽ ſacroſancta Synodus ſanam, & ſynceram illam, de venerabili, hoc, & diuino Echariſtię Sacramento doctrinam tradens, quam ſamper Catholica Eccleſia, ab ipſo IESV Chriſto Domino noſtro, & eius Apoſtolis erudita, atque à Spiritu ſancto ille omnem veritatem in dies ſuggerente edocta retinuit, & ad finem vſque ſæculi conſeruabit, omnibus Chriſti fidelibus interdicit, ne poſt hac de ſanctiſsima Euchariſtia aliter credere, docere, aut prædicare audeant, quam vt eſt hoc præſenti decreto explicatũ, atque definitum,

Eadem ſeſsione decima tertia, cap. 1.

In

In Sacramento Eucharistiæ, totus Christus verè, & realiter continetur. Hoc dicit.

CAPVT II.

Docet sancta Synodus, & aperte, ac simpliciter profitetur, in almo sanctæ Eucharistiæ Sacramẽto post panis, & vini consecrationem Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum, atque hominem vere realiter, ac substãtialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri: nec enim hæc inter se pugnant, vt ipse Saluator noster, semper ad dexteram Patris in cœlis assideat, iuxta modum existendi naturalem, & vt multis nihilominus alijs in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus possibilemtamen esse Deo, cogitatione per fidẽ illustrata assequi possumus, & eõstantissime credere debemus. Ita enim maiores omnes nostri quotquot, in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc Sacramento dissererũt, apertissime professi sunt, hoc tamen admirabile Sacramentum, in vltima cœna Redemptorem nostrũ instituisse, cùm post panis vinique benedictionem, se suum ipsius Corpus illis præbere, ac suũ sanguinem, disertis, ac prespicuis verbis testatus est: quæ verba [a] à sanctis Euangelistis commemorata, & à D. Paulo postea repitita cum propriam illam, & apertissimam significationem præferẽt secundum quam à Patribus intellecta sunt: indignissimum sane flagitium est, ea à quibusdam contentiosis, & prauis hominibus ad fictitios, & imaginarios tropos, quibus veritas carnis, & sanguinis Christi negatur, contra vniuersum Ecclesiæ sensum detorqueri, quæ tanquam columna, & firmamentum veritatis, hæc ab impijs hominibus excogitata cõmenta, velut Sathanica, detestata est, grato semper, & memore animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens. Vnde in Canone primo dicitur.

Si quis negauerit, in sanctissimę Eucharistiæ Sacramento contineri verè, realiter, & substantialiter corpus & sanguinem vna cũ anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, ac proinde totũ Christum, sed dixerit tantummodo esse in eo, vt signo, vel figura, aut virtute, anathema sit.

De venerabili Eucharistię Sacramento.

SVPER CAPVT II.

a. ¶ *Quæ verba.* Horum verbo-

CANON III.

Si quis dixerit, hæc septem Sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit.

CANON IIII.

Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, & sine eis, aut eorum voto, per solam fidem homines à Deo gratiam iustificationis adipisci, licèt omnia singulis necessaria non sint, anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, hæc Sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse, anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem nō conferre, quasi signa tantùm externa sint acceptæ per fidem gratiæ, vel iustitiæ, & notæ quædam Christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, non dari gratiam per huiusmodi Sacramenta semper & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si ritè ea suscipiant, sed aliquando, & aliquibus, anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, per ipsa nouæ legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem diuinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, in tribus Sacramentis, Baptismo, scilicèt, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale, & indelebile, vnde ea iterari non possunt, anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo, *b* & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, in ministris, dū Sacra-

Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltim faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, ministrum, in peccato mortali existentem, etsi modò omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, seruauerit, non conficere, aut conferre Sacramentum, anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, receptos, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato, à ministris omitti, aut in nouos alios per quemcunque Ecclesiarum pastorem, mutari posse, anathema sit.

De Sacramentis in genere.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Esse inter se paria.* Concor. tex. in c. nihil, de cõsecratio. dist. 2. cum simili.

b ¶ *Christianos omnes in verbo.* Cõcor. Conc. Carth. IIII. c. 98. & Conc. Cõstan. in cõdemnatio. art. 13. Ioan. Vvicles. & c. circa ministrũ, inf. de pœnit. & remiss. c. quod attinet, inf. de extr. vnct. cap. si quis, inf. de sacro ord.

¶ *In peccato mortali existentẽ.* Concor. Cons. Constan. sess. 8. cõtra Vvicles. c. remissionem. 1. q. 1. c. circa ministrum, inf. de pœnit. & remis. c. fin. 15. q. 8.

Item sessione 21. cap. 2.

Ecclesia in Sacramentorum dispẽsatione, quod magis expedire iudicauerit, statuere potest. Hoc dicit.

CAPVT II.

Declarat sancta Synodus, hãc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispensatione, salua illorum substãtia, ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientiũ vtilitati, seu ipsorũ Sacramentorũ veneration pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicauerit. Id autem Apostolus, non obscurè visus est innuisse, cũ ait: *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorũ Dei*; atque ipsum quidã hac potestate vsum esse satis constat, cũ in multis alijs, tum ipso Sacramento Eucharistiæ, cum ordinatis nõnullis circa eius vsum: *Cætera*, inquit, *cũm venero, disponam.*

Item

¶ Item seſsione vigesima quarta, cap. 7. de refor.

Tam Episcopi, quàm Parochi administrantes aliquod Sacramentum tenentur illius vim, & vsum, prout opus fuerit, explicare. H. d.

CAPVT III.

¶ Vt fidelis populus ad suscipienda Sacramenta, maiori cum reuerentia, atque animi deuotione accedat: præcipit sancta Synodus omnibus Episcopis, vt non solùm, cùm hæc per se ipsos erũt populo administranda, prius illorum vim, & vsum pro suscipientium captu explicent, sed etiam idem à singulis parochis piè, prudenterque etiam lingua vernacula, si opus sit, & commodè fieri poterit, seruari studeãt, iuxta formam à sancta Synodo in catechesi singulis Sacramentis præscribendam: quam Episcopi, in vulgarem linguã fideliter verti, atq; à parochis omnibus populo exponi curabunt.

De Baptismo, & eius effectu.

TITVLVS IIII.

¶ In seſsione quinta Concilij Trident. in princ.

Christi Domini meritum per Sacramentum Baptismi, tam adultis, quã paruulis applicatur. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Si quis Adæ peccatũ, quod origine vnũ est, & propagatione, nõ imitatione trãsfusum omnib⁹, inest vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium asserit tolli, quã per meritum, vnius mediatoris Domini nostri Iesu Christi, qui nos Deo reconciliauit, in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio, aut negat ipsum Christi Iesu meritum per baptismi Sacramentum in forma Ecclesiæ ritè collatum, tàm adultis, quàm paruulis applicari, anathema sit: quia non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, vnde illa vox: *Ecce Agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi*, & illa: *Quicunque baptizati estis, Christum induistis*

¶ Eadem seſsione quinta, in princip.

Paruuli recenter nati baptizari debent in remissionem peccati originalis. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Si quis paruulos recentes ab vteris

vtëris fratrum baptizandos negat, etiam ſi fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorũ a eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad vitam æternam conſequendam; vnde fit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſsionem peccatorum, non vera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit: quoniam non aliter intelligendũ eſt id, quod dixit Apoſtolus: *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerũt:* niſi quemadmodum Eccleſia Catholica vbiq; diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apoſtolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc cõmitere potuerunt, ideò in remiſſionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. *Niſi enim qui renatus fuerit* b *ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.*

De Baptiſmo, & eius effectu.

SVPER CAPVT II.

a ¶ *In remiſsionem quidem peccatorum.* Concordat Cõc. Mileuit. cie. Africanum. cap. 77. cap. placuit. de conſec. d. 4.

b ¶ *Niſi quis renatus fuerit.* Cõcordat tex. in cap filius. can. non dubito. de conſec. d. 4. c. debitũ. cũ ſeq. ext. eod. tit. Et illud Ioan. 3. vers. 5. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.*

Eadẽ ſeſsione quinta, in princ.

Per gratiam baptiſmalem, totum id, quod veram peccati rationem habet, auferetur. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ SI quis per Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiam, quæ in baptiſmate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam aſſerit, non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet, ſed illud dici tãtum radi, aut non imputari, anathema ſit: in renatis enim nihil odit Deus, quia nihil eſt damnationis iis, qui verè cõſepulti ſunt cũ Chriſto per baptiſma in mortem, qui non ſecundum carnem ambulãt, ſed veterem hominem exuentes, & nouum, qui ſecundũ Deũ, creatus eſt, c induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti ſunt, hæredes, quidem Dei, cohæredes

Christi, ita vt nihil prorsus ei ad ingressu coeli remoretur.

SVPER CAPVT III.

¶ *Qui secundum Deum creatus est.* Concordat text. in cap. quomodo renouari de poen. d. 2. & illud ad Ephes. 4. vers. 24. *Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est.*

¶ Eadem sessione quinta, in prine.

In baptizatis remanet concupiscentia, quæ tamen nõ est vere, & proprie peccatum. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Manere in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur, & sentit: quę cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed vtiliter per Christi Iesu gratiam repugnãtibus nõ valet: quinimò, qui legitimè certauerit, coronabitur. Hãc concupiscẽtia, quã aliquãdo Apostolus peccatũ apellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiã Catholicã nũquã intellexisse peccatũ appellari, quod vere, & propriè in renatis peccatũ sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatũ inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anath. sit.

¶ Item sessione sexta, c. 4.

Exprimitur virtus, & effectus Baptismi. Hoc dicit.

CAPVT V.

Translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorũ Dei post Euangelium promulgatum, sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest, sicut scriptum est: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Vnde in sessione septima statuuntur sequentes Canones.

CANON I.

Si quis dixerit, baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi, anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, aquam veram & naturalem, non esse de necessitate baptismi, atque ideò verba illa Domini nostri Iesu Christi: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto*, ad metaphoram aliquam detorserit, anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, in Eccleſia Romana, quæ omnium Eccleſiarum mater eſt, & magiſtra, non eſſe veram de baptiſmi Sacramento doctrinam, anathema ſit.

CANON IIII.

Si quis dixerit baptiſmum, qui etiam datur ab hæreticis g in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia, non eſſe verum baptiſmum, anathema ſit.

CANON V.

Si quis dixerit baptiſmum, liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem, h anathema ſit.

CANON VI.

Si quis dixerit baptizatum, nō poſſe, etiam ſi velit, gratiam amittere quantumcunque peccet, niſi nolit credere, anathema ſit.

CANON VII.

Si quis dixerit, baptizatos per baptiſmū ipſum ſolius tātū fidei fieri, non autem vniuerſæ legis Chriſti ſeruandæ, anathema ſit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, baptizatos liberos eſſe ab omnibus ſanctæ Eccleſiæ preceptis, quæ vel ſcripta, vel tradita ſunt, ita vt ea obſeruare nō teneātur, niſi ſe ſua ſponte illis ſubmittere voluerint, anathema ſit.

CANON IX.

Si quis dixerit, ita reuocandos eſſe homines ad baptiſmi ſuſcepti memoriam, vt vota omnia, quæ poſt baptiſmum fiunt, vi promiſſionis, in baptiſmo ipſo iam facta irrita eſſe intelligant; quaſi per ea & fidei, quam profeſsi ſunt detrahatur, & ipſi baptiſmo, anathema ſit.

CANON X.

Si quis dixerit, peccata omnia, quæ poſt baptiſmum fiunt, ſola recordatione, & fide ſuſcepti baptiſmi, vel dimitti, vel venialia fieri, anathema ſit.

CANON XI.

Si quis dixerit verū, & ritè collatum baptiſmū, iterandū eſſe illi, qui apud in fideles fidē Chriſti negauerit, cùm ad pœnitentiā conuertitur, anathema ſit.

CANON XII.

Si quis dixerit, neminē eſſe bap-

tizandum, nisi ea ætate, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo, anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, paruulos, eò quod actum credendi non habẽt, suscepto baptismo, inter fideles computandos non esse, ac propterea cũ ad annos discretionis peruenerint, esse rebaptizandos, aut præstare, omitti eorum baptismum quã eos non actu proprio credentes, baptizari in solaide Ecclesiæ, anathema sit.

CANON XIIII.

Siquis dixerit, huiusmodi paruulos baptizatos, cum adoleuerint, interrogandos esse, an ratũ habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur polliciti sunt, & vbi se nollere spõderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Christianam vitã cogendos, nisi vt ab Eucharistiæ, aliorumque Sacramentorũ perceptione arceantur, donec resipiscant, anathema sit.

SVPER CAPVT V.

d ¶ *Habuisse eandem vim.* Concordat. D. Aug. in Enchir. c. 49. c. aliud. & cap. non regenerabantur. de cons. d. 4.

e ¶ *Aquam veram, & naturalẽ.* Cõcordat tex. in c. pen. ext. eod. & cap. filius. & cap. non dubito. de consec. d. 4.

f ¶ *Omniũ Ecclesiarũ mater est.* Concordat tex. in cap. 1. 12. dist. & cap. rogamus. 24. q. 1. cap. fin. inf. de extre. vnctio. cum ibi allegatis.

g ¶ *Qui etiam datur ad hæreticos.* Concordat Conc. Florent. in decretis Eugen. ca. dictum. §. quod vero, cum duobus seq. 1. q. 1. Itẽ S. D. N. Pius Quintus probauit sententiam Congregationis Concilij, Caluinistarum baptismum verum esse, & ideò baptizati ab eis non sunt iterum baptizandi: non enim Caluinistæ discesserũt ab Ecclesia circa baptismũ, & seruant formã Ecclesiæ, sed nõ aliqua solemnia. Cæremoniæ supplendæ sunt in baptizatis, à Caluinistis, etiam in adultis, præuia abiuratione hæresis, & reconciliatione.

h ¶ *Non necessarium ad salutẽ.* Concordat tex. in cap. nulla præter, de consec. dist. 4. & illud Ioã. 3. *Nisi quis renatus.* & c. vt supra.

De Sacramento Confirmationis.

TITVLVS QVINTVS.

In sessione septima Concilij Tridentini.

Re-

Referuntur tres Canones, quibus doctrina Catholica pro Sacramento Confirmationis continetur. Hoc dicit.

CANON I.

Si quis dixerit, confirmationē baptizatorum *a* otiosam cæremoniam esse, & non potiùs verū & proprium Sacramentum: aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim quandam, qua adolescentiæ proximi fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant, anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, iniurios esse Spiritui sancto *b* eos, qui sacro confirmationis chrismati, virtutem aliquam tribuunt, anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, sanctæ confirmationis Ordinarium ministrū *c* non esse solùm Episcopum, *d* sed quemuis simplicem Sacerdotem, anathema sit.

De Sacramento Confirmationis.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Confirmationem baptizatorū.* Concordat tex. in c. nullus ministrorum. de consecra. d. 4.

b *Iniurios esse Spiritui sancto.* Cōcordat tex. in cap. 1. & cap. 2. de consec. dist. 1.

c ¶ *Confirmationis Ordinarium ministrum.* Concordat tex. in cap. si quis omnes. inf. de sacro. ord. ca. manus. de cōsec. d. 5. Conc. Flor. in decre. Eugen. Euseb. Papa in epist. ad Episcopos Tusciæ. Melchia. in epist. ad Episcopos Hispan. Innoc. I. in epist. 1. c. 3. Concil. II. Hispal. c. 5. & 7.

d ¶ *Non esse solum Episcopum.* Declar. Card. Episcopo chrismatis tantum conferendi causa ad loca suæ diœcesis accedente, laici vel Ecclesiarum Rectores ad illius impensas non tenentur. Etiã Abbates ex priuilegio Sedis Apostolicę de cōsensu tamen Ordinariorū, hoc Sacramentum: cōfirmationis cōferre possunt. Omnes Prælati inferiores exempti habentes iurisdictionem episcopalem, si intra fines alicuius diœcesis sunt, tenentur accedere ad Episcopum, intra cuius limites existunt pro sanctis oleis. S. D. N. consultò respondit, non posse Abbates vti facultate conferendi sacro sanctum confirmationis chrisma, nisi Ordinarius loci consenserit, & quemadmodum, & quandiù placuerit ei. Qui verò est nullius diœcesis, habensque iurisdictionem, vt supra, potest ac-

In Sacramento Eucharistiæ, totus Christus verè, & realiter continetur. Hoc dicit.

CAPVT II.

Docet sancta Synodus, & aperte, ac simpliciter profitetur, in almo sanctæ Eucharistiæ Sacramẽto post panis, & vini consecrationem Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum, atque hominem vere realiter, ac substãtialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri: nec enim hæc inter se pugnant, vt ipse Saluator noster, semper ad dexteram Patris in cœlis assideat, iuxta modum existendi naturalem, & vt multis nihilominus alijs in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus possibilemtamen esse Deo, cogitatione per fidẽ illustrata assequi possumus, & cõstantissime credere debemus. Ita enim maiores omnes nostri quotquot, in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc Sacramento dissererũt, apertissime professi sunt, hoc tamen admirabile Sacramentum, in vltima cœna Redemptorem nostrũ instituisse, cum post panis vinique benedictionem, se suum ipsius Corpus illis præbere, ac suũ sanguinem, disertis, ac prespicuis verbis testatus est: quæ verba [a] à sanctis Euangelistis commemorata, & à D. Paulo postea repitita cum propriam illam, & apertissimam significationem præseferẽt secundum quam à Patribus intelecta sunt: indignissimum sane flagitium est, ea à quibusdam contentiosis, & prauis hominibus ad fictitios, & imaginarios tropos, quibus veritas carnis, & sanguinis Christi negatur, contra vniuersum Ecclesiæ sensum detorqueri, quæ tanquam columna, & firmamentum veritatis, hæc ab impijs hominibus excogitata cõmenta, velut Sathanica, detestata est grato semper, & memore animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens. Vnde in Canone primo dicitur.

Si quis negauerit, in sanctissimę Eucharistiæ Sacramento contineri verè, realiter, & substantialiter corpus & sanguinem vna cũ anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, ac proinde totũ Christum, sed dixerit tantummodo esse in eo, vt signo, vel figura, aut virtute, anathema sit.

De venerabili Eucharistię Sacramento.

SVPER CAPVT II.

a. ¶ *Quæ verba.* Horum verbo-

tum meminerunt omnes Euangelistæ ac etiam D. Paulus: videlicet Matth. c. 26. versi. 26. Marc. cap. 14. versi. 22. Luc. cap. 22. versic. 19 Ioan. cap. 6 versi. 25. & 1. Corinth. 11. versic. 24.

Eadem sessione decima tertia, cap. 2.

Quam plurimi sunt sacræ Eucharistiæ fructus, & effectus, ostendit. In Eucharistia memoriale Passionis Christi, atque spiritualis animarum cibus, & antidotus: pignus præterea futuræ gloriæ, ac symbolum mystici Ecclesiæ corporis: Hoc docet.

CAPVT III.

Saluator noster, discessurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc instituit, in quo diuitias diuini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum, & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, [b] suamque annuntiare mortem, donec ipse ad iudicandum mundum veniat. Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit: *Qui manducat me, & ipse viuet propter me*: & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur. Pignus præterea id esse voluit futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeoque symbolum vnius illius corporis, cuius ipse caput existit, cuique nos tanquam membra arctissima fidei, spei, & charitatis, connexione astrictos esse voluit vt id ipsum omnes diceremus, nec essent in nobis schismata. Vnde dicitur in Canone quinto.

Si quis dixerit, vel præcipuum fructum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire, anathema sit.

SVPER CAPVT III.

[b] ¶ *Celebrare nos sui memoriam præcepit.* Concordat tex. in cap. iterátur de consec. d. 2. & illud Luc. 22. versi. 19. & 1. Corint. 11. versi. 24. *Hoc facite in meam commemorationem.*

Eadem sessione decima tertia, cap. 3.

Eucharistia etiam antequam à quoquam suscipiatur, sanctificandi virtutem habet; vt potè quæ statim post consecrationem, vel ex vi verborum, vel ex vi naturalis connexionis, sacratione hypostaticæ vnionis totum Christum verissimè cõtinet. Hoc docet.

CAPVT IIII.

Commune hoc quidem est sanctissi-

Digitized by Google

diſsimæ Euchariſtiæ cum cæteris Sacramentis, ſymbolum eſſe rei ſacræ, *c* & inuiſſibilis gratiæ formam viſſibilem: verum illud in ea excellens, & ſingulare reperitur, quod reliqua Sacramenta tunc primum ſanctificandi vim habent, cum quis illis vtitur, at in Euchariſtia ipſe ſanctitatis autor ante vſum eſt: nondum enim Euchariſtiam de manu Domini Apoſtoli ſuceperant, cum vere tamen ipſe affirmaret corpus ſuũ eſſe quod præbebat. Et ſemper hæc fides in Eccleſia Dei fuit, ſtatim poſt conſecrationem verum Domini noſtri corpus, veriũque eius ſanguinem ſub panis & vini ſpecie vna cum ipſius anima, & diuinitate exiſtere: ſed corpus quidem ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie, ex vi verborum, ipſum autem corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animaq; ſub vtraque vi naturalis illius connexionis, & cõcomitantiæ, qua partes Chriſti Domini, qui iam ex mortuis reſurrexit, non ampliùs moriturus, *d* inter ſe copulãtur: diuinitatem porrò propter admirabilem illã eius cum corpore, & anima hypoſtaticam vnionem. Vnde dicitur in Canone quarto.

Si quis dixerit, peracta conſecratione, in admirabili Euchariſtiæ Sacramento non eſſe corpus & ſanguinem Domini noſtri IESV Chriſti, ſed tantum in vſu, dum ſumitur, non autem ante, vel poſt, & in hoſtijs, ſeu particulis conſecratis, quæ poſt communionem reſeruantur, vel ſuperſunt, non remanere verũ corpus Domini, anathema ſit.

SVPER CAPVT IIII.

c ¶ *Symbolum eſſe rei ſacræ.* Cõcordat tex. in cap. ſacrificium. de conſecratione. diſt. 2.

d ¶ *Non amplius moriturus.* Cõcordat tex. in cap. ſemel Chriſtus. cap. iteratur. cap. ſinguli. cap. qui manducant. de conſecrat. diſt. 2. & illud Apoſt. ad Roman. 6. verſic. 9. *Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur.*

Eadem ſeſsione decima tertia, cap. 3.

Sub vna quaque Euchariſtiæ ſpecie, & ſub ſingulis cuiuſque ſpeciei partibus continetur totus Chriſtus. Hoc dicit.

CAPVT V.

Veriſsimum eſt tantundem ſub alterutra ſpecie, atque ſub vtraque contineri, *e* totus enim & integer Chriſtus ſub panis ſpecie, & ſub quauis ipſius ſpecei parte: totus item ſub vini ſpecie, & ſub eius partibus exiſtit. ¶ Vn-

de dicitur in Canone tertio.

Siquis negauerit, in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub vna quaque specie, sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri, anathema sit.

SVPER CAPVT V.

e ¶ *Atque sub vtraque contineri.* Concordat tex. in cap. quamuis, infra, de commun. sub vtraque specie. cap. qui manducant. c. qui inuitat. cap. singuli, de consec. distin. 2.

Eadem sessione decima tertia, cap. 4.

Ex vi consecrationis conuertitur tota substantia panis in corpus Christi, & tota substantia vini in sanguinem: quæ conuersio conuenienter appellatur transubstantiatio. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Quoniam Christus Dominus Redemptor noster, corpus suum id, quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit, ideò persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, id que nunc denuò sancta hæc Synodus declarat per consecrationem panis, & vini conuersionem fieri totius substantiæ f panis, in substantiam corporis Christi Domini nostri, & totius substantia vini, in substantiã sanguinis eius: quæ conuersio conuenienter, & propriè à sancta Catholica Ecclesia trãssubstantiatio est appellata. Vnde dicitur in Canone secundo.

Si quis dixerit, in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam panis, & vini, vna cum corpore & sanguine Domini nostri IESV Christi, negaueritque mirabilem illam, & singularem conuersionẽ totius substantiæ panis in corpus, & totius substantię vini in sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis & vini, quam quidem conuersionem Catholica Ecclesia aptissime transubstantiatio appellat, anathema sit.

SVPER CAPVT VI.

f ¶ *Conuersionem fieri totius substantiæ.* Concordat tex. in cap. panis. de consecr. d. 2. cap. cum Marthe. de celeb. Missa.

¶ Eadem sessione decima tertia, cap. 5.

Eucharistiæ Sacramento cultus latriæ exhiberi debet. Hoc dicit.

CAPVT VII.

Nullus dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles

Digitized by Google

les pro more in Catholica Ecclesia semper recepto, latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeãt: neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit à Christo Domino, vt sumatur institutum: nam illum eundem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem pater æternus introducens in orbem terrarum, dixit: Et adorent eum omnes Angeli Dei: quem Magi procidentes adorauerunt, quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse, Scriptura testatur. Vnde dicitur in Canone sexto.

Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ Sacramento Christum, vnigenitum Dei filium, non esse cultu latriæ, etiam externo, adorandum, anathema sit.

Eadem sessione decima tertia, cap. 5.

Laudabile est Eucharistiam peculiari celebritate venerari, & in processionibus, vt adoretur circumgestare. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Declarat sancta Synodus, pie, & religiose admodum in Dei Ecclesiam inductũ fuisse hunc morem, vt singulis annis peculiari quodam, & festo die g præcellentem hoc, & venerabile Sacramentum singulari veneratione ac solemnitate celebraretur, atque in processionibus reuerenter, & honorifice illud per vias, & loca publica circumferetur: æquissimum est enim sacros aliquos statutos esse dies, cum Christiani omnes singulari, ac rara quadam significatione gratos, & memores testentur animos, erga communem Dominum, & Redemptorem, pro tam in effabili, & plane diuino beneficio, quo mortis eius victoria, & triũphus repræsentat: ac sic quidẽ oportuit victricẽ veritatẽ demẽdacio, & hæresi triũphum agere, vt eius aduersarij in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersæ Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati, & fracti tabescant, vel pudore affecti, & cõfusi aliquando resipiscant. Vnde dicitur in Canone sexto.

Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ Sacramento Christum vnigenitum Dei filium, non esse festiua peculiari celebritate venerandum; nec in processionibus, secundum laudabilem, & vniuersalem Ecclesiæ sanctæ ritum, & consuetudinem, solemniter circumgestandum; vel non publice vt adoretur, populo proponendum, & eius adoratores esse idololatras, anathema sit.

SV-

SVPER CAPVT VIII.

g ¶ *Peculiari quodam & festo die.* Concordat tex.in Clemen. vni de Reliq.& ven.Sanct.

h ¶ *Vtque in processionibus reuerenter.* Declarat.Cardin.Magis decet,solemnitas venerabilis Sacramenti celebretur in Cathredrali Ecclesia, quam in alia, ex eaque sumi sanctissimum Sacramentũ, & in processione per vias publicas circumferri, & ad eandem Ecclesiam referri,totiusque rei agẽdæ autoritas penes Capitulum sit.

Eadem sessione decima tertia, cap.6.

Reseruari debet in sacrario sancta Eucharistiæ, & ad infirmos honorifice deferri. Hoc dicit.

CAPVT IX.

¶ Consuetudo asseruandi in sacrario i sanctam Eucharistiam, adeò antiqua est,vt eam seculum etiam Niceni Concilij agnouerit: porrò deferre ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, k & in hunc vsum diligenter in Ecclesijs cõseruari, præter quam quod cum summa æquitate, & ratione coniunctum est, tum multis in Concilijs præceptũ inuenitur,& vetustissimo Catholicæ Ecclesiæ more est obseruatum. Quare sancta hæc Synodus retinendũ omninò salutarem hunc, & necessarium morem statuit. Vnde dicitur in Canone septimo.

Si quis dixerit, non licere sacram Eucharistiam in sacrario reseruari,sed statim post consecrationem astantibus necessario distribuendam:aut non licere, l vt illa ad infirmos honorificè deferatur,anathema sit.

SVPER CAPVT IX.

i ¶ *Consuetudo asseuerandi in sacrario.* Cõcordat text.in c.sane.de celebr. Missa.cap.de cũst. Eucha. cap.presbyter.de consecrat.d.2. & I.Conc.Nicæ.cap.14.

k ¶ *Deferre ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos.* Concordat Cõcil.Rhem.cap.2.Concil.Lateran. sub Innocent.III.cap.26.c.præsente.93.dist. & Conc. Ancyra. cap.6.Conc.I.Nicæn.c.12. Concil.IIII.Carthag.c.77.& 78. Agath.c.15.

l ¶ *Aut non licere.* Declar.Cardin.Non licet sanctam Eucharistiam ad ægrotantes deferre, qui morbi grauitate impediti sumere eam non possunt,sed venerationis gratia solent deosculari, vt si forte aliquo in loco talis est consuetudo, ea prorsus est tollenda, vel sic sacratissimum Sacramentum ad infirmos deferendum est,

vt

vt illud sumant; non vt adorent tantùm, sicuti fit in aliquibus locis, quod Pius Quintus prohibuit.

Eadem sessione decima tertia, cap. 7.

Nullus sibi conscius peccati mortalis quantumuis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad Eucharistiam accedere debet: & oppositum pertinaciter asserentes excommunicantur. Hoc dicit.

CAPVT X.

Si non decet ad sacras vllas functiones quempiam accedere, nisi sanctè: certe quo magis sanctitas, & diuinitas cælestis huius Sacramenti viro Christiano comperta est, eo diligentius cauere ille debet, ne absq; magna reuerentia, & sanctitate ad id percipiendum accedat, præsertim cùm illa plena formidinis verba *m* apud Apostolũ legamus: *Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicãs opus Domini.* Quare communicare volenti reuocãdum est in memoriam eius præceptum. Probet se ipsum homo. *n* Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumuis sibi cõtritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat. Quod à Christianis omnibus, etiam ab his Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuò seruandum esse decreuit, modo non desit illis copia cõfessoris: quod si necessitate vrgente Sacerdos absque præuia cõfessione celebrauerit, quamprimum confiteatur. Vnde dicitur in Canone vndecimo.

Si quis dixerit, solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, anathema sit. Et ne tantum Sacramentum indigne, atque ideò in mortem, & condemnationem sumatur, statuit, atque declarat ipsa sancta Synodus, illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam se contritos existiment, habita copia confessoris, necessario præmittenda esse cõfessionem sacramentalem. Si quis autem contrariũ docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat.

Si quis dixerit, non licere Sacerdoti celebranti se ipsum communicare, anathema sit.

SVPER CAPVT XII.

¶ *Celebrantes se ipsos communicarent.* Concordat tex. in cap. relatum. de consecrat. distinct. 2.

Eadem sessione decima tertia, cap. 8.

Adhortantur Christi fideles ad panem hunc super substantialem frequenter suscipiendum. Hoc dicit.

CAPVT XIII.

Paterno affectu admonet sancta Synodus, hortatur, rogat, & obsecrat per viscera misericordiæ Dei nostri, vt omnes, & singuli, qui Christiano nomine cēsentur in hoc vnitatis signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiæ symbolo iam tandem aliquando conueniant, & concordent, memoresque tātæ maiestatis, & tam eximij amoris Iesu Christi Domini nostri, qui dilectam animam suam in nostræ salutis pretium, & carnem suam nobis dedit ad manducandum; hæc sacra mysteria corporis, & sanguinis eius ea fidei constantia, & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate, & cultu credant, & venerentur, vt panem illum super substantialem frequenter suscipere possint, & is vere eis sit animæ vita, & perpetua sanitas mentis, cuius vigore confortati, ex hūius miseræ peregrinationis itinere ad cœlestem patriā peruenire valeant, eundem panem Angelorum, q quem modo sub sacris, velaminibus edunt, absque vllo velamine māducaturi. Vnde dicitur in canone nono.

Si quis negauerit, omnes, & singulos Christi fideles r vtriusque sexus, cum ad annos discretionis peruenerint, teneri singulis annis, saltim in Paschate, s ad communicandum, t iuxta præceptum sanctæ matris Ecclesiæ, anathema sit.

SVPER CAPVT XIII.

q ¶ *Eundem panem Angelorum.* Concordat tex. in cap. re vera. c. omnia. de cōsec. d. 2. & illud Psal. 77. versi. 25. *Panem Angelorum manducauit homo.*

r ¶ *Singules Christi fideles.* Concordat tex. in cap. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remiss. Cōc. Lateran. sub Innocent. III. cap. 21.

s ¶ *Saltem in Paschate.* Declar. Cardin. Quærebatur, stante priuilegio Minoribus, & alijs Religiosis concesso, vt omni tempore, præterquā in die Dominicę Resurrectionis, possit ab illis Eucharistia sumi, an qui ab eis intra Domini-

minicã in Albis Eucharistiam perceperunt, præcepto de quo in ca. omnis de pœnit. & remiss. satisfecerit? Congregatio die 23. Ianuarij, 1586. cẽsuit negatiuè, quia dist. cap. omnis sicut vult, vt quis proprio parocho confiteatur, ita à proprio etiam Eucharistiã sumi & quis subdit, nisi de proprij Sacerdotis consilio duxerit, abstinẽdum ab Eucharistia, ab eodem recipi debet Eucharista: eius enim est destruere, cuius est condere. l. vlt. C. de leg. Alexand. ibid num. 13. Eo magis, quia tunc Religiosi non poterant hoc Sacramentum ministrare. Card. in Clem. 1. n. 12. de priu. Leo Decimus hoc eis cõcessit, sic Nauar. in Manua. cap. 17. num. 52. Dubitatur rursum, an eis, qui infra dictum tempus, de manu parochi Eucharistiam acceperunt, & sic præcepto Ecclesiæ satisfecerũt, vel intẽtionẽ habẽt, prius quãlabatur octaua Paschalis, de manu parochi eam sumere, licitum sit ipso Resurrectionis die de Religiosorum manucõmunicare? Congregatio censuit, die 23. Ianuarij, 1586. id nonesse licitum, cum sit expressè prohibitum. Nauar. vbi sup. In Pasche tate sumenda est Eucharistia in propria parochia, nec excusatur sumens in hebdomada sancta, vel immediatè post Pascha extra eã. Laici in Regularium Monasterijs inseruientes etiam ipsi Eucharistiam in propria parochiã sumẽre debent.

t ¶ *Ad communicandum.* Decis. Card. 273. Congregatio Concilij censuit, non satisfacere præcepto Ecclesiæ eum, qui sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipit, ante, vel post diem Paschatis non de manu parochi, sed Regularium, habẽtium à Sede Apostolica priuilegium ministrandi hoc Sacramẽtum, præter quam in die Paschatis.

Item sessione vigesima prima, cap. 4.

Parvulis ante vsum rationis nulla est necessaria sacramentalis Eucharistiæ communio. Hoc dicit.

CAPVT XIIII.

Sãcta Synodus docet, paruulus vsu rationis carentes, nulla obligari necessitate, ad sacramentalẽ Eucharistiæ communionem: si quidem per baptismi lauacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere nõ possunt: neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando seruauit: vt enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certè eos nulla salutis necessita-

ceſsitate id feciſſe, ſine controuer ſia credendum eſt. Vnde dicitur in Canone 4.

Si quis dixerit, paruulis antequam ad annos diſcretionis peruenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem, anathema ſit.

Item ſeſsione vigeſima ſecunda, cap. 6.

Laudatur frequens & quotidiana communio Sacramentalis. Hoc dicit.

CAPVT XV.

Optaret ſacroſancta Synodus, vt ſingulis Miſsis n fideles ad ſtantes non ſolum ſpirituali affectu, ſed ſacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione communicarent, quo ad eos ſanctiſsimi huius ſacrificij fructus vberior perueniat.

SVPER CAPVT XV.

n ¶ *Vt in ſingulis Miſsis*. Declar. Card. Obſtat Concilium Tridentinum Epiſcopo volenti preſcribere certa tempora, vt dies Dominicos, quartam & ſextam feriam, quibus tantum liceat virislaicis coniugatis negotiatoribus, & mulieribus, etiam non cõiugatis ſanctiſsimam Euchariſtiam ſumere, etiam ob irreuerentiam, quam poteſt quotidiana huius Sacramẽti ſumptio in ſua diœceſi parere. Hoc fuit deciſum in menſe Ianuarij 1587. obſtare. Quia antiquo tempore peracta cõſecratione, omnes aſſantes ſumebant Euchariſtiã; & ideò licitum eſt quotidie Euchariſtiam ſumere. c. quotidie. de conſecra. d. 1. Quapropter exhortandi ſunt fideles, vt ſicut quotidie peccãt, ita quotidie medicinam accipiant. cap. ſi quotieſcunque. de conſecr. diſt. 2.

Item ſeſsione vigeſima quinta, cap. 10. de regul.

Non licet Euchariſtiam reſeruare intra ſepta Monaſterij Monialiũ. Hoc dicit.

CAPVT XVI.

Quod ſanctiſsimũ Chriſti corpus intra chorum, vel ſepta Monaſterij Monalium, & non in publica Eccleſia conſeruetur, prohibet ſancta Synodus: non obſtãte quocũq; indulto, aut priuilegio.

De communione ſub vtraque ſpecie.

TITVLVS VII.

In ſeſsione vigeſimaprima Cõcilij Trident. in princ.

Expedit doctrinam de communione ſub vtraque ſpecie explicare, & definire. Hoc dicit.

CAPVT I.

Sacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea Apoſtolicæ Sedis Legatis, cum de tremẽdo, & ſanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento, varia diuerſis in locis errorum monſtra nequiſsimi dæmonis artibus circũferantur; ob quæ in nõnullis Prouincijs multi à Catholica fide, atque obediẽtia videantur diſceſsiſſe, cenſuit ea, quæ ad cõmunionẽ ſub vtraque ſpecie, & paruulorum pertinent hoc loco exponenda eſſe. Quapropter cunctis Chriſti fidelibus interdicit, ne poſt hac de ijs aliter, vel credere, vel docere, vel prædicare audeant, quam eſt his decretis explicatum, atque definitum.

Eadem ſeſsione vigeſima prima, cap. 1.

Laici & clerici non conficientes nullo diuino præcepto obligantur ad Euchariſtiæ Sacramentum ſub vtraque ſpecie ſumendum. Hoc dicit.

CAPVT II.

Sancta Synodus à Spiritu ſancto, qui ſpiritus eſt ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & pietatis, edocta, atque ipſius Eccleſiæ iudicium, & conſuetudinem ſequuta, declarat, ac docet, nullo diuino præcepto laicos, & clericos nõ cõficientes, obligari ad Euchariſtiæ Sacramentum ſub vtraque ſpecie ſumendum, nec vllo pacto, ſalua fide dubitari poſſe, quin illis alterius ſpeciei communio ad ſalutem ſufficiat: nam & ſi Chriſtus Dominus in vltima cœna venerabile hoc Sacramentum in panis & vini ſpeciebus inſtituit, & Apoſtolis tradidit, non ea mẽ illa inſtitutio, & traditio eo tẽdunt, vt omnes Chriſti fideles ſtatuto Domini ad vtranque ſpeciẽ accipiendam aſtringantur: ſed neque ex ſermone illo, apud Ioannem 6. rectè colligitur, vtriuſque ſpeciei communionem à Domino præceptam eſſe, vt cunque iuxta varias Sanctorum Patrum, & Doctorum interpretationes intelligatur: nã que, qui dixit: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in nobis*: dixit quoque: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum*. Et qui dixit: *Qui manducat meam carnẽ, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam*: dixit etiam: *Panis, quem*

quem ego dabo, caro mea est pro mun di vita: & deniq; qui dixit: *Qui mã ducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in il lo:* dixit nihilominus: *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Vnde dicitur in Canone primo.

Si quis dixerit ex Dei præcepto, vel necessitate salutis, omnes & singulos Christi fideles, vtranque speciem sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti sumere debere, anathema sit.

Eadem sessione vigesima prima, cap. 2.

Ecclesia iustis ex causis decreuit laicos, & clericos non cõficientes sub altera tantùm specie communicare debere. Hoc dicit.

CAPVT III.

Agnoscens sancta mater Ecclesia suam in administratione Sacramentorum autoritatem, licèt ab initio Christianæ Religionis non infrequens vtriusque speciei vsus fuisset: tamen progressu temporis, latissimè iam mutata illa consuetudine, grauibus, & iustis causis adducta, hanc consuetudinem sub vtraque specie communicandi approbabit, & pro lege habendam decreuit, quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiæ autoritate prolibito mutare non licet. Vnde dicitur in Canone secundo.

Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam Catholicam, non iustis rationibus adductam fuisse, vt laicos, atque etiam clericos non conficiẽtes sub panis tantùm modo specie communicare, aut in eo errasse, anathema sit.

Eadem sessione vigesima prima, cap. 3.

Totus & integer Christus, verumque Sacramentum etiam sub altera tantùm specie sumitur. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Quamuis Redemptor noster, in suprema illa cœna hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, & Apostolis tradiderit: tamen fatendum est, etiam sub altera tantùm specie totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi, ac propterea quoad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos fraudari, qui vnam speciem solam accipiunt. Vnde dicitur in canone tertio.

Si quis negauerit, totum & integrum Christum, omnium gra-

tiarum fontem & autorem, sub vna panis specie sumi, quia, vtquidam falsò asserunt, non secundũ ipsius Christi institutionem sub vtraque specie sumatur, anathema sit.

Item sessione vigesima secunda, in fin.

Proponuntur duo articuli super concessione calicis, quorum determinatio refertur ad Summum Pontif. Hoc dicit.

CAPVT V.

¶CVM sancta Synodus superiori sessione duos articulos, alias propositos, & tunc nondum discussos, videlicet, An rationes, quibus sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, vt communicaret laicos, atque etiam non celebrantes Sacerdotes, sub vna panis specie, ita sint retinẽdę, vt nulla ratione calicis vsus cuiquam sit permittendus: & an si honestis, & Christianæ charitati cõsentaneis rationibus concedendus alicui, vel nationi, vel regno calicis vsus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quænã illæ sint, in aliud tempus, oblata sibi occasione, examinandos, atque definiendos, reseruauerit: nunc eorum pro quibus petitur, saluti optimè consultum volens, decreuit, integrum negotiũ ad sanctissimũ Dominũ nostrũ esse referẽdũ, prout præsenti decreto refert qui pro sua singulari prudentia id efficiat, qꝑ vtile Reipublicę Christianæ, & salutare petẽtibus vsum calicis fore iudicauerit.

De celebratione Missarum, & diuinis officijs.

TITVLVS VIII.

In sessione vigesima secunda, Conc. Trident. cap. 1.

Oportuit nobis dari Sacerdos Christus Dominus, qui posset omnes perfectè sanctificare. Hoc dicit.

CAPVT I.

Quoniam sub priori Testamẽto, teste Apostolo Paulo, propter Leuitici Sacerdotij imbecillitatem consummatio nõ erat, oportuit Deo Patre misericordiarum, ita ordinante Sacerdotem alium secũdum ordinem Melchisedech surgere, Dominum nostrum IESVM Christum, qui posset omnes, quotquot sanctificandi essent, consummare, & ad perfectum adducere.

Ea-

Eadem sessione vigesima secũda, cap. 1.

Missa est verum sacrificium â Christo Domino post vltimam cœnam institutum, quando corpus, & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo patri obtulit, ac sub earundem rerum symbolis Apostolis, eorumque in sacerdotio successoribus vt offerrent præcipit. Hoc docet.

CAPVT II.

¶ Deus & Dominus noster IESVS Christus, & si semel seipsum in ara Crucis, morte intercedẽte, Deo Patri oblaturus erat, vt æternam illic redemptionem operaretur, quia tamen per mortem Sacerdotium eius extinguẽdum non erat, in cœna nouissima, qua nocte tradebatur, vt dilectæ sponsæ suæ Ecclesiæ inuisibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in Cruce peragendum repræsentaretur, eiusque memoria in finem vsque sæculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ â nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur: Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, se in æternum constitutum declarans, corpus & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo patri obtulit, ac sub earundem rerũ, symbolis Apostolis, quos tunc nouitestamenti Sacerdotes constituebat, vt sumerent, tradit, & eisdem eorumque in sacerdotio successoribus, vt offerrent, præcepit per hæc verba: *Hoc facite in meam cõmemorationem*: vti semper Ecclesia Catholica intellexit, & docuit; nã celebrato veteri Pascha, quod in memoriam exitus de Ægypto multido filiorum Israel immolabat, nouum instituit Pascha se ipsum ab Ecclesia per Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrẽ, quando per sui sanguinis effusionẽ nos redimit, eripuitq; de potestate tenebrarum, & in regnum suum transtulit. Vnde dicitur in Canone primo.

Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum & proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christũ ad manducandum dari, anathema sit. Rursus in Canone secundo.

Si quis dixerit, illis verbis: *Hoc facite in meam cõmemorationem*. Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes: aut non ordinasse vt ipsi alijque Sacerdotes offerrẽt corpus & sanguinem suum, anathema sit.

Eadem sessione vigesima secũda, cap. 1.

Missæ sacrificium fuit Prophetarum oraculis prædicatum, & veterum sacrificiorum imaginibus adũbratum. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶MISSA quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentiũ inquinari potest: quam Dominus per Malachiã nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundi offerendã prædixit: & quam non obscurè innuit Apostolus Paulus Corinthijs scribens, cùm dicit, non posse eos, qui participatione mẽsæ dæmoniorũ polluti sunt, mensæ Domini participes fieri: per mensam altare vtrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum, naturæ, & legis tempore, similitudines figurabatur: vt potè, quæ bona omnia, per illa significata, velut illorum omnium consummatio, & perfectio complectitur.

Eadem sessione vigesima secunda, cap. 2.

Sacrificium Missæ est verè propiciatorium non solùm vivis, verum etiam defunctis in purgatorio existẽtibus: nec ex hoc quicquam Passioni Christi derogatur. Hoc dicit

CAPVT IIII.

Quoniam in diuino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idẽ ille Christus continetur & incruẽte immolatur, qui in ara Crucis semel se ipsum cruente obtulit: docet sancta Synodus sacrificiũ istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri, vt, si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia contriti, ac pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata, etiam ingentia dimittit. Vna enim eademque est hostia, idemque nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diuersa. Cuius quidem oblationis, cruentæ inquam, fructus per hanc incruẽtam vberrimè percipiuntur, tantùm abest, vt illi per hanc quouis modo derogetur. Quare non solùm pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus, sed & pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis, ritè iuxta Apostolorum traditionem offertur.

Digitized by Google

atur. ¶ Vnde dicitur in Canone tertio.

Si quis dixerit, Missæ sacrificium tantùm esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in Cruce peracti, non autem propiciatorium, vel soli prodesse sumẽti: neque pro viuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus offerri debere, anathema sit. Item in Canone quarto.

Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio, in Cruce peracto per Missę sacrificium, aut ille per hoc derogari, anathema sit.

Eadem sessione vigesima secũda, cap. 3.

Missæ sacrificium soli Deo offertur, & si id fiat in honorem Sanctorum ad impetrandum eorũ patrocinia. Hoc dicit.

CAPVT V.

Quamuis in honorem, & memoriam sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueuerit: non tamen illis sacrificium offerri dócet: sed Deo soli, qui illos coronauit: vndenec Sacerdos dicere solet: Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule: sed Deo de illorum victorijs gratias agens, eorum patrocinia implorat, vt ipsi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus interris. Vnde dicitur in Canone quinto.

Si quis dixerit, impostúram esse, Missas celebrare in honorem sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinẽda, sicut Ecclesia intẽdit, anathema sit.

Eadem sessione vigesima secunda, cap. 4.

Canon, qui inter Missarum solemnia profertur, pijssimè ab Ecclesia institutus est. Hoc dicit.

CAPVT VI.

¶ CVM sancta sanctè admi nistrari conueniat, sitque hocomnium sanctissimum sacrificium, Ecclesia Catholica, vt digne reuerenterque offerretur, ac perciperetur, sacrum Canonem multis ante seculis instituit, ita ab omni errore purum, vt nihil in eo cõtineatur, quod non maximè sanctitatem, & pietatem quandam redoleat, mentesque offerentium in Deum erigat. Is enim constat cum ex ipsis Domini verbis, tùm ex Apostolorum traditionibus, ac sanctorum quoque Pontificum pijs institutionibus. ¶ Vnde dicitur in Canone sexto.

SVPER CAPVT VIII.

a ¶ *Probat, atque adeò commendat.* Concordat Fabianus Papa in c. & ſi non, de conſec. d. 1. & Concil. Eliuer. in c. omnis homo, de conſec. d. 2. & Concil. I. Tole. c. 13. dum probat certis quibuſdam temporibus communicantes.

Eadem ſeſsione vigeſima ſecũda, cap. 7.

Aqua miſcenda eſt vino in calice offerendo ex præcepto Eccleſiæ. Hoc dicit.

CAPVT IX.

¶ Monet ſancta Synodus, præceptum eſſe ab Eccleſia Sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerẽdo miſcerent, *b* tum quod Chriſtum Dominum ita feciſſe credatur, tùm etiam, quia è latere eius aqua ſimul cum ſanguine exierit, quod Sacramentum hac mixtione recolitur: & cum aquæ in Apocalypſi Beati Ioannis populi dicantur: ipſius populi fidelis cum capite Chriſto vnio repræſentatur. ¶ Vnde dicitur in Canone nono.

Si quis dixerit, aquam nõ miſcendam eſſe vino in calice offerendo, eo quod ſit contra Chriſti inſtitutionem, anathema ſit.

SVPER CAPVT IX.

b ¶ *In calice offerẽdo miſcerent.* Cõcordat Concil. Carthag. cap. 24. & Concil. III. Brachar. cap. 1. ex Cypria. lib. 2. epiſt. 3.

Eadem ſeſsione vigeſima ſecunda, cap. 8.

Non expedit Miſſam vulgari paſſim lingua celebrari: tenentur nihilominus paſtores, ex ijs, quæ in Miſſa leguntur, interdum aliquid exponere. Hoc dicit.

CAPVT X.

¶ Etſi Miſſa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire viſum eſt Patribus, vt vulgari paſsim lingua celebraretur. Quam obrem retento vbique cuiuſque Eccleſiæ antiquo, & à ſancta Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarũ matre, & magiſtra, probato ritu, ne oues Chriſti eſuriant, nève paruuli panem petant, & non ſit, qui frangat eis, mandat ſancta Synodus paſtoribus, & ſingulis curam animarum gerentibus, vt frequẽter inter Miſſarum celebrationẽ, vel per ſe, vel per alios ex ijs quæ in Miſſa leguntur, aliquid exponant, atque inter cætera ſanctiſsimi huius ſacrificij myſterium aliquod declarent, diebus præſertim

Digitized by Google

Dominicis,& Festis.¶ Vnde dicitur in Canone nono.

Si quis dixerit, lingua tantùm vulgari Missam celebrari debere, anathema sit.

Eadem sessione vigesima secunda,in decre.de obseru.

Maxima cura adhibenda est, vt Missæ sacrificium cum omni puritate peragatur.Hoc dicit.

CAPVT XI.

¶ Quanta cura adhibenda sit, vt sacrosanctum Missæ sacrificium omni religionis cultu,ac veneratione celebretur,quiuis facilè existimare poterit, qui cogitauerit,maledictum in sacris literis eum vocari, qui facit opus Dei negligenter;quod si necessario fatemur nullum aliud opus adeò Sanctum ac Diuinum à Christi fidelibus tractari posse,quàm hoc ipsum tremendum mysterium, quo viuifica illa hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus,in altari per Sacerdotes quotidie immolatur: satis etiam apparet omnem operam,& diligentiam in eo ponendam esse, vt quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia,& puritate, atque exteriori deuotionis, ac pietatis specie peragatur.

Eadem sessione vigesima secunda,in decr.de obser.

Ordinarij tenentur prohibere ea, quæ ab huius sacrificij dignitate aliena sunt;videlicet,quæ auaritia, vel irreuerẽtia, vel superstitio induxit, Hoc dixit.

CAPVT XII.

¶ CVM multa iam siue tẽporum vitio, siue hominum incuria,& improbitate irrepsisse videantur,quæ à tanti sacrificij dignitate aliena sunt,vt ei debitus honor,& cultus ad Dei gloriam, & fidelis populi ædificationem restituatur: decernit sancta Synodus,vt Ordinarij locorum Episcopi ea omnia prohibere,atque è medio tollere sedulò curent,ac teneantur, quæ vel auaritia, e idolorum seruitus,vel irreuerentia, d quæ ab impietate vix seiuncta esse potest,vel superstitio veræ pietatis falsa imitatrix,induxit.

SVPER CAPVT XII.

e ¶ *Auaritia.* Declarat Cardin. Hæc auaritia non solùm arcenda est, ab eo, qui celebrat, sed ab ijs etiam, qui à celebrante aliquid exquirunt, vt illi faciant licentiã celebrandi.

d ¶ *Ire-*

d ¶ *Irreuerentia*. Declarat Card. Vbi est consuetudo, quod Sacerdos ornamētis sacerdotalibus indutus, eleemosynam quærat, & pacem offerat illam S.D.N. censuit toleranda. ¶ Sacerdoti celebranti oblationem, & elemosynam accipere liceat, dummodò apud altare maneat, ne per eleemosynam vagetur, quæ vagatio hic specialiter tollitur, de obseruand. & euitand. in celebratione Missæ. ¶ Parochus autem Ecclesiam circumire potest. At simplex Sacerdos, nec ad populum se vertere, nec Ecclesiam circumire potest. Ita Congregatio facto verbo cum Sanctissimo censuit.

Eadem sessione vigesima secūda, in decre. de obser.

Omnis turpis quæstus pro Missis celebrandis cauere debet, & ab Episcopis prohiberi. Hoc dicit.

CAPVT XIII.

¶ Vt multa paucis comprehēdantur: inprimis quod ad auaritiā pertinet, cuiusuis generis mercedū conditiones, pacta, & quidquid pro Missis nouis *e* celebrādis datur: necnon importunas, atque illiberales elemosynarum exationes, *f* potiùs quàm postulationes, aliaque huiusmodi, quæ à simoniaca labe, vel certè à turpi quæstu non longè absunt, Episcopi omninò prohibeant.

SVPER CAPVT XIII.

e ¶ *Pro Missis nouis*. Declar. Cardin. Qui Missas nouas celebrant, possunt se tantùm in medio altaris ad populum vertere, & oblationes spontè factas recipere, nō autem circumire Ecclesiam hac de causa.

f ¶ *Illiberales eleemosynarum exactiones* Declarat Cardi. Potest accipi eleemosyna inter partes stabilita, pro Missis celebrandis, & promittens soluere potest conueniri. Caiet. in sum. verb. simonia, regul. 5. & Soto de iust. & iur. lib. 9. q. 6.

Eadem sessione vigesima secūda, in decre de obser.

In Missarum celebratione omnis irreuerentia vitari debet, tam ex parte celebrantis, quàm ex parte loci, & etiam ex parte intereſſentium. Hoc dicit.

CAPVT XIIII.

Vt irreuerētia vitetur, singuli Episcopi in suis diœcesibus interdicant, ne cui vago, & ignoto, Sacerdoti Missas celebrare liceat. Neminem præterea, qui publicè, & notoriè criminosus sit, aut sanc-

ctō altari miniſtrare, aut ſacris intereſſe permittant: nè ve patiantur, [g] priuatis in domibus, [h] atque omnino extra Eccleſiam, [i] & ad diuinum tantùm cultum dedicata oratoria, [k] ab eiſdem Ordinarijs deſignanda, & viſitāda, ſanctum hoc ſacrificium à ſecularibus, aut regularibus quibuſcunq; peragi, [l] ac niſi prius, qui interſint, decenter compoſito corporis habitu, declarauerint, ſe mente etiam, ac deuoto cordis affectu, non ſolum corpore adeſſe.

SVPER CAPVT XIIII.

g ¶ *Nè ve patiantur.* Concordat Concilium Laudic. c. 58. Concil. II. Carthag. can. 9. cap. ſicut, cum ſequentibus, c. hic ergò, c. nullus presbyter. c. clericos, de conſecr. d. 1. & Anacle. epiſt. 1.

h ¶ *Priuatis in domibus.* Declarat Cardin. Facultatem celebrandi in priuatarum domorum oratorijs, ab Apoſtolica Sede emanatā, Epiſcopus impedire non poteſt, verum oratoria ipſa viſitare ei permittitur, & corrigere, quidquid corrigendum inuenerit, licentias autem ab anteceſſoribus Ordinarijs conceſſas reuocare, aut limitare eius arbitrio permittitur. ¶ An poſsit Ordinarius reſtringere licentias iam conceſſas celebrari faciendi in priuatis oratorijs, vigore huiuius decreti? Congregatio cenſuit non poſſe, ſi huiuſmodi licentiæ conceſſæ ſint à ſede Apoſtolica, ſed debere earum formam obſeruare, viſitando tantùm hæc oratoria, ſi decenti in loco, ornataq; ſint, quod ſi licentiæ ab Epiſcopis conceſſæ ſunt, poſſe eas reſtringere, prout conuenire videritur. ¶ Licentia celebrandi Miſſam in oratorio alicuius laici, reuocare non poteſt ſine cauſa.

i ¶ *Atque omnino extra Eccleſiam.* Deciſ. Cardin. 38. Congregatio Concilij declarauit, caput vnicum de obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ, ſeſſione vigeſima ſecunda in ea parte, inqua diſponitur extra Eccleſiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria ſacrificium Miſſæ celebrari non debere, non derogaſſe priuilegio introducto in fauorem Epiſcoporum, per cap. vlti. de priuileg. in 6.

k ¶ *Dedicata oratoria.* Declarat Cardinal. In oratorijs extra Eccleſiam dedicatis celebrare liceat, dummodò nullum parochiæ damnum inferatur. ¶ In priuatis oratorijs celebrandi facultas ab Epiſcopo concedi non poteſt, quod procedit etiam in locis deſtinatis, oratorij formam nō habentibus. ¶ Idem de Principum domibus cenſendum eſt, nam hoc caſu illæ priuatę cenſentur, idem de palatijs Baronorum.

Ordi-

¶ Ordinarij arbitrio permittit Pontifex personarum, & infirmitatis, qualitate pensata, vt pro infirmorum commoditate, in priuato oratorio, vel altari ad hoc deputato facultatem celebrandi concedat. ¶ Ordinarius debet dare licentiam Marchionissæ, vt possit facere celebrari Missam in oratorio, quod propter ætatis & valitudinis incommoda in aula sui palatij honesto, & opportuno loco ad sacræ Missæ vsum extruendum curauit, quod occlusum teneat, sicuti sacrificij, quod ibi agendum est, dignitas postulat. Sic responsum fuit Archiepiscopo Ianuensi. ¶ In priuatis domibus nō debet permitti, vt Missæ celebrentur, nisi pro necessitate, & tunc in oratorio fieri debet, aut altari ad diuinum cultum dedicato. ¶ Literis Archiepiscopi Ianuensis quærentis, quid agendum sibi esset, in praua Ianuensium cōsuetudine, qui tam ægri, quàm valentes passim contra decreta Concilij Tridentini Missas domi audiunt? Visum est respondendum, vt nemini, qui possit ad Ecclesiam ire, id permittat. In casu tamen necessitatis concedat arbitrio suo, modò celebretur in oratorio, vel altari ad id ministeriū constituto. ¶ Infans nobilissima mulier Portugaliæ, cùm per consuetudinem non posset ipsa, nec eius familia exire domo ad Missam, an possit & liceat sibi, & familiæ in oratorio audire? Concessum id fuit sine tamen præiudicio parochiæ.

Licentia celebrandi Missam in oratorio, vel Ecclesia de nouo fabricata dari non debet, nisi cum clausula, saluo iure, & sine præiudicio Ecclesiæ parochialis. Hoc tamen præiudicium intelligitur in ijs, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, & ad alia, quæ ipsi parochiæ de iure debita attinēt. In alijs verò non. Oratorium ab Ordinario visum, atque recognitum, si existimetur idoneum, in quo honor, & cultus Deo tribuatur, quod Missæ sacrificium requirit, debet ab eodem Ordinario, si adsit aliqua legitima causa permitti, vt in eodem Missa celebretur.

l ¶ *Quibusunque peragi.* Declaratio Cardin. Fuit dubitatum, an hoc decretum scilicèt de Missis in priuatis domibus sit derogatū Episcopo priuilegium, de quo in cap. vltimo, de priuilegijs in 6. fuit ab omnibus Cardinalibus die 1586 decisum negatiuè, quia intentio Concilij est tolleri abusus, & in Episcopis non est abusus, cum fiat ex causa, vt quotidie Missam audiant, dicto capite vltimo, quam non audirent, si illa priuilegia Episcopi derogarentur

Fuit etiam dubitatum, an possint

sint vti isto priuilegio Episcopi propter valitudinem? Fuit ab omnibus decisum, vt prima affirmatiuè, quia profectionis, & valetudinis causa æquiparantur. ¶ Eodem priuilegio possunt vti Episcopi, ex vrgenti periculo, nam & per caput concedimus, de consecrat. distinct. 1. conceditur Missę celebratio propter necessitatem extra Ecclesiam. ¶ Rursus fuit dubitatum, stante declaratione alias edita â sacra Cõgregatione, quod licentia celebrandi in priuatis oratorijs sit petẽda à Sede Apostolica, an Episcopus non valens commodè accedere ad Ecclesiam, possit absque dicta licentia domi celebrare, vel celebrare sibi facere? Et fuit decisum dicta die, quod sic, ex cap. Missarum solemnia, de consecrat. distin. 1. ¶ Rursus quærebatur, an stante prædicta declaratione, quod licẽtia est petenda à Sede Apostolica, an Episcopus possit cõcedere alijs? & fuit decisum negatiuè, ex hoc textu, & ex dicta declaratione, ad tollendum abusus, licet de iure possit, dict. cap. Missarum solemnia.

Eadem sessione vigesima secũda, in decre. de obseru.

Musicæ lasciuæ, ac seculares omnes actiones ab Ecclesijs arceri debent. Hoc dicit.

CAPVT XV.

¶ Ab Ecclesijs musicas eas, vbi siue organo, siue cantu lasciuum, aut impurum aliquid miscetur; item seculares omnes actiones, vana, atque ideò profana colloquia, de ambulationes, strepitus, [m] clamores arceant Episcopi: vt domus Dei, verè domus orationis esse videatur, ac dici possit.

SVPER CAPVT XV.

m ¶ *De ambulationes, strepitus.* Declarat Cardin. Iudices etiam Ecclesiastici, qualis est Vicarius cum adiunctis, non possunt intra corpus Ecclesiæ iudicium exercere, vt infra cap. 6. sess. 25. de reformatione.

Eadem sessione vigesima secũda, in decreto de obseru.

Ordinarij edicto & pœnis propositis cauere debent, ne vlla intersit superstitio, in Missarum celebrationibus. Hoc dicit.

CAPVT XVI.

¶ Ne superstitioni locus aliquis detur, edicto & pœnis propositis caueant Ordinarij, ne Sacerdotes alijs quàm debitis horis [n] celebrent, neve ritus alios, aut alias

alias cæremonias, & preces in Missarum celebratione *o* adhibeant, præter eas, quę ab Ecclesia, probatæ, ac frequenti, & laudabili vsu receptæ fuerint. Quarundam verò Missarum, & candelarum certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quam à vera Religione inuentus est, omninò ab Ecclesia re moueant: docentque populum, quis sit, & à quo potissimum prouenit sanctissimi huius sacrificij tam pretiosus, ac cœlestis fructus. Moneant *p* etiam eũdem populum, vt frequenter ad suas parochias, saltẽ diebus Dominicis, *q* & maioribus festis accedat. *r*

SVPER CAPVT XVI.

n ¶ *Debitis horis.* Declar. Cardin. Ante diem & horis indebitis celebrari nulli liceat, etiam vigore priuilegiorũ à Sede Apostolica ante Concilium Tridentinum concessorum. ¶ An autem Regulares possint Dominicis diebus dicere Missas, nisi prius in Ecclesia maioris fuerit cãtatum Præfatium? Cõgregatio censuit, nullo decreto Concilij id sancitum esse, & ne processiones faciant extra claustra, vel publicas monitiones, seu quasuis Bullas publicent, sine Episcopi licentia, sic declarauit Cõgregatio istad oppositum enim est contra Bullam cœnæ Domini, & alias constitutiones Pontificum. ¶ Placuit confirmari Florentiæ confraternitati, sancti Frãcisci, & Beatæ Mariæ Magdalenæ, facultatem celebrandi Missam ante lucem, sed ita, vt Missa non incipiatur, nisi duabus horis ante Solis ortum. ¶ Prælatis, capellanis, clericis, fratribus, alijsq; superioribus mandat Pius Quintus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub iræ indignationis, ac perpetuæ suspensionis à diuinis pœnis, vt deinceps Missas vespertino tempore licentiarum à maiori Pœnitẽciario obtentarum, aut aliarum facultatum, siue quouis alio prætextu celebrare, vel celebrari facere, non præsumant. Et hæc sancta constitutio Pij Quinti habetur in Bullario.

o ¶ *Et preces in Missarum celebratione.* Declarat Cardin. Licet nouæ, & non receptę preces in Missa prohibeantur, non tamen calculatorie, dummodò ob illas nihil omittatur in Missa. ¶ Per hæc etiam verba non prohibetur, quin vbi consuetudo viget, vulgare sermone dici possint.

p ¶ *Moneant.* Declarat Cardinal. Populus monendus est, vt Dominicis diebus, & festis maioribus in suis parochijs Missas audiat, non tamen est ad id per censuras Ecclesiasticas cogendus. ¶ Sed neque pœnis, neque mulctis possit Episcopus populum adstrin-

adstringere, neque in casu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ, non modo vt populus accedat ad audiendam Missam, & sacram concionem ad Ecclesiam parochialem, sed etiam pueri cogi non possunt ad discendam doctrinam Christianam ibidem.

q ¶ *Ad suas parochias saltem diebus Dominicis.* Declarat Cardinal. Circa excommunicationem ferē dam in eas, quibus diebus Dominicis non accedunt ad matricem, vel parochialem Ecclesiam pro Missa audienda. Congregatio cē fuit, hanc pœnam excommunicationis, nullo decreto Concilij impositam fuisse, sed tantùm iniunctum Episcopis, vt moneant populum, vt frequenter ad suas parochias saltim diebus Dominicis, & maioribus festis accedat, vt loquitur in præsenti cap. Item moneant populum diligenter teneri vnumquemque parochiæ suæ interesse, vbi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei, vt loquitur sess. 24. cap. 4. ¶ De Rectore Monoculo, qui vult sedari Religioni, & celebrare Missam, negatum est, qui captus toto oculo, neque huius dispositionis reperitur exemplum, ne scandalo populo sit.

r ¶ *Et maioribus festis accedat* Cōcordat tex. in cap. in Dominicis, cum seq. 9. q. 2. cap 2. de paroch. Conc. Agat. c. 21. & 63.

Eadem sessione vigesima secūda, in decret. de obseru.

Ordinarijs locorum conceditur facultas constituendi ea omnia, quæ huic sacrificio congruere videbuntur. Hoc dicit.

CAPVT XVII.

Hæc omnia, quæ summatim enumerata sunt omnibus locorū Ordinarijs, ita proponuntur, vt non solùm ea ipsa, sed quæcunque alia ad sacrosancti huius sacrificij reuerentiam pertinere visa fuerint, ipsi pro data sibi à sacrosancta Synodo potestate, ac etiā, vt Delegatis Sedis Apostolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, statuant, atque ad ea inuiolatè seruanda, censuris Ecclesiasticis, alijsque pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant: non obstantibus priuilegijs, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscunque. *f*

SVPER CAPVT XVII.

f ¶ *Ac consuetudinibus quibuscunque.* Decis. Cardin. 278. Pro parte Episcopi Salmanticensis Ecclesiæ à sacra rituum Congregatione quæsitum fuit, an ceremoniale Episcoporum nuper editū, tollat immemorabiles Ecclesiarū consue-

cõsuetudines. Eadem sacra rituũ Congregatio, respondit, vt alias sæpè, cæremoniale præceptum tollere abusus, non autem immemorabilis Ecclesiarum consuetudines, maximè si consuetudo immemorabilis legitimè prescripta sit.

Item sessione vigesima tertia, cap. 14. de reform.

CAPVT XVIII.

¶ CVRET Episcopus, vt presbyteri saltim diebus Dominicis, & festis solemnibus, si autem curam habuerint animarum tam frequenter, vt suo muneri satisfaciant Missas celebrent.

SVPER CAPVT XVIII.

¶ *Curet Episcopus*, Declar. Cardin. Adhortationibus, & motionibus cum suis presbyteris agere debet Episcopus non censuris Ecclesiasticis, vt diebus Dominicis, & festiuis solemnibus celebrent. Sed non potest Episcopus sub pœnis & censuris monere, vt legitimè non impediti debeãt celebrare, sed solis adhortationibus, & monitionibus. An Episcopus hoc faciat solis adhortationibus, & monitionibus, an verò possit monere, & censuris compellere, & legitimè non impediti debeant celebrare? Congregatio censuit, non posse ex hoc capite.

De pœnitentijs, & remissionibus.

TITVLVS IX.

In Sessione sexta Concil. Trident. cap. 14.

Qui post baptismum in peccata labuntur, Sacramenti pœnitentiæ reparari poterunt. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ QVI ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterũt cum excitante Deo, per pœnitentiæ Sacramentum merito Christi amissam gratiã recuperare procurauerint: hic enim iustificationis modus est lapsi reparatio, quam secundam post naufragium appellãrunt: etenim pro ijs, qui post baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus Sacramentum instituit pœnitentiæ, cum dixit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Vnde dicitur in Canone vigesimo nono.

Digitized by Google

Si quis dixerit, eum, qui post baptismum lapsus est non posse per Dei gratiam resurgere, aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiam recuperare sine Sacramento pœnitentiæ, prout sancta Romana, & vniuersalis Ecclesia à Christo Domino, & eius Apostolis edocta, hucusque professa est, seruauit, & docuit, anathema sit.

De pœnitentijs, & remissionibus.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Secundam post naufragium.* Concordat D. Hieron. in epist. ad Demet. quæ incipit: *Inter omnes*, & super cap. 1. Amos. & Tertul. in lib. de pœnit. & in c. secunda post. de pœnit. d. 1. & c. pœnitentiæ cano. vni. infra. eodem.

b ¶ *Quorum remiseritis peccata.* Concordat illud Ioann. 20. nu. 23. *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et illud Matthæ. 16. n. 19. *Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.*

¶ Eadem sessione sexta, cap. 14.

Pœnitentia hominis lapsi præter cessationem à peccatis, & eorum detestationem, includit etiam eorundem confessionem, absolutionem, & satisfactionem saltem in voto. Hoc dicit.

CAPVT II.

Docendum est Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multo aliā esse à baptismali, eaque contineri non modo cessationē à peccatis, eorum detestationē, aut cor contritum, & humiliatum, verum etiam eorundem sacramentalem confessionem saltem in voto, & suo tempore faciendam, & sacerdotalem absolutionem: itemque satisfactionem per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia: non quidem pro pœna æterna, quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto vna cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali: quæ vt sacræ literæ docent, nō tota semper, *d* vt in baptismo fit, dimittitur illis, qui gratia Dei, quā acceperunt, ingrati, Spiritu sancto contristauerunt, & templum Dei violare non sunt veriti. De qua pœnitentia scriptum est. *Memor esto vnde excideris, age pœnitentiam, e & prima opera fac.*

Et

Et iterum: *Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilẽ operatur.* Et rurſus: *Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitẽtiæ.* Vnde dicitur in Canone trigeſimo.

Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit: vt nullus rẽmaneat reatus pœnæ temporalis exoluẽdæ, vel in hoc ſæculo, vel in futuro in purgatorio, antequam ad regni cœlorum aditus patere poſsit, anathema ſit.

SVPER CAPVT II.

e ¶ *Cor contritum, & humiliatum.* Concordat text. in cap. ſacrificium. de pœn. d. 1. & illud Pſal. 50. num. 19. *Cor contritum, & humilitatem Deus non deſpicies.*

d ¶ *Non tota ſemper.* Concordat cap. quo ad ſatisfactionem capit. diuina iuſtitia infra eodem.

e ¶ *Age pœnitentiam.* Concordat text. in cap. quia ſanctitas. 50. diſt. & cap. miror. de pœnitent. diſtinct. 1. & illud Apoc. 2. nu. 5. *Memor eſto unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac:* & illud 2. Corin. 7. num. 10. *Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur,* & illud Matth. 3. num. 2. *Pœnitentiam agite,* & illud Luc. 3. nu. 8. *Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.*

Item ſeſsione decima quarta cap. 1.

Per Sacramentum Pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum applicentur merita Chriſti Domini. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ SI ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum eſſet, vt iuſtitiam in baptiſmo, ipſius beneficio, & gratia ſuſceptam, conſtanter tuerentur, non fuiſſet opus aliud ab ipſo baptiſmo Sacramentum ad peccatorum remiſsionem eſſe inſtitutum. Quoniam autem Deus, diues in miſericordia, cognouit figmentum noſtrum, illis etiam vitæ remedium contulit, qui ſeſe poſtea in peccati ſeruitutem, & dæmonis poteſtatem tradidiſſent, Sacramẽtum videlicet pœnitentiæ, quo lapſis poſt baptiſmum, beneficium mortis Chriſti applicatur.

Eadem sessione decima quarta, cap. 1.

Vniuersis, qui se mortali peccato inquinassent, fuit quouis tempore necessaria pœnitentia, quæ tamen nec ante aduentum Christi erat Sacramẽtum, nec modò est ante baptismum. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Fuit quidem pœnitentia vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quouis tempore ad gratiam, & iustitiam assequendam necessaria, illis etiam, qui baptismi Sacramento ablui petiuissent, vt peruersitate abiecta, & emendata tantam Dei offensionẽ cũ peccati odio, & pio animi dolore detestarentur. Vnde Propheta ait: *Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Dominus etiam dixit: *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* Et princeps Apostolorum Petrus peccatoribus baptismo initiandis, pœnitentiam commendans, dicebat: *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.* f Porrò nec ante aduentum Christi pœnitentia erat Sacramentum, nec est post aduentum illius cuiquã ante baptismum.

SVPER CAPVT IIII.

f ¶ *Baptizetur vnusquisque vestrum.* Concord. tex. in c. agunt. cap. proprie, de consecratione, distinctione quarta, & illud Actu. 2. num. 38. *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.*

Eadem sessione decima quarta, cap. 1.

Christus Dominus instituit Sacramentum pœnitentiæ, quando discipulis suis dixit: Accipite Spiritum sanctum, &c. quæ verba non licet contra institutionem huius Sacramenti interpretari. Hoc dicit.

CAPVT V.

¶ DOMINVS Sacramẽtum pœnitentiæ tunc præcipuè instituit, cũ à mortuis excitatus, insufflauit in Discipulos suos, dicens: *Accipite Spiritũ sanctum: quorum remiseritis peccata, remittũtur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Quo tam insignifacto, & verbis tam prespicuis, potestatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos, Apostolis & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, vniuersorum Patrum consensus

ſenſus ſemper intellexit, & nouationes, remittēdi poteſtatē, olim pertinaciter negātes, magna ratione Eccleſia Catholica, tanquam hæreticos exploſit, atque cōdemnauit. Quare veriſsimum hunc illorum verborum Domini ſenſum ſancta hæc Synodus probans, & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad poteſtatē prædicandi verbum Dei, & Chriſti Euangelium annunciandi, contra huiuſmodi Sacramenti inſtitutionem falſò detorquent. ¶ Vnde dicitur in Canone primo.

Si quis dixerit, in Catholica Eccleſia pœnitentiam non eſſe verè & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties poſt baptiſmum in peccata labuntur, ipſi Deo reconciliandis à Chriſto Domino noſtro inſtitutum, anathema ſit. Item in canone tertio.

Si quis dixerit, verba illa Domini Saluatoris: *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi, & retinendi peccata in Sacramento pœnitentiæ, ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellixit: detorſerit autem cōtra inſtitutionem huius Sacramenti, ad autoritatem prædicandi Euangelium, anathema ſit.

SVPER CAPVT V.

g ¶ *Accipite Spiritum ſanctum.* Concordat tex. in cap. vt conſtitueretur. 50. d. & c. 1. ſup. codē. & illud Ioann. 20. numero 22. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.*

Eadem ſeſsione decima quarta, cap. 2.

Sacramentum Pœnitentiæ differt à Sacramento Baptiſmi, non ſolum penes materiam & formam, verum etiam in qualitate miniſtri, & in diuerſa ſententiarum conditione. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Pœnitentiæ Sacramentum multis rationibus à baptiſmo differre dignoſcitur: nam præterquā quod materia, & forma, quibus Sacramenti eſſentia perficitur, longiſsimè, diſsidet: conſtat certè, baptiſmi miniſtrū iudicē eſſe non oportere: cum Eccleſia in neminem iudiciū exerceat, qui non prius in ipſam per baptiſmi ianuā fuerit ingreſſus: *Quid enim mihi* h (inquit Apoſtolus) *de ijs, qui foris ſunt, iudicare?* Secus eſt de domeſticis fidei, quos Chriſtus Dominus lauacro baptiſmi ſui

Digitized by Google

corporis membra semel effecit: nam hos si se posteà crimine aliquo contaminauerint, non iam repetito baptismo ablui, cum id in Ecclesia Catholica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal tã quam reos sisti voluit, vt per Sacerdotũ sententiã, nõ semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes confugerent, possent liberari. Alius præterea est baptismi, & alius pœnitentiæ fructus: per baptismum enim Christum induentes nouæ prorsus in illo efficimur creaturæ, plenã, & integram peccatorum omnium remissionem consequentes; ad quam tamen nouitatem, & integritatem per Sacramentum pœnitentiæ, sine magnis nostris fletibus, & laboribꝰ, diuina id exigente iustitia, peruenire nequaquam possumus, vt merito pœnitentiæ laboriosus quidam baptismus à Sanctis Patribus dictus fuerit. Vnde dicitur in Canone secundo.

Si quis Sacramenta confundens, ipsum baptismum pœnitentiæ Sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo Sacramẽta distincta non sint, atque ideò pœnitentiam non rectè secundam post naufragium tabulam apellari, anathema-

sit.

Eadem sessione decima quarta, cap. 2.

Pœnitentiæ Sacramentum maxime necessarium. Hoc dicit.

CAPVT VII.

¶ EST hoc Sacramentum pœnitentiæ lapsis post baptismũ ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis ipse baptismus.

Eadem sessione decima quarta, cap. 3.

In illis verbis: Ego te absoluo, cõ sistit formã, & præcipua vis Sacramentum pœnitentiæ. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Docet sancta Synodus, Sacramenti pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse, *Ego te absoluo, &c.* Quibus quidẽ de Ecclesiæ sanctæ more preces quædam laudabiliter adiunguntur: ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius Sacramenti administrationem sunt necessariæ.

Eadem sessione decima quarta, cap. 3.

Tres

Tres ſunt pœnitentiæ partes, & quaſi materia ipſius Sacramenti, nẽpe contritio, confeſsio, & ſatisfactio. Hoc dicit.

CAPVT IX.

Sunt quaſi materia huius Sacramenti ipſius pœnitentis actus nempè contritio, confeſsio, & ſatisfactio: qui quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ab plenamque, & perfectam peccatorum remiſsionem ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione pœnitentiæ partes dicuntur. Hæc de partibus huius Sacramenti ſancta Synodus tradẽs ſimul eorum ſententias damnat, qui pœnitentiæ partes, incuſſos conſcientiæ terrores, & fidem eſſe contendunt. Vnde diciturin Canone quarto.

Si quis negauerit ad integram & perfectam peccatorum remiſsionem requiri tres actus in pœnitente quaſi materiam Sacramẽti pœnitentiæ, videlicet contritionem, confeſsionem, & ſatisfactionem; quæ tres pœnitẽtiæ partes dicuntur, aut dixerit duas tantũ eſſe pœnitẽtiæ partes, terrores, ſcilicet, incuſſos cõſcientiæ cognito peccato, & fidẽ conceptam ex Euangelio, vel abſolutione, qua credit quis, ſibi per Chriſtum remiſſa peccata, anathema ſit.

Eadem ſeſsione decima quarta, cap. 3.

Reconciliatio cum Deo eſt res, & effectus Sacramenti pœnitentiæ. Hoc dicit.

CAPVT X.

RES & effectus Sacramenti pœnitentiæ, quantum ad eius vim, & efficaciã pertinet, reconciliatio eſt cum Deo, quam interdum in viris pijs, & cum deuotione hoc Sacramentum percipientibus, conſcientiæ pax, ac ſerenitas, cum vehementi ſpiritus conſolatione conſequi ſolet.

Eadem ſeſsione decima quarta, cap. 4.

Contritio eſt animi dolor, ac deteſtatio de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero: & fuit quouis tempore ad remiſsionem peccatorum neceſſaria. Hoc dicit.

CAPVT XI.

¶ Contritio, quæ primum locum, inter pœnitentis actus habet, animi dolor, ac deteſtatio eſt de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero. Fuit autem quouis tempore

Digitized by Google

ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius & in homine post baptismum lapso, ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia diuinæ misericordiæ, & voto præstandi reliqua coniunctus sit, quæ ad ritè suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur sancta Synodus, hanc contritionem nõ solùm cessationem à peccato, & vitæ nouæ propositũ, & inchoationẽ sed veteris etiã odium cõtinere iuxta illud: *Projicite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum.* Et certè qui illos Sanctorum clamores cõsideraverit: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*, & alios huius generis facile intelliget eos, ex vehementi quodam ante actæ vitæ odio, & ingenti peccatorum detestatione manasse.

SVPER CAPVT XI.

¶ *Tibi soli peccaui.* Concordat text. in capite, & venit. de pœnitentia, distinctione prima, capite totam, de pœnitentia, distinctione tertia, & illud Psalm. 50. numero sexto *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci*, & illud Psal. 6. numero 7. *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meum*, & illud Isaiæ 38. num. decimo quinto. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.*

Eadem sessione decima quarta, cap. 4.

Contritio ex vi voti Sacramenti Pœnitentiæ, quod includit, hominem Deo reconciliat. Hoc dicit.

CAPVT XII.

¶ Docet sancta Synodus, & si contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, prius quam pœnitentiæ Sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem, ipsi contritioni sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam.

Eadem sessione decima quarta, cap. 7.

Attritio, quæ vel ex turpitudine peccati, vel ex metu pœnarũ concipitur, si voluntatem peccandi excluso-

Digitized by Google

cludat, cum ſpe veniæ, donum Dei, eſt, & ad gratiam impetrandam diſponit. Hoc dicit.

CAPVT XIII.

¶ Illam contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccãdi excludat cum ſpe veniæ declarat non ſolum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei eſſe, & Spiritus ſancti impulſum, non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantùm mouentis, quo pœnitus adiutus, viam ſibi ad iuſtitiam parat. Et quamuis ſine Sacramento pœnitentiæ per ſe ad iuſtificationem perducere peccatorem nequeat: tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento pœnitentiæ impetrãdum diſponit. Hoc enim timore vtiliter concuſsi Niniuitæ ad Ionæ prædicationem, plenam terroribus pœnitentiam egerunt, & miſericordiam à Domino impetrarunt. Quamobrem falſò quidam calũniantur Catholicos Scriptores, quaſi tradiderint Sacramentum pœnitentiæ abſque bono motu ſuſcipientium, gratiam conferre: quod nunquam Eccleſia Dei docuit, neque cenſuit: ſed & falſò docent contritionem eſſe extortam, & coactam, non liberam, & voluntatem. Vnde dicitur in Canone quinto.

Si quis dixerit, eam contritionem, quæ paratur per diſcuſsionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum ſuorum grauitatem, multitudinem fœditatem, amiſsionẽ æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum, cum propoſito melioris vitæ, non eſſe verum & vtilem dolorem, neque præparare ad gratiam, ſed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, demum illam eſſe dolorem coactum, & non liberum, ac voluntarium, anathema ſit Item in Canone ſeptimo ſeſſione 6.

Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, quacunque ratione facta ſint, verè eſſe peccata, vel odiũ Dei mereri, aut quãtò vehementius quis nititur ſe diſponere ad gratiam, tantò tum grauius peccare, anathema ſit. Item in Canone octauo eiuſdem ſeſ. 6.

Si quis dixerit, gehennæ metũ, per quem ad miſericordiam Dei de peccatis dolendo cõfugimus, vel à peccando abſtinemus, peccatum eſſe, aut peccatores peiores facere, anathema ſit.

Eadem seſsione decima quarta, cap. 5.

Confeſsio ſacramentalis iure diuino tanquam neceſſaria ad ſalutem eſt inſtituta. Hoc dicit.

CAPVT XIIII.

¶ Ex inſtitutione Sacramenti pœnitentiæ iam explicata, vniuerſa Eccleſia ſemper intellexit inſtitutam eſſe à Domino integram peccatorum cõfeſsionem, & omnibus poſt baptiſmum lapſis, iure diuino neceſſariam exiſtere: quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus è terris aſcenſurus ad cœlos Sacerdotes ſui ipſius Vicarius reliquit, [k] tanquam præſides, & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferãtur, in quæ Chriſti fideles ceciderũt: quo pro poteſtate clauium, remiſsionis, aut retentionis peccatorum ſententiam pronuncient. Conſtat enim Sacerdotes iudicium hoc, incognita cauſa, exercere non potuiſſe, neque æquitatem quidem illos in pœnis iniungendis ſeruare potuiſſe, ſi in genere dumtaxat, & non potiùs in ſpecie, ac ſigillatim ſua ipſi peccata declaraſſent. Vnde dicitur in Canone ſexto.

Si quis negauerit, confeſsionẽ ſacramentalem, [l] vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam eſſe iure diuino, anathema ſit.

SVPER CAPVT XIIII.

[k] ¶ *Sui ipſius Vicarios reliquit.* Cõcordat tex. in cap. verbum, de pœnit. d. 1. & c. adhuc, de pœnit. d. 3

[l] ¶ *Confeſsionem ſacramentalem.* Concordat clem. 1. in epiſt. 1. ad Iacob. Conc. Cabilonẽ. c. 8.

Eadem ſeſsione decima quarta, cap. 5.

Omnia peccata mortalia, quorum quis, poſt diligentem ſui diſcuſsionẽ, conſcientiam habet, & eas circunſtãtias, quæ ſpeciem peccati mutant, tenetur pœnitens recenſere in confeſsione. Hoc dicit.

CAPVT XV.

Ex dictis coligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum poſt diligentem ſui diſcuſsionem, conſcientiam habent, in confeſsione recenſeri, etiamſi occultiſsima illa ſint, & tantum aduerſus duo vltima decalogi præcepta commiſſa, quæ nonnunquam animum grauius fauciant, & periculoſiora ſint ijs, quæ in manifeſto admittuntur: nam venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur, [m] quamquam recte, & vtiliter, citrà quæ omnem præſumptionem in confeſsione dicãtur, quod piorum

Digitized by Google

rum hominum vſus demonſtrat: taceritatem citra culpam, multiſque alijs remedijs expiari poſſunt. Verum cum vniuerſa mortalia peccata, etiam cogitationis, homines iræ filios, & Dei inimicos reddant: neceſſum eſt omnium, etiam veniam, cum aperta, & verecunda confeſsione à Deo quærere. Itaque dum omnia, quæ memoriæ occurrunt, peccata Chriſti fideles confiteri ſtudent, procul dubio omnia miſericordiæ diuinæ ignoſcenda exponunt. Qui verò ſecus faciunt, & ſcienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponũt. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat. Colligitur præterea etiam eas circunſtantias in confeſsione explicãdus eſſe, quæ ſpeciem peccati mutant, quod ſine illis, peccata ipſa, neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innoteſcãt: & fieri nequeat, vt de grauitate criminum rectè cenſeri poſsint, & pœnam quam oportet pro illis pœnitentibus imponere. Vnde alienum à ratione eſt, docere circunſtantias has ab hominibus otioſis excogitatas fuiſſe, aut vnam tantùm circunſtantiam confitendam eſſe, nempè pecaſſe in fratrem. Vnde dicitur in Canone ſeptimo.

Si quis dixerit, in Sacramento pœnitentiæ ad remiſsionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure diuino confiteri omnia, & ſingula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiã occulta, & quæ ſunt contra duo vltima decalogi præcepta, & circunſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant, ſed eam confeſsionem tantùm eſſe vtilem, ad erudiendum, & conſolandum pœnitentẽ, & olim obſeruatam fuiſſe tãtũ ad ſatisfactionem canonicam imponendam: aut dixerit eos, qui omnia peccata confiteri ſtudent, nihil relinquere velle diuinæ miſericordiæ ignoſcendum, aut demum, non licere confiteri peccata venialia, anathema ſit.

SVPER GAPVT XV.

m ¶ *In quæ frequentius labimur.* Concordat tex. in cap. de quotidianis, cap. adhuc, verſi. nam quicunque, de pœn. diſt. 3. & illud Prouerb. 24. nu. 16. *Septies enim cadit iuſtus, & reſurget.*

Eadem ſeſsione decima quarta, cap. 5.

Confeſsio ſacramentalis, nec impoſsibilis eſt, nec grauis. Hoc dicit.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XVI.

¶Impium est, confessionem, quæ præfata ratione fieri præcipitur, impossibilem dicere, aut carnificinam illam conscientiarum appellare. Constat enim nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigi, quàm vt postquam quisquam diligentius se excusserit, & conscientiæ suæ sinus omnes, & latebras exploraverit, ea peccata cõfiteatur, quibus se Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit, reliqua autem peccata, quę diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuersum eadem confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: *Ab occultis meis munda me Domine.* Ipsa verò huiusmodi confessionis difficultas, ac peccata detegendi, verecundia, grauis quidem videri potest, nisi tot tantisque commodis, & consolationibus leuaretur, quæ omnibus dignè ad hoc Sacramentum accedentibus per absolutionem certissimè conferuntur. Vnde dicitur in Canone octauo.

Si quis dixerit, confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem, anathema sit.

Eadem sessione decima quarta, cap. 5.

Secreta confessio nec aliena est à diuino mandato, neque humanitus inuenta. Hoc dicit.

CAPVT XVII.

¶Quoad modum confitendi secreto apud solum Sacerdotem, etsi Christus nõ vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationẽ, cum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publicè confiteri possit: non est tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec satis consulte humana aliqua lege præciperetur, vt delicta præsertim secreta, publica essent confessione aperienda; vnde cum à sanctissimis, & antiquissimis Patribus magno vnanimique consensu secreta confessio sacramentalis, qua ab initio Ecclesia sancta vsa est, & modò etiam vtitur, fuerit semper commendata, manifestè refellitur inanis eorum calumnia, qui eam à diuino mandato alienam, & inuentum humanum esse, atque à Patribus in Concilio Lateranensi congregatis initium habuisse, docere non verentur. Vnde dicitur in Canone sexto.

Si quis dixerit, modum secretè confitendi soli sacerdoti, quem Eccle-

Eccleſia Catholica ab initio ſemper obſeruauit, & obſeruat alienum eſſe ab inſtitutione, & mandato Chriſti, & inuentum eſſe humanum, anathema ſit.

Eadem ſeſsio ne decima quarta, cap. 5.

Eccleſia determinauit tempus, quo vnuſquiſque tenetur adimplere præceptum diuinum confeſsionis. Hoc dicit.

CAPVT XVIII.

¶ Per Lateranenſe Concilium.

n Eccleſia non ſtatuit, vt Chriſti fideles confiterentur, quod iure diuino neceſſarium, & inſtitutũ eſſe intellexerat; ſed vt præceptũ confeſsionis ſaltim ſemel in anno, ab omnibus & ſingulis, cum ad annos diſcretionis peruenisſent, impleretur. Vnde iam in vniuerſa Eccleſia, cum ingenti animarum fidelium fructu, obſeruatur mos ille ſalutaris confitendi ſacro illo, & maximè acceptabili tempore Quadrageſimæ: quem morem hæc ſancta Synodus maximè probat, & amplectitur tanquam pium, & meritò retinendum. ¶ Vnde dicitur in Canone octauo.

Si quis dixerit confeſsionem ſacramentalem eſſe traditionem humanam, à pijs abolendam, aut ad eam non teneri omnes, & ſingulos vtriuſque ſexus Chriſti fideles, iuxta magni Concilij Lateranenſis inſtitutionem ſemel in anno, & ob id ſuadendum eſſe Chriſti fidelibus, vt non confiteantur tempore Quadrageſimæ, anathema ſit.

SVPER CAPVT XVIII.

n ¶ Per Lateranenſe Concilium. Hoc decretum habetur in cap. 21. Concil. Later. ſub Innocen. III. & refertur in c. omnis vtriuſque ſexus extr. eod. cuius tenor talis eſt.

Omnis vtriuſque ſexus fidelis poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitẽtiam propriis viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum, niſi de proprij Sacerdotis conſilio ob aliquam rationabilẽ cauſam ad tempus ab huiuſmodi perceptione duxerit abſtinendum, alioquin & viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſijs publicetur, ne quiſquam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet, & obtineat

tineat à proprio Sacerdote, cum aliter ipſe illum non poſſet abſoluere, vel ligare. Sacerdos autem ſit diſcretus & cautus, vt more periti Medici ſuper infundat vinum & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens peccatoris circunſtantias, & peccati: ex quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere, & cuiuſmodi remedium adhibere, diuerſis experimentis vtendo ad ſaluandum ægrotum. Caueat autem omninò, ne verbo, aut ſigno, aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem, ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit illud abſque vlla expreſſione perſonæ cautè requirat: quoniam, qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, non ſolùm à ſacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam in arctum Monaſterium detrudendum.

Eadem ſeſſione decima quarta, cap. 6.

Soli Sacerdotes miniſtri ſunt Sacramenti pœnitentiæ: & hi quidem, etiamſi in peccato mortali exiſtant, poteſtate ligandi, & ſoluendi minimè carent. Hoc dicit.

CAPVT XIX.

¶ Circa miniſtrum Sacramẽti pœnitentiæ, declarat ſancta Synodus, falſas eſſe & à veritatẽ Euangelij penitus alienas, doctrinas omnes, quæ ad alios quoſuis homines præter Epiſcopos & Sacerdotes, clauium miniſteriũ pernicioſè extendunt, putantes verba illa Domini: *Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque ſolueritis ſuper terrã, erunt ſoluta & in cælo: & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt*: ad omnes Chriſti fideles indifferenter, & promiſcuè, contra inſtitutionem huius Sacramenti, ita fuiſſe dicta, vt quiuis poteſtatem habeat remittendi peccata: publica quidem per correctionẽ, ſi correctus acquieuerit: ſecreta verò per ſpontaneã confeſſionem, cuicunque factã. Docet quoque etiam Sacerdotes, qui peccato mortali tenẽtur, per virtutem Spiritus ſancti, in ordinatione collatam, tãquam Chriſti miniſtros functionem remittendi peccata exercere, eoſq; prauè ſentire, qui in malis Sacerdotibus hanc poteſtatem non eſſe contendunt. Vnde dicitur in Canone decimo.

Si quis dixerit, Sacerdotes, qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligãdi & ſoluendi non habere; aut non ſolos Sacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis, ſed omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus eſſe dictum, *Quæcunque alli-*

gaue-

Digitized by Google

gaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in cælo: & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Quorum verborum virtute quilibet abſoluere poſsit peccata, publica quidem per correctionem dumtaxat, ſi correctus acquieuerit, ſecreta verò per ſpontaneam confeſsionē, anathema ſit.

SVPER CAPVT XIX.

o ¶ *Qui peccato mortali tenentur.* Concordat tex. in cap. ſecūdum Eccleſiæ, 19. diſt. c. non nocet, 1. quæſt. 1.

Eadem ſeſsione decima quarta, cap. 6.

Sacramentalis abſolutio actus eſt iudicialis; eritque nullius momēti, ſi ex parte miniſtri deſit intentio, vel ex parte pœnitentis contritio. Hoc dicit.

CAPVT XX.

¶ Quamuis abſolutio Sacerdotis alieni beneficij ſit diſpenſatio, tamen non eſt ſolùm nudum miniſterium, vel annunciandi Euangelium, vel declarandi remiſſa eſſe peccata, ſed adinſtar actus iudicialis, quo ab ipſo veluti à iudice ſententia pronuntiatur, atque ideò non debet pœnitens, adeò ſibi de ſua ipſius fide blandiri, vt etiamſi nulla illi adſit contritio, aut Sacerdoti animus ſeriò agendi, & verè abſoluendi, deſit, putet tamen ſe propter ſuam ſolam fidem verè, & coram Deo eſſe abſolutum: nec enim fides ſine pœnitentia remiſsionem vllam peccatorum præſtare: nec is eſſet, niſi ſalutis ſuæ negligentiſsimus, qui Sacerdotem iocoſè abſoluentem cognoſcere, & non alium ſeriò agentem, ſedulo requireret. ¶ Vnde dicitur in Canone nono.

Si quis dixerit, abſolutionem ſacramentalem Sacerdotis, non eſſe actum iudicialem, ſed nudū miniſterium pronūtiandi, & declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti, modò tantùm credat ſe eſſe abſolutum: aut Sacerdos non ſeriò, ſed ioco abſoluat: aut dixerit non requiri confeſsionē pœnitentis, vt Sacerdos ipſum abſoluere poſsit, anathema ſit.

Eadem ſeſsione decima quarta, cap. 7.

Nulla eſt abſolutio, quam Sacerdos in eum profert, in quem non habet iuriſdictionem. Hoc dicit.

CAPVT XXI.

¶ Quoniam natura, & ratio iudicij,

iudicij,illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos dumtaxat feratur, p perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, & veriſsimum eſſe Synodus hæc cōfirmat,nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere,quam Sacerdos in eum profert,in quem ordinariam,aut ſubdelegatam habet iuriſdictionem.

SVPER CAPVT XXI.

p ¶ *In ſubditos dumtaxat feratur.* Concordat tex.in cap.ſi Epiſcopus,eodem tit lib.6.

Eadem ſeſsiòne decima quarta,cap.7.

Summus Pontifex, & Epiſcopi habent ius reſeruādi ſibi caſus,â quibus nullus inferior poteſt abſoluere præter quam in articulo mortis, in quo quilibet Sacerdos,quoslibet pœnitentes â quibuſuis peccatis,& cenſuris abſoluere poteſt.Hoc dicit.

CAPVT XXII.

¶ Magnopere ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinet ſanctiſsimis Patribus noſtris viſum eſt,vt atrociora quædam, & grauiora crimina non à quibuſuis, q ſed à ſummis dumtaxat Sacerdotibus abſoluerentur. r Vnde merito Pontifices Maximi pro ſuprema poteſtate, ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita , cauſas aliquas criminum grauiores,ſuo potuerunt peculiari iudicio reſeruare. Nec dubitādū eſt,quādo omnia, quę a Deo ſūt,ordinata ſūt,quin hoc idē Epiſcopis omnibꝰ in ſua cuique diœceſi,in ędificationem tamen, non in deſtructionem,liceat pro illis in ſubitos tradita,ſupra reliquos inferiores Sacerdotes autoritate pręſertim quoad illa,quibus excōmunicationis cenſura annexa eſt.Hanc autem delictorum reſeruationem,conſonum eſt diuinæ authoritati, non tātum in externa politia,ſed etiā coram Deo vim habere: verumtamen pie admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat,in eadem Eccleſia Dei cuſtoditū ſemper fuit,vt nulla ſit reſeruatio,in articulo mortis; ſ atque ideò omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cēſuris abſoluere poſsint;extraquē articulum Sacerdotes, cum nihil poſsint in caſibus reſeruatis, t id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur,vt ad ſuperiores & legitimos iudices pro beneficio abſolutionis accedant. Vnde dicitur in Canone vndecimo.

Si quis dixerit, Epiſcopos nō habere ius reſeruandi ſibi caſus, niſi quoad externam politiam, atque ideo caſuum reſeruationem non prohibere, quominus Sacer-

Sacerdos à reſeruatis verè abſoluat a nathema ſit.

SVPER CAPVT XXII.

q ¶ *Grauiora crimina non â quibuſuis*. Concordat tex. in cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. cap. ita quorumdam. de iudic. cap. cõqueſtus, de ſent. excommunicat. cap. quicunque. de ſent. excommun. in 6. cum ſimil.

r ¶ *Sacerdotibus abſolnerentur*. Declar. Car. Idẽ etiã poſſunt Prçlati Regulares, in Regulares ſibi ſubiectos, & inferiores Epiſcopis ſeculares qui habent iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalẽ in loco, & nullidiœceſi, nec ipſi, nec eorum ſubditi ſubſunt.

ſ ¶ *Nulla ſit reſeruatio in articulo mortis*. Concordat tex. in c. paſtoralis de offic. Ordin. cap. fin. de pœnis, lib. 6. cum ſimil. Cçleſt. Pp. epiſt. 2. ca. 2. Concilium IIII. Carthag. cap. 76. Concil. XI. Toleta. cap. 12.

t ¶ *Cum nihil poſſint in caſibus reſeruatis*. Decla. Card. Regulares per priuilegium, quod Maremagnum vocatur, facultatem non habent abſoluendi pœnitentes, in caſibus Epiſcopis reſeruatis Mendicantes, neque Ieſuitæ, nec alij vigore Magni maris abſoluere poſſunt à caſibus reſeruatis. Regulares non poſſunt ex priuilegijs, præſertim ex illo, quod Maremagnum nominant, eis conceſſis, abſoluere quemquam in caſibus, quos Epiſcopus ſibi reſeruauerit, nec poſſunt abſoluere ad cautelam, tam in exteriori, quam in interiori foro, eos, qui incidiſſe videntur in Bulla Cœnę Domini. Et omnes, qui audiunt confeſsiones, virtute Bullæ Iubilei indicti à Summo Pontifice cum facultate abſoluendi à quibuſcũque enormitatibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, etiã in Bulla Cœnæ Domini, ſed non virtute priuilegiorum, & facultatum perpetuo conceſſarum ipſis Regularibus, & Confraternitatibus, vt putà Roſarij, & aliorum piorum locorum, vt in libro literatum, fol. 143. comprehenduntur etiam exempti, nõ autem, qui ſunt nullius diœceſis, qui vt ſuprà, poſſunt reſeruare ſibi caſus. Confeſſores in vim priuilegiorũ Roſarij non abſoluũt confitentes â caſibus reſeruatis Epiſcopo, niſi priuilegia ipſa talem tradãt facultatem, vel ſint obtenta, vel confirmata poſt Concilium Tridentinum. ¶ Frates Mendicantes, etiam cuiuſcunque Ordinis Regulares, in vim priuilegiorum nõ abſoluunt à caſibus Epiſcopo reſeruatis. ¶ Congregatio cenſuit anno. 1587. die 30. Ianuarij, Epiſcopum poſſe aduerſus eos, quitẽporibus ab Eccleſia ſtatutis confiteri, & Euchariſtiam ſumere ne

Digitized by Google

glexerint,etiã vſque ad excõmunicationem procedere,& ſi in c. omnis vtriuſqueſexus,depœnit. & remiſ.ab Eccleſia velit arcendos,quæ pœna differt ab excommunicatione iuxta Caiet. col.2. quæſt.3.& Couarru.in cap.Alma mater.de ſentent.excommunicat.Epiſcopus tamen poteſt aggrauare pœnas à iure communi ſtatutas,quia cum tales confeſsionem,& communionem negligẽtes mortaliter peccent,ab Epiſcopo excommunicari poſſunt.Eadem Congregatio eadem die cenſuit,Epiſcopum talibus pro ſatisfactione pœnas pecuniarias pio loco applicandas imponere poſſe,cũ hęc aliquando magis timeantur. Eadem Congregatio die ſupra dicta cenſuit,non expedire vt Epiſcopus ſibi reſeruet abſolutionem eorum,qui temporibus conſtitutis negligunt confiteri,& communicare.Item deciſ.Card.53.Congregatio Concilij cenſuit,illos,qui confeſsiones audiunt,poſſe virtute Iubilei indicti,à Summis Pontificibus cum facultate abſoluendi à quibuſcunque caſibus,abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis,ſed non virtute priuilegiorum Regularibus,ſeu Confraternitatibus conceſſorum. ¶ Item deciſ. Card.110.Congregatio Concilij cenſuit,non poſſe Regulares abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis,in vim priuilegiorũ eis ante Concilium conceſſorũ, neque audire confeſsiones perſonarum ſeculatium,niſi prius fuerint approbati ab Ordinario.

Eadem ſeſsione decima quarta,cap.8.

Falſum omninò eſt aſſerere,culpã à Domino nunquã remitti,quin vniuerſa etiam pœna condonetur. Hoc dicit.

CAPVT XXIII.

Quo ad ſatisfactionem, quæ ex omnibus pœnitentiæ partibus quemadmodum à Patribus noſtris Chriſtiano populo fuit perpetuo tempore commendata,ita vna maximè noſtra ætate, ſummo pietatis prætextu,impugnatur abijs,qui ſpeciem pietatis habent, virtutem autem eius abnegarunt:ſancta Synodus declarat,falſum omninò eſſe,& à verbo Dei alienum culpam à Domino nunquam remmitti quim vniuerſa etiam pœna condonetur. Perſpicua enim & illuſtria in ſacris literis exempla reperiuntur, in quibus præter diuinam traditionem, hic error quã manifeſtiſſimè reuincitur. Vnde dicitur in Canone duodecimo.

Si quis dixerit,totam pœnam ſimul cum culpa remitti ſemper

à Deo, ſatisfactionemq; pœnitentium non eſſe aliam, quam fidem, qua apprehẽdunt Chriſtũ pro eis ſatisfeciſſe, anathema ſit.

SVPER CAPVT XXIII.

¶ *Exemplareperiuntur.* Videlicet Geneſ. 3. Num. 12. & 14. 2. Reg. 12. & 24. 1. Paralip. 21.

Eadem ſeſsione decima quarta, cap. 8.

Colligitur neceßitas ſatisfactionis, cum ex ratione diuinæ iuſtitiæ, tum ex Dei clementia, qua nos à peccatis reuocas; tum etiam ex compaſsione, qua Chriſto tenemur. Hoc dicit.

CAPVT XXIIII.

Diuinæ iuſtitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui antè baptiſmum per ignorantiam deliquerint: aliter verò, qui ſemel à peccati & dæmonis ſeruitute liberati, & accepto Spiritus ſancti dono, ſcienter templum Dei violare, & Spiritũ ſanctum contriſtare non formidauerint. Et diuinam clementiã decet, ne ita nobis, abſque vlla ſatisfactione peccata dimittantur, vt occaſitione accepta, peccata leuiora putantes, velut iniurij, & contumelioſi Spiritui ſancto, in grauiora labamur, theſaurizantes nobis iram in die iræ. Procul dubio enim magnopere à peccato reuocant, & quaſi fræno quodam coercent hæ ſatisfactoriæ pœna, cautioreſque, & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt: medentur quoque peccatorum reliquis, & vitioſos habitus, male viuendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt. Neque verò ſecurior vlla via in Eccleſia Dei vnquam exiſtimata fuit ad amouendam immitentem à Domino pœnã, quã vt hæc pœnitentiæ opera homines cum verò animi dolore frequent. Accedit ad hæc quoddum ſatisfaciendo patimur pro peccatis, IESV, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia eſt, conformes efficimur: certiſsimam quoque inde arrham habentes, quod ſi compatimur, & conglorificabimur.

Eadem ſeſsione decima quarta, cap. 8.

Noſtra ſatisfactio per Chriſtum eſt, ex illo enim habet omnem ſuam vim. Hoc dicit.

CAPVT XXV.

¶ NON ita noſtra eſt ſatisfactio hæc, quam pro peccatis noſtris exoluimus, vt non ſit per

Christum Iesum: nam qui ex nobis, tanquam ex nobis, nihil possumus: eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus: ita non habet homo, vnde glorietur sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo viuimus, in quo moremur: in quo satisfaciamus: facientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo vim habent, & ab illo offeruntur Patri: & per illum aceptantur à Patre.

SVPER CAPVT XXV.

a ¶ *Qui ex illo vim habent.* Concordat text in cap. tempora, cum multis seq. 26. q. 7. cap. de pœnitentibus. de consecr. dist. 4. Concil. III. Carthag. cap. 31. Concil. IIII. Carthag. cap. 74. Concil. Cabilo. cap. 34. & 38. Concil. Afric. cap. 9.

Eadem sessione decima quarta, cap. 8.

Conuenientes satisfactiones iniũgere debent Sacerdotes, vt pote quibus claues ligandi, & soluendi concessæ sunt. Hoc dicit.

CAPVT XXVI.

Debent Sacerdotes Domini quantum spiritus & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate salutares & conuenientes satisfactiones iniũgere, ne si forte peccatis connitentes, & indulgẽtius cum pœnitentibus agant, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præoculis, vt satisfactio, quam imponũt, non sit tentum ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem: nam claues Sacerdotum, non adsoluendum, dum taxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres, & credunt, & docent. Nec propterea existimarunt Sacramentum pœnitentiæ esse forum iræ, vel pœnarum. Vnde dicitur in Canone decimo quinto.

Si quis dixerit, claues Ecclesiæ esse datas tantum adsoluendum, non etiam ad ligandum, & propterea Sacerdotes dum imponũt pœnas confitentibus agere contra finem clauium, & contra institutionem Christi, & fictionem esse, quod virtute clauium sublata pœna æterna, pœna temporalis plerumq; exoluẽda remaneat anathema sit.

Eadem sessione decima quarta, capite 8.

Ex

Ex noſtris ſatisfactionibus merita Chriſti minimè obſcurantur.Hoc dicit.

CAPVT XXVII.

Nemo vnquam Catholicus ſenſit ex noſtris ſatisfactionibus vim meriti, & ſatisfactionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel obſcurari,vel aliqua ex parte imminui:quod dum nouatores intelligere nolunt,ita optimam pœnitentiam, nouam vitam eſſe docent; vt omnem ſatisfactionem vim & vſum tollant. Vnde dicitur in Canone decimo quarto.

Si quis dixerit, ſatisfactiones, quibus pœnitentes per Chriſtũ Ieſum peccata redimunt non eſſe cultus Dei,ſed traditiones hominum doctrinam de gratia, & verum Dei cultum,atque ipſum beneficium mortis Chriſti obſcurantes,anathema ſit.

Eadem ſeſsione decima quarta,cap.9.

Pœnis ſpontè ſuſceptis,veletiam à Sacerdote iniunctis,ſeu à Deo inflictis,& à nobis patienter tolleratis ſatisfacere poſſumus.Hoc dicit.

CAPVT XXVIII.

Docet ſancta Synodus, tantã eſſe diuinæ munificentiæ largitatem,vt non ſolùm pœnis ſpontè à nobis pro vendicando peccato ſuſceptis,aut Sacerdotis arbitrio pro menſura delicti impoſitis; ſed etiam, quod maximum amoris argumentum eſt,temporalibus flagellis à Deo inflictis,& à nobis patienter toleratis,apud Deum Patrem per Chriſtum Ieſum,ſatisfacere valeamus. ¶ Vnde dicitur in Canone decimo tertio.

Si quis dixerit pro peccatis quoad pœnam temporalem minimè Deo per Chriſti merita ſatisfieri pœnis ab eo inflictis,&patienter toleratis,vel à Sacerdote iniunctis,ſed neque ſpontè ſuſceptis, vt ieiunijs, orationibus, eleemoſynis,vel alijs etiam pietatis operibus: atque ideò optimã pœnitentiam eſſe tantum nouã vitam,anathema ſit.

Item ſeſsione vigeſima tertia, cap.15.de refor.

Ad confeſsiones ſecularium audiendas non cenſetur idoneus, niſi qui aut beneficium parochiale,aut approbationem Epiſcopi obtinet. Hoc dicit.

CAPVT XXIX.

Quamuis presbyteri *b* in ſuã ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant;decernit ta-

tamē ſancta Synodus, nullū etiā Regularem *c* poſſe confeſsiones ſecularium, etiam Sacerdotum audire, *d* neque ad id idoneumre putari, niſi aut parochiale beneficium, *e* aut ab Epiſcopis per examen, *f* ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliâs idoneus iudicetur & approbationē *g* (quæ gratis detur) obtineat: priuilegijs, conſuetudine quacunque etiam immemorabili non obſtantibus.

SVPER CAPVT XXIX.

b ¶ *Quamuis presbyteri.* Declar. Car. S.D.N. audita relatione Cōgregationis declarauit Epiſcopos vigore priuilegij, de quo in cap. fin. de pœnitentia & remiſsione, non poſſe, ſibi eligere Sacerdotem, ſibi ſubditum, qui à proprio Ordinario nō fuerit ad hoc ad formam huius decreti admiſſus, ſeu approbatus ad audiendas confeſsiones.

c ¶ *Nullum etiam Regularem.* Deciſio Card. 96. Congregatio Concilij cenſuit, in Monaſterijs ac etiam Collegijs Regularium, vbi Regularia inſtituta ſeruantur poſſe Prælatos Regulares, ſiue aliorum Religioſorum confeſſores, abſque licentia Epiſcopi confeſsiones eorum ſecularium, qui ſunt vere de familia, & continui commenſales, non tamen illorū, qui tantum deſeruiunt in Monaſterijs, audire, &c. Item declar. Cardin. & S.D.N. declarauit tempore Iubilei poſſe omnes Regulares confiteri peccata ſua Sacerdotibus approbatis ab Ordinario ad audiendas confeſsiones, in Bulla enim non fit mentio, niſi de Ordinario eorum, qui audiūt confeſsiones, non autem de Ordinario pœnitentium.

d ¶ *Poſſe confeſsiones ſecularium, etiam Sacerdotum audire.* Declar. Cardin. In priuatis etiam domibus ex vrgenti cauſa, velutiinfirmorum, & ſenum, qui ob ingraueſcentem ætatem Eccleſiam cō mode adirè non poſſunt, nec in huiuſmodi caſibus cōſtitutiones Synodales, & aliæ prohibitiones allegari poſſunt. Prælati Regulares, ſeu alij Religioſi confeſſores non poſſunt audire cōfeſsiones ſecularium, qui ſunt de familia, & deſeruiunt ipſorum Monaſterijs, abſque approbatione, vel licentia Epiſcopi. Sic Congregatio die 14. Auguſti, 1568. cēſuit.

e ¶ *Niſi aut parochiale beneficium.* Declar. Card. Aut ab Epiſcopis per examē, & Prælati, quibus per cap. fin. extra de pœnit. & remiſsioni, licet ſibi confeſſorem eligere, non poſſunt quemcunque Sacerdotem, ſed eumtātū, qui ad formā, huius c. ab Ordinario ad id munus approbatus, vel parochiale beneficiū obtinet, eli-

ge

gere. Sic Pontifex audita Congregationis ſententia reſpondit, in hærendum eſſe decreto Concilij Tridentini, quoad huiuſmodi Prælatos.

f ¶ *Aut ab Epiſcopis per examen.* Declarat. Cardin. Regulares confeſſores audientes ſecularium confeſsiones ſemel ab Epiſcopo inciuitate, & diœceſi ſuæ pręuio examine approbati ab eodem Epiſcopo iterum non ſunt examinandi, à ſuceſſore verò de nouo examinari poſſunt, iuxta Bullam Pij Quinti 8. id. Auguſt. Pontificatus ſui anno ſexto, quę non eſt reuocata per reductionē priuilegiorum ad terminos Concilij per ſanctum Dominum noſtrum Gregorium Decimuntertium. Fratres Mēdicantes ſemel examinati, & idonei approbati pro confeſsionibusaudiendis, nō debent iterum ab eodem Ordinario, nec etiam per ſuceſſorem eiusexaminari, ſic etiā PiusQuintus in extra. Rom. Pontif. publicata 8. id. Auguſti, 1571. adijciēs, nihilominus ſemel examinatum & idoneum approbatum ab Ordinario, ab Epiſcopoſucceſſore, pro maiori conſcientiæ ſuæquiete de nouo poſſe examinari. Fratres Ordinum Mendicantium à ſuis Generalibus, vel eorumminiſtris Prouincialibus ad audiendas confeſsiones Chriſti fidelium vtriuſque ſexus approbati, hoc decreto Concilij Tridentini non comprehenduntur. Pius Quintus in Extraua. & ſi Mendicantium, publicata anno 1567. Hanc facultatem idem Pius reuocauit, volens ab his Fratibus Concilij Tridentini decretum obſeruari in dict. Extrauag. Roma. Pont.

g ¶ *Et approbationem.* Declar. Cardin. Nullus præter quam Epiſcopus ſe interponere debetin his, quæ ſpectant ad approbandos Sacerdotes ſacræ confeſsionis miniſtros. An abſolutio data à Sacerdote vigore facultatis generaliter Summi Pontificis, vel ſpecialiter à parocho conceſſæ ab Epiſcopo, ſi is Sacerdos examinatus, & approbatus non fuerit, valida cēſeatur, quoad eos pręſertim, qui tali Sacerdoti bonafide confeſsi ſunt, rati eſſe approbatum, vel ignorantes approbationem requiri. Congregatio Concilij cenſuit, nullam cenſeri, tametſi confitētes, quoad Deum excuſati cenſeantur, vbi tamē reſciuerint reiterandam eſſe confeſſionem. Fuit dubitatum, an ille, qui confeſſus fuerit peccata confeſſori non approbato, fuerit bene abſolutus, vel potius nuita dicatur confeſsio? Et fuit dictum, confeſsionem eſſe nullam, fuit bene reſolutū ſub die prima Decembris. 1588. quod ſi ille, qui confeſſus fuerit, ignorauerit confeſ-

fessorem non esse approbatum, vel requiri approbationem tenetur reiterare confessionem. Subditi inferiorum, & exemptorum licentiam audiendi confessiones petere ab Episcopo debent, & ab eo approbationem obtinere; offerri tamen Episcopo debent à superiore illarum Ecclesiarum, neque potest contra hoc decretum Concilij Cõcilium Prouinciale, vel Metropolitanum aliqua statuere; veluti si aliquis Baro prætextu inimicitiarum cum Episcopo, & eius clero, vellet cõfiteri extero presbytero etiam approbato ab Ordinario suo, qui si hunc voluerit accersiri, qui eius & suæ familiæ confessiones audiat, poterit ei permitti, dummodò ab Episcopo Baronis pœnitentis ad id idoneus sit approbatus.

Item sessione vigesima quarta, cap. 6. de refo. in com.

A quibuscunque peccatis occultis possunt Episcopi, seu eorum speciales Vicarij, pœnitentes absoluere, nõ tamen eis licet in omnibus pœnis dispensare. Hoc dicit.

CAPVT XXX.

Liceat Episcopis *h* in irregularitatibus omnibus, & suspẽsionibus, ex delicto occulto proueniẽtibus, *i* excepta ea, quæ oriturex homicidio voluntario, *k* & exceptis alijs deductis ad forum cõtentiosum, dispensare, *l* & in quibuscunque casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, delinquentes quoscunque sibi subditos *m* in diœcesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputatum, *n* in foro conscientiæ gratis obsoluere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine *o* in eodem foro cõscientiæ eis tantum non eorum Vicarijs, sit permissum.

SVPER CAPVT XXX.

h ¶ *Liceat Episcopis* Decl. Car. In hoc decreto non cõprehẽdũtur inferiores, habentes iurisdictionem ordinariã, & quasi Episcopalem, sed tantum Episcopi priuatiuè, quoad alios. Sed Episcopi illarum Regionum, in quibus Concilium Tridentinum ad hoc receptum non est, non possunt vti ista facultate concessa in hoc decreto. Quæsitũ fuit à Cardinalibus Congregationis, an Episcopo in aliquod delictorum de quibus in hoc cap. prolapso liceat ad se absoluendum propriũ suum confessarium deputare cũ eadem autoritate, quam ipse potest ex eodem hoc c. in sibi subditos exercere? Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini cẽ fuit, id Episcopo licere.

i ¶ *Ex*

i ¶ *Ex delicto occulto pœnitentibus.* Declarat Card. Epiſcopus ſi à Simonia occulta diſpenſare poteſt, non poteſt tamen ſimoniacũ rehabilitare ad beneficia in poſterum obtinenda, nec ad ea retinẽda, quæ per ſimoniam occultam obtinet.

k ¶ *Homicidio voluntario.* Decla. Cardin. Appellatione homicidij non venit mutilatio mẽbri. Nec obſtat gloſ. in commen. primo, de homici. quia procedit, quoad incurrendum irregularitatem, non quoad diſpenſationem.

l ¶ *Diſpenſare.* Decl. Card. Quærebatur, an Epiſcopus in caſu huius cap. 6. habeat facultatem diſpenſandi cum ſuo diœceſano, abſente in aliena diœceſi legitimè impedito commoranti? Congregatio cenſuit, quod forenſis in caſu huius cap. 6. poteſt abſolui in Sacramento pœnitentiæ ab illo Epiſcopo, in cuius diœceſi, vel ciuitate commoratur, non autem diſpenſari. Facit ad hoc, quia Nuncij, qui poſſunt abſoluere excommunicatos, ob iniectioni manus in clericos, non poſſunt abſoluere ſubditos extra prouinciam. Accedit etiam, quia Concilium loquitur de abſolutione ſacramentale in foro conſcientiæ, quæ requirit pœnitentiam exemplo confeſsionis, quia non poteſt fieri per Nuncium, vel per literas.

m ¶ *Sibi ſubditos.* Decl. Card. Qui non eſt ſubditus Epiſcopi, putà Mendicus, Prætor, & ſimiles exteri, qui tamen habitant in ciuitate, hoc decreto comprehenduntur, & ſi commiſerint crimina in alijs ciuitatibus: habita tamen hac diſtinctione, quod ſcilicet poſſint abſolui in Sacramento pœnitentiæ, à ſuis criminibus, non tamen diſpenſari ſuper his. An Epiſcopus in vim huius cap. poterit abſoluere Sacerdotẽ ſibi ſubditum à ſimonia occulta, & rehabilitare ad ordines, & beneficia tam obtenta, quàm obtinenda? Congregatio cenſuit potuiſſe abſoluere, & ad ordines rehabilitare, & beneficia tam obtenta, quã obtinenda, ſed non ad beneficia quibus propter ſimoniam priuatus fuiſſet, vel ad obtinenda.

n ¶ *Aut Vicariũ ad id ſpecialiter deputatũ.* Declar. Card. Congregatio Concilij cenſuit, ab Epiſcopo poſſe nõ tantũ Vicario generali, ſed etiam Pœnitentiario, aut Vicario ad id ſpecialiter deputato, cõmitti abſolutionem huius cap. ¶ Congregatio cenſuit, hoc decreto Cõcilij derogatũ eſſe, nõ tantùm in crimine hæreſis, ſed in omnibus caſibus comprehenſis in dicta Bulla Pij Quinti. ¶ Item quærentibus, an idem locum habeat in caſibus poſt Concilũ Tridentinũ ex noua lege Sedi Apoſtolicæ reſeruatis? S.D.N. Gregorius

An prouiſio facta per Capitulum Sede vacante de pœnitentiario cum eadem portione cenſeatur bona, vel potiùs ab eo nominatus indigeat prouiſione Sedis Apoſtolicæ, ex quo videtur prouiſione Papæ reſeruata? Congregatio cenſuit, non eſſe bonam. An pœnitentiarius ſic inſtitutus acquiſierit aliquod ius ad canonicatus, & præbendas eiuſdem vacantes, durante dicta Sede vacante, de quibus autoritate Apoſtolica fuit prouiſus, cum canonicatus & præbenda primo vacatura ſpectat ad pœnitentiarium, & ideò prouiſio ſit nulla? Congregatio cenſuit, validam eſſe, quoniam hoc decretum non comprehendit præbendas Sedi Apoſtolicæ reſeruatas.

t ¶ *Proximè vacaturæ*. Declarat Card. Non tamen in menſe Papæ, præbenda, in menſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis vacans, nō poteſt erigi in præbendam pœnitentialem. An præferatur prouiſio Theologi? Nota ſup. cap. 1. ſeſ. 5. ¶ In Eccleſijs, quibus ex conſuetudine optantur præbendæ, ſi ea, quæ poſt Cōcilium primo vacauit, non fuit in pœnitentialem erecta, poteſt optari poſtea vacans, ſed ſi ante optationem Epiſcopus erexit, erectio præualet, etiāſi poſteà optaretur.

n ¶ *Ab Epiſcopo inſtituatur*. Declarat Card. Solo abſque conſenſu Capituli, & etiam ab eodem eligatur, & licet vacet Sedes Epiſcopalis. Capitulum nihil poteſt, etiam quod eo tempore pœnitētiarius moreretur. Pœnitētiarius ab Epiſcopo inſtituatur, etiam ſine conſenſu Capituli, vt Congregatio cenſuit. ¶ An quoties occurrerit vacatio officij Pœnitentiarij, & per conſequens præbendæ, illi annexæ, prouiſio illius pertineat ad ſolū Epiſcopū, abſque eo quod capitulū in aliquo ſe intromittere poſsit? S. D. N. referente Congregatione Concilij decreuit, inſtitutionem officij Pœnitentiarij quandoque faciendam, ad ſolum Epiſcopū pertinere abſque conſenſu Capituli, collationem autem præbendæ vniendæ ab illis fieri debere, ad quos antea ſpectabat. ¶ S. D. N. Gregorius XIII. cēſuit, officiū Pœnitētiarij, necnon eiuſdē perſonæ electionem quādocunque faciendā, ac etiā quoties occurrerit vacatio dicti officij, ad ſolū Epiſcopū, abſque cōſenſu Capituli pertinere, collatio autē præbēdæ vniendæ, vel vnitæ ab illis fieri debere, ad quos antea ſpectabat. Sicque electio Pœnitētiarij facta à capitulo Sede Epiſcopali vacante, eſt inualida, nec talis deputatio, & inſtitutio habet locū in canonicatibus, & præbendis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & affectis diſpoſitioni.

a ¶ *Qui Magiſter ſit.* Declarat Cardin. Qui pœnitentiarius, nec retento, nec dimiſſo officio poteſt optare aliam præbendam, cuius officio fuit perpetuo vnitus canonicatus, & certa præbenda ex hoc decreto Concilij Tridentini, & autoritate Apoſtolica vnita, & confirmata fuit.

b ¶ *Dum confeſſiones in Eccleſia audiet.* Declarat Card. Si Pœnitentiarius huius decreti deputatus renueret confeſsiones audire, puniri poteſt ab Epiſcopo.

¶ Pœnitentiarius habendus pro præſente in choro, dum audit cõfeſsiones in Eccleſia, ſiue in confeſsionario, ſiue extra, non autẽ pro tempore, quod reſidet in cõfeſsionario, nec audit confeſsiones, alijs in choro diuina celebrãtibus, nec recitans officium priuatè, nec ſi dixerit Miſſam, eſt cẽſendus præſens choro. Non poteſt pœnitentiarius Canonicus cogi ad maiorem reſidẽtia, quam alij Canonici, qui per tres menſes abeſſe poſſunt, dummodò nõ abſit tempore, quo frequentius pœnitentes accedunt, & diebus feſtis ſolemnibus, veluti tempore ieiuniorum, Quadrageſimæ, & Aduentus, quatuor anni Temporum, Reſurrectionis, Aſcenſionis, &c. Pœnitentiarius non poteſt abſoluere quemquam à caſibus, quos Epiſcopus ſibi expreſsè reſeruauerit, niſi ipſemet Epiſcopus hanc illi ſpecialim dederit facultatem. ¶ Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini, ſtatutum eſt per decretum ſacri Concilij Tridentini, cap. 8. ſeſſ. 24. de reform quod in Cathedralibus Eccleſijs, in quibus commodè fieri poteſt, ſit vnus Pœnitentiarius, qui teneat audire cõfeſsiones indifferẽter omniũ caſuũ reſeruatorũ, & nõ reſeruatorũ. Prætendit enim Pœnitẽtiarius, nõ teneri, niſi ad reſeruatos tantũ, ſed videtur teneri ad non reſeruatos, quia Concilium generaliter, & indiſtinctè loquitur, ideò generaliter, & indiſtinctè eſt intelligendum, & tanto magis id procedit, quia deputatio talis pœnitentiarij redderetur fruſtratoria, ſi tantum ad reſeruatos reſtringenda eſſet; nullus enim ad confitendum ad illum accederet, ne detegeretur eo ipſo, quod in caſibus reſeruatis deliquerit, quod ex eo ſolo cõprehenderetur, quod pœnitens ad pedes talis Pœnitẽtiarij accedere; vnde multi ſe abſtinerent cum illo confiteri, & ſic inuenta ad vnum finem operaretur contrarium. Ideò ſupplicatur pro declaratione ſuper hoc caſu. ¶ Secundo dubitatur, an Pœnitentiarius teneatur ante & poſt meridiem ſtatutis horis in ſede ſibi in Eccleſia pro audiendis confeſsionibus ſpecialiter deputata aſsiſtere? Ipſe enim aſſerit,

Christum Iesum: nam qui ex nobis, tanquam ex nobis, aliud possumus: eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus: ita non habet homo, vnde glorietur sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo viuimus, in quo morimur: in quo satisfaciamus: facientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo vim habent, a ab illo offeruntur Patri: & per illum aceptantur à Patre.

SVPER CAPVT XXV.

a ¶ *Qui ex illo vim habent.* Concordat tex in cap. tempora, cum multis seq. 26. q. 7. cap. de pœnitentibus. de consecr. dist. 4. Concil. III. Carthag. cap. 31. Concil. IIII. Carthag. cap. 74. Concil. Cabilo. cap. 34. & 38. Concil. Afric. cap. 9.

Eadem sessione decima quarta, cap. 8.

Conuenientes satisfactiones iniũgere debent Sacerdotes, vt pote quibus claues ligandi, & soluendi concessæ sunt. Hoc dicit:

CAPVT XXVI.

Debent Sacerdotes Domini quantum spiritus & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate salutares & conuenientes satisfactiones iniũgere, ne si forte peccatis conniueant, & indulgẽtius cum pœnitentibus agant, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præoculis, vt satisfactio, quam imponũt, non sit tentum ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem: nam claues Sacerdotum, non adsoluendum, dum taxat, sed, & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres, & credunt, & docent. Nec propterea existimarunt Sacramentum pœnitentiæ esse forum iræ, vel pœnarum. Vnde dicitur in Canone decimo quinto.

Si quis dixerit, claues Ecclesiæ esse datas tantum adsoluendum, non etiam ad ligandum, & propterea Sacerdotes dum imponũt pœnas confitentibus agere contra finem clauium, & contra institutionem Christi, & fictionem esse, quod virtute clauium sublata pœna aterna, pœna temporalis plerumq; exoluẽda remaneat anathema sit.

Eadem sessione decima quarta, capite 8.

Ex

Ex noſtris ſatisfactionibus merita Chriſti minimè obſcurantur. Hoc dicit.

CAPVT XXVII.

Nemo vnquam Catholicus ſenſit ex noſtris ſatisfactionibus vim meriti, & ſatisfactionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel obſcurari, vel aliqua ex parte imminui: quod dum nouatores intelligere nolunt, ita optimam pœnitentiam, nouam vitam eſſe docent; vt omnem ſatisfactionem vim & vſum tollant. Vnde dicitur in Canone decimo quarto.

Si quis dixerit, ſatisfactiones, quibus pœnitentes per Chriſtũ Ieſum peccata redimunt non eſſe cultus Dei, ſed traditiones hominum doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipſum beneficium mortis Chriſti obſcurantes, anathema ſit.

Eadem ſeſsione decima quarta, cap. 9.

Pœnis ſpontè ſuſceptis, vel etiam à Sacerdote iniunctis, ſeu à Deo inflitis, & à nobis patienter tolleratis ſatisfacere poſſumus. Hoc dicit.

CAPVT XXVIII.

Docet ſancta Synodus, tantã eſſe diuinæ munificentiæ largitatem, vt non ſolùm pœnis ſpõtè à nobis pro vendicando peccato ſuſceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro menſura delicti impoſitis; ſed etiam, quod maximum amoris argumentum eſt, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Chriſtum Ieſum, ſatisfacere valeamus. ¶ Vnde dicitur in Canone decimo tertio.

Si quis dixerit pro peccatis quoad pœnam temporalem minimè Deo per Chriſti merita ſatisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis, ſed neque ſpontè ſuſceptis, vt ieiunijs, orationibus, eleemoſynis, vel alijs etiam pietatis operibus: atque ideò optimã pœnitentiam eſſe tantum nouã vitam, anathema ſit.

Item ſeſsione vigeſima tertia, cap. 15. de refor.

Ad confeſsiones ſecularium audiendas non cenſetur idoneus, niſi qui aut beneficium parochiale, aut approbationem Epiſcopi obtinet. Hoc dicit.

CAPVT XXIX.

Quamuis presbyteri *b* in ſuã ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant; decernit ta-

Digitized by Google

tamē ſancta Synodus, nullū etiā Regularem *c* poſſe confeſsiones ſecularium, etiam Sacerdotum audire, *d* neque ad id idoneumre putari, niſi aut parochiale beneficium, *e* aut ab Epiſcopis per examen, *f* ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliâs idoneus iudicetur & approbationē *g* (quæ gratis detur) obtineat: priuilegijs, conſuetudine quacunque etiam immemorabili non obſtantibus.

SVPER CAPVT XXIX.

b ¶ *Quamuis presbyteri.* Declar. Car. S.D.N. audita relatione Cōgregationis declarauit Epiſcopos vigore priuilegij, de quo in cap. fin. de pœnitentia & remiſsione, non poſſe, ſibi eligere Sacerdotem, ſibi ſubditum, qui à proprio Ordinario nō fuerit ad hoc ad formam huius decreti admiſſus, ſeu approbatus ad audiendas confeſsiones.

c ¶ *Nullum etiam Regularem.* Deciſio Card. 96. Congregatio Concilij cenſuit, in Monaſterijs ac etiam Collegijs Regularium, vbi Regularia inſtituta ſeruantur poſſe Prælatos Regulares, ſiue aliorum Religioſorum confeſſores, abſque licentia Epiſcopi confeſsiones eorum ſecularium, qui ſunt vere de familia, & continui commenſales, non tamen illorū, qui tantum deſeruiunt in Monaſterijs, audire, &c. Item declar. Cardin. & S.D.N. declarauit tempore Iubilei poſſe omnes Regulares confiteri peccata ſua Sacerdotibus approbatis ab Ordinario ad audiendas confeſsiones, in Bulla enim non fit mentio, niſi de Ordinario eorum, qui audiūt confeſsiones, non autem de Ordinario pœnitentium.

d ¶ *Poſſe confeſsiones ſecularium, etiam Sacerdotum audire.* Declar. Cardin. In priuatis etiam domibus ex vrgenti cauſa, velut in infirmorum, & ſenum, qui ob ingraueſcentem ætatem Eccleſiam cō modè adirè non poſſunt, nec in huiuſmodi caſibus cōſtitutiones Synodales, & aliæ prohibitiones allegari poſſunt. Prælati Regulares, ſeu alij Religioſi confeſſores non poſſunt audire cōfeſsiones ſecularium, qui ſunt de familia, & deſeruiunt ipſorum Monaſterijs, abſque approbatione, vel licentia Epiſcopi. Sic Congregatio die 14. Auguſti, 1568. cēſuit.

e ¶ *Niſi aut parochiale beneficium.* Declar. Card. Aut ab Epiſcopis per examē, & Prælati, quibus per cap. fin. extra de pœnit. & remiſsioni, licēt ſibi confeſſorem eligere, non poſſunt quemcunque Sacerdotem, ſed eumtātū, qui ad formā, huius c. ab Ordinario ad id munus approbatus, vel parochiale beneficiū obtinet, eligo

gere. Sic Pontifex audita Congregationis ſententia reſpondit, inhærendum eſſe decreto Concilij Tridentini, quoad huiuſmodi Prælatos.

f ¶ *Aut ab Epiſcopis per examen.* Declarat. Cardin. Regulares confeſſores audientes ſecularium confeſsiones ſemel ab Epiſcopo in ciuitate, & diœceſi ſuæ preuio examine approbati ab eodem Epiſcopo iterum non ſunt examinandi, à ſuceſſore verò de nouo examinari poſſunt, iuxta Bullam Pij Quinti 8. id. Auguſt. Pontificatus ſui anno ſexto, quę non eſt reuocata per reductionē priuilegiorum ad terminos Concilij per ſanctum Dominum noſtrum Gregorium Decimuntertium. Fratres Mēdicantes ſemel examinati, & idonei approbati pro confeſsionibus audiendis, nō debent iterum ab eodem Ordinario, nec etiam per ſuceſſorem eius examinari, ſic etiā PiusQuintus in extra. Rom. Pontif. publicata 8. id. Auguſti, 1571. adijciēs, nihilominus ſemel examinatum & idoneum approbatum ab Ordinario, ab Epiſcopo ſucceſſore, pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete de nouo poſſe examinari. Fratres Ordinum Mendicantium à ſuis Generalibus, vel eorum miniſtris Prouincialibus ad audiendas confeſsiones Chriſti fidelium vtriuſque ſexus approbati, hoc decreto Concilij Tridentini non comprehenduntur. Pius Quintus in Extraua. & ſi Mendicantium, publicata anno 1567. Hanc facultatem idem Pius reuocauit, volens ab his Fratibus Concilij Tridentini decretum obſeruari in dict. Extrauag. Roma. Pont.

g ¶ *Et æpprobationem.* Declar. Cardin. Nullus præter quam Epiſcopus ſe interponere debet in his, quæ ſpectant ad approbandos Sacerdotes ſacræ confeſsionis miniſtros. An abſolutio data à Sacerdote vigore facultatis generaliter Summi Pontificis, vel ſpecialiter à parocho conceſſæ ab Epiſcopo, ſi is Sacerdos examinatus, & approbatus non fuerit, valida cēſeatur, quoad eos pręſertim, qui tali Sacerdoti bonafide confeſsi ſunt, rati eſſe approbatum, vel ignorantes approbationem requiri. Congregatio Concilij cenſuit, nullam cenſeri, tametſi confitētes, quoad Deum excuſati cenſeantur, vbi tamē reſciuerint reiterandam eſſe confeſſionem. Fuit dubitatum, an ille, qui confeſſus fuerit peccata confeſſori non approbato, fuerit bene abſolutus, vel potius nuita dicatur confeſsio? Et fuit dictum, confeſsionem eſſe nullam, fuit bene reſolutū ſub die prima Decembris. 1588. quod ſi ille, qui confeſſus fuerit, ignorauerit con

feſſorem non eſſe approbatum, vel requiri approbationem tenetur reiterare confeſsionem. Subditi inferiorum, & exemptorum licentiam audiendi confeſsiones petere ab Epiſcopo debent, & ab eo approbationem obtinere; offerri tamen Epiſcopo debent à ſuperiore illarum Eccleſiarum, neque poteſt contra hoc decretum Concilij Cōcilium Prouinciale, vel Metropolitanum aliqua ſtatuere; veluti ſi aliquis Baro prætextu inimicitiarum cum Epiſcopo, & eius clero, vellet cōfiteri extero presbytero etiam approbato ab Ordinario ſuo, qui ſi hunc voluerit accerſiri, qui eius & ſuæ familię confeſsiones audiat, poterit ei permitti, dummodò ab Epiſcopo Baronis pęnitentis ad id idoneus ſit approbatus.

Item ſeſsione vigeſima quarta, cap. 6. de refo. in com.

A quibuſcunque peccatis ocultis poſſunt Epiſcopi, ſeu eorum ſpeciales Vicarij, pœnitentes abſoluere, nō tamen eis licet in omnibus pœnis diſpenſare. Hoc dicit.

CAPVT XXX.

Liceat Epiſcopis *h* in irregularitatibus omnibus, & ſuſpēſionibus, ex delicto occulto proueniētibus, *i* excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, [k] & exceptis alijs deductis ad forum cōtentioſum, diſpenſare, *l* & in quibuſcunque caſibus ocultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos *m* in diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputatum, *n* in foro conſciētiæ gratis obſoluere, impoſita pęnitentia ſalutari. Idem & in hęreſis crimine *o* in eodem foro cōſcientiæ eis tantum non eorum Vicarijs, ſit permiſſum.

SVPER CAPVT XXX.

b ¶ *Liceat Epiſcopis* Decl. Car. In hoc decreto non cōprehēdūtur inferiores, habentes iuriſdictionem ordinariā, & quaſi Epiſcopalem, ſed tantum Epiſcopi priuatiuè, quoad alios. Sed Epiſcopi illarum Regionum, in quibus Concilium Tridentinum ad hoc receptum non eſt, non poſſunt vti iſta facultate conceſſa in hoc decreto. Quæſitū fuit à Cardinalibus Congregationis, an Epiſcopo in aliquod delictorum de quibus in hoc cap. prolapſo liceat ad ſe abſoluendum propriū ſuum confeſſarium deputare cū eadem autoritate, quam ipſe poteſt ex eodem hoc c. in ſibi ſubditos exercere? Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini cēſuit, id Epiſcopo licere.

i ¶ *Ex*

i ¶ *Ex delicto occulto prouenientibus.* Declarat Card. Epiſcopus ſi à Simonia occulta diſpenſare poteſt, non poteſt tamen ſimoniacū rehabilitare ad beneficia in poſterum obtinenda, nec ad ea retinēda, quæ per ſimoniam occultam obtinet.

k ¶ *Homicidio voluntario.* Decla. Cardin. Appellatione homicidij non venit mutilatio mēbri. Nec obſtat gloſ. in commen. primo, de homici. quia procedit, quoad inccurrendum irregularitatem, non quoad diſpenſationem.

l ¶ *Diſpenſare.* Decl. Card. Quærebatur, an Epiſcopus in caſu huius cap. 6. habeat facultatem diſpenſandi cum ſuo diœceſano, abſente in aliena diœceſi legitimè impedito commoranti? Congregatio cenſuit, quod forenſis in caſu huius cap. 6. poteſt abſolui in Sacramento pœnitentiæ ab illo Epiſcopo, in cuius diœceſi, vel ciuitate commoratur, non autem diſpenſari. Facit ad hoc, quia Nuncij, qui poſſunt abſoluere excommunicatos, ob iniectioni manus in clericos, non poſſunt abſoluere ſubditos extra prouinciam. Accedit etiam, quia Concilium loquitur de abſolutione ſacramentale in foro conſcientiæ, quæ requirit pœnitentiam exemplo confeſsionis, quia non poteſt fieri per Nuncium, vel per literas.

m ¶ *Sibi ſubditos.* Decl. Card. Qui non eſt ſubditus Epiſcopi, putà Mendicus, Prætor, & ſimiles exteri, qui tamen habitant in ciuitate, hoc decreto comprehenduntur, & ſi commiſerint crimina in alijs ciuitatibus: habita tamen hac diſtinctione, quod ſcilicet poſſint abſolui in Sacramento pœnitentiæ, à ſuis criminibus, non tamen diſpenſari ſuper his. An Epiſcopus in vim huius cap. poterit abſoluere Sacerdotē ſibi ſubditum à ſimonia occulta, & rehabilitare ad ordines, & beneficia tam obtenta, quàm obtinenda? Congregatio cenſuit potuiſſe abſoluere, & ad ordines rehabilitare, & beneficia tam obtenta, quā obtinenda, ſed non ad beneficia quibus propter ſimoniam priuatus fuiſſet, vel ad obtinenda.

n ¶ *Aut Vicariū ad id ſpecialiter deputatū.* Declar. Card. Congregatio Concilij cenſuit, ab Epiſcopo poſſe nō tantū Vicario generali, ſed etiam Pœnitentiario, aut Vicario ad id ſpecialiter deputato, cōmitti abſolutionem huius cap. ¶ Congregatio cenſuit, hoc decreto Cōcilij derogatū eſſe, nō tantum in crimine hæreſis, ſed in omnibus caſibus comprehenſis in dicta Bulla Pij Quinti. ¶ Item quærentibus, an idem locum habeat in caſibus poſt Conciliū Tridentinū ex noua lege Sedi Apoſtolicę reſeruatis? S. D. N. Grego

Digitized by Google

rius XIII. audita relatione Congregationis reſpondit, non habere locum. ¶ Item an in delictis occultis in materia clauſuræ? Idē reſpondit relatione Congregationis per conſtitutionem Pij Quinti, cenſeri huic decreto derogatum.

o ¶ *Idem & in hæreſis crimine.* Declar. Car. Epiſcopus, aut Inquiſitor abſoluere non poſſunt hominem hereticum in foro cõſcientiæ, licèt hæc facultas à Concilio ſit ipſis tradita.

¶ Eadē ſeſsione vigeſima quarta, c. 8. de refor. in commu.

Publicè peccantibus pænitentia publica iniungi debet: quam tamen Epiſcopus in ſecretam poterit commutare. Hoc dicit.

CAPVT XXXI.

¶ Apoſtolus monet, p publicè peccantes palàm eſſe corripiendos. Quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conſpectu crimen commiſſum fuerit, vnde alios ſcandalo offenſos, commotoſque fuiſſe, non ſit dubitandum: huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam publicè iniungi oportet: vt quos exemplo ſuo ad malos mores prouocauit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectam reuocet vitam. Epiſcopus tamen publicè hoc pœnitentiæ genus in aliud ſecretum poterit commutare, quando ita magis iudicauerit expedire.

SVPER CAPVT XXXI

p ¶ *Apoſtolus monet.* Concordat text. in cap. ſi peccauerit, verſic. ergo. 2. quæſt. 1. cap. ſed illud 45. diſt. & cap. pœnitentes, cap. in capite, cum ſequentibus, 50. diſtin. & illud 1. ad Timoth. 5. num. 20. *Peccantes coram omnibus argue.*

Eadem ſeſsione vigeſima quarta, c. 8. de ref. in com.

In ſingulis Eccleſijs Cathedralibus Pœnitentiarius ab Epiſcopo inſtitui debet, qui Doctor ſit, aut Licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico, & annorum quadraginta. Hoc dicit.

CAPVT XXXII.

¶ In omnibus Cathedralibus Eccleſijs, q vbi id commode fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis r cum vnione præbendæ ſ proximè vacaturæ, t ab Epiſcopo inſtituatur, u qui Magiſter ſit, a vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, & annorum quadraginta, ſeu alias, qui aptior pro loci qualitate repe-

Digitized by Google

reperiatur: qui dum confeſsiones in Eccleſia audiet, *b* interim præſens in choro cenſeatur. *c*

SVPER CAPVT XXXII.

q ¶ *In omnibus Cathedralibus Eccleſijs.* Declarat Cardin. Officium Pœnitentiariæ in Cathedrali poteſt per ſolum Epiſcopum conſtitui: ad quem quoque pertinet electio perſonæ, quoties opus fuerit exercendo tali officio, nec requiritur aliquis Capituli conſenſus. Collatio autem præbendæ vniendæ ab his fieri debet, ad quos anteà ſpectabat.

r ¶ *Pœnitentiarius aliquis.* Declarat Cardin. Si officij Pœnitentiarij etiam vnitæ præbendæ vacatio contingat in menſe Apoſtolico, vel aliâs præbenda eſſet reſeruata, vel affecta, an electio perſonæ Pœnitentiarij huiuſmodi pertineat ad Epiſcopum, vel ad Sanctiſsimum? Congregatio bis, re diligenter diſcuſſa, citatis etiam Procuratoribus Epiſcoporum, quorum intereſt, & eorum bonis allegationibus perpenſis cenſui pertinere ad Sanctiſsimum.

ſ ¶ *Cum vnione præbendæ.* Declarat Cardin. Quæ fiat ab ijs, ad quos ſpectat illam conferre. ¶ An vniones factæ autoritate Sedis Apoſtolicæ in caſu huius cap. in fauorem Pœnitentiarij, dicantur ſaltim ex veriſimili mente comprehenſæ in hoc decreto ad effectum, vt tales vniones cadant, vel ne, ſub excluſione regulæ reuocatiuæ vnionum? Congregatio cenſuit; huiuſmodi vniones cadere ſub exceptione dictæ regulæ. Congregatio die 11. Februarij, 1588. cenſuit, Concilium debere intelligi, etiam de vnione facta autoritate Sedis Apoſtolicæ in fauorem Pœnitentiarij, ad effectum, vt dicta vnio non cadat ſub regula præter quam autoritate Concilij facta. ¶ Præbendæ pro Pœnitẽtiario à capitulo Sedi vacãte aſsignari nõ poſſunt, ſed ab Epiſcopo hoc præſtãdũ eſt, c. 2. ne Sede vacãte. Portio, quæ ſit in Eccleſia in præbendã pœnitẽtialẽ erigi non poteſt, ſed præbẽda canonicalis. In Eccleſia, vbi hęc prębẽda pœnitentialis nondũ erecta eſt, à Sede Apoſtolica fuit deputatus Pœnitẽtiarius, ſine prębẽda aſsignatur ei ſtipendio ſeptuaginta ſcutorum à Capitulo in perpetuũ perſoluẽdo. ¶ Et ſi non eſſet præbenda, & fructus omnes exiſterẽt in diſtributionibus quotidianis, tunc diſtributiones habebũtur pro præbẽda. ¶ An aſsignatio vnius portionis Eccleſiæ loco præbẽdæ facta ab Epiſcopo pro Pœnitentiario ſubſiſtat? Congregatio cenſuit, non ſubſiſtere.

Digitized by Google

An prouiſio facta per Capitulum Sede vacante de pœnitentiario cum eadem portione cenſeatur bona,vel potiùs ab eo nominatus indigeat prouiſione Sedis Apoſtolicæ,ex quo videtur prouiſione Papæ reſeruata? Congregatio cenſuit, non eſſe bonam. An pœnitentiarius ſic inſtitutus acquiſierit aliquod ius ad canonicatus,& præbendas eiuſdem vacantes,durante dicta Sede vacante,de quibus autoritate Apoſtolica fuit prouiſus,cum canonicatus & præbenda primo vacatura ſpectat ad pœnitentiarium, & ideò prouiſio ſit nulla? Congregatio cenſuit,validam eſſe, quoniam hoc decretum non comprehendit præbendas Sedi Apoſtolicæ reſeruatas.

t ¶ *Proximè vacaturæ*. Declarat Card. Non tamen in menſe Papæ,præbenda,in menſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis vacans,nõ poteſt erigi in præbendam pœnitentialem. An præferatur prouiſio Theologi? Nota ſup. cap. 1. ſeſ. 5. ¶ In Eccleſijs, quibus ex conſuetudine optantur præbendæ,ſi ea,quæ poſt Cõcilium primo vacauit,non fuit in pœnitentialem erecta, poteſt optari poſtea vacans, ſed ſi ante optationem Epiſcopus erexit, erectio præualet,etiãſi poſteà optaretur.

u ¶ *Ab Epiſcopo inſtituatur*. Declarat Card. Solo abſque conſenſu Capituli,& etiam ab eodem eligatur,& licet vacet Sedes Epiſcopalis. Capitulum nihil poteſt, etiam quod eo tempore pœnitẽtiarius moreretur. Pœnitẽtiarius ab Epiſcopo inſtituatur,etiam ſine conſenſu Capituli,vt Congregatio cenſuit. ¶ An quoties occurrerit vacatio officij Pœnitentiarij,& per conſequens præbendæ, illi annexæ, prouiſio illius pertineat ad ſolũ Epiſcopũ, abſque eo quod capitulũ in aliquo ſe intromittere poſsit? S. D. N. referente Congregatione Concilij decreuit,inſtitutionem officij Pœnitentiarij quandoque faciendam,ad ſolum Epiſcopũ pertinere abſque conſenſu Capituli,collationem autem præbendæ vniendæ ab illis fieri debere, ad quos antea ſpectabat. ¶ S. D. N. Gregorius XIII. cẽſuit, officiũ Pœnitẽtiarij, necnon eiuſdẽ perſonæ electionem quãdocunque faciendã,ac etiã quoties occurrerit vacatio dicti officij,ad ſolũ Epiſcopũ,abſque cõſenſu Capituli pertinere,collatio autẽ præbẽdæ vniendæ,vel vnitæ ab illis fieri debere, ad quos antea ſpectabat. Sicque electio Pœnitẽtiarij facta à capitulo Sede Epiſcopali vacante,eſt inualida,nec talis deputatio, & inſtitutio habet locũ in canonicatibus, & præbendis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & affectis diſpoſitioni.

a ¶ *Qui*

a ¶ *Qui Magiſter ſit.* Declarat Cardin. Qui pœnitentiarius, nec retento, nec dimiſſo officio poteſt optare aliam præbendam, cuius officio fuit perpetuo vnitus canonicatus, & certa præbenda ex hoc decreto Concilij Tridentini, & autoritate Apoſtolica vnita, & confirmata fuit.

b ¶ *Dum confeſsiones in Eccleſia audiet.* Declarat Card. Si Pœnitentiarius huius decreti deputatus renueret confeſsiones audire, puniri poteſt ab Epiſcopo.

¶ Pœnitentiarius habendus pro præſente in choro, dum audit cõfeſsiones in Eccleſia, ſiue in confeſsionario, ſiue extra, non autẽ pro tempore, quod reſidet in cõfeſsionario, nec audit confeſsiones, alijs in choro diuina celebrãtibus, nec recitans officium priuatè, nec ſi dixerit Miſſam, eſt cẽſendus præſens choro. Non poteſt pœnitentiarius Canonicus cogi ad maiorem reſidẽtia, quàm alij Canonici, qui per tres menſes abeſſe poſſunt, dummodò nõ abſit tempore, quo frequentius pœnitentes accedunt, & diebus feſtis ſolemnibus, veluti tempore ieiuniorum, Quadrageſimæ, & Aduentus, quatuor anni Temporum, Reſurrectionis, Aſcenſionis, &c. Pœnitentiarius non poteſt abſoluere quemquam à caſibus, quos Epiſcopus ſibi expreſſè reſeruauerit, niſi ipſemet Epiſcopus hanc illi ſpeciatim dederit facultatem. ¶ Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini, ſtatutum eſt per decretum ſacri Concilij Tridentini, cap. 8. ſeſſ. 24. de reform. quod in Cathedralibus Eccleſijs, in quibus commodè fieri poteſt, ſit vnus Pœnitentiarius, qui teneat audire cõfeſsiones indifferẽter omniũ caſuũ reſeruatorũ, & nõ reſeruatorũ. Prætendit enim Pœnitẽtiarius, nõ teneri, niſi ad reſeruatos tantũ, ſed videtur teneri ad non reſeruatos, quia Concilium generaliter, & indiſtinctè loquitur, ideò generaliter, & indiſtinctè eſt intelligendum, & tanto magis id procedit, quia deputatio talis pœnitentiarij reddetur fruſtratoria, ſi tantum ad reſeruatos reſtringenda eſſet ; nullus enim ad confitendum ad illum accederet, ne detegeretur eo ipſo, quod in caſibus reſeruatis deliquerit, quod ex eo ſolo cõprehenderetur, quod pœnitens ad pedes talis Pœnitẽtiarij accedere; vnde multi ſe abſtinerent cum illo confiteri, & ſic inuenta ad vnum finem operaretur contrarium. Ideò ſupplicatur pro declaratione ſuper hoc caſu. ¶ Secundo dubitatur, an Pœnitentiarius teneatur ante & poſt meridiem ſtatutis horis in ſede ſibi in Eccleſia pro audiendis confeſsionibus ſpecialiter deputata aſsiſtere? Ipſe enim aſſerit,

rit,

rit, quod ſufficit, quod in choro, ſibi alibi in eadem Eccleſia ſit, vbi qui vult confiteri, poteſt illum perquirere, ſed videtur teneri ad aſsiſtendum in Sede, ſaltem per aliquod tempus, nam ideò à reſidentia chori, & altaris liberatur: quia tenetur in Sede aſsiſtendo audire confeſsiones, vt dicit Concilium; tum etiam, quia iam ad hanc matricem, & inſignem Eccleſiam, propter deuotionem corporum Sanctorum, Secundi primi Epiſcopi dictæ Eccleſiæ, ac Vincentij, Sabinæ, & Chriſtetis, ſororum Patronorũ dictę Ciuitatis, ad eandem Eccleſiam cõfluatur, iuſtum videtur, quod propter Eccleſiæ decorem, & autoritatem Pœnitentiarius in ſua Sede ad id deputata reſideat, vt omnes illum videãt, ne eum perquirere cogantur, maximè cùm verecundia affecti plures perquirere illum recuſarent. Et arguendo etiam à ſimili videmus, quod miles ſecularis certis horis, & locis, tenetur vigiliam, & aſsiſtentiam perſonalem facere, nec in alio aſsiſtendo ſatisfaciet, ſed imò tenetur in loco ſibi deputato aſsiſtere. Nec obſtat dicere, quod idem ſeruatur in Eccleſijs Cathedralibus vrbis, in quibus ſemper aſsiſtunt in ſua Sede. Vnde idem eſſet ſeruandum in alijs Eccleſijs, capite, neceſſe, de conſecratione, diſtinctione prima. Ideò ſupplicatur etiam, pro declaratione, quando, & quanto tempore debeat in dicta Sede reſidere.

Tertio dubitatur, an debeat tenere in manu virgam, ſeu baculum tempore, quo ſedet in dicta ſede? Quod videtur affirmatiuè dicendum. tùm, quia idem ſeruatur in alijs Cathedralibus vrbis, ad quorum ſimilitudinem ſunt inſtituti pœnitentiarij in alijs Eccleſijs Cathedralibus; tũ, quia per illam demonſtratur, & plena autoritas, & poteſtas fori pœnitentialis conceſſa ipſi tantùm; tùm etiam, quia Chriſti fideles humiliter eidem caput ſubmittendo, vt extremitate dictæ virgæ tangantur, nec dum humilitatem alijs oſtendunt, ſed & reuerentiam ipſius pœnitentiarij; ideò ſupplicatur pro oportuna ſuper hoc declaratione. Reuerendiſsimi Domini, Vti fratre, Libellus, qui erit cum his literis, declarabit amplitudini tuæ tres dubitationes, quæ de Pœnitentiarij in iſta Eccleſia inſtituti officio exortę, & ſacrę Congregationi Cardinalium Concilij Tridentini interpretum propoſitæ fuerunt. ¶ Congregatio ad primam reſpondendũ cẽſuit, Pœnitentiariũ teneri integras cõfeſsiones audire, nõ autem ſolos caſus reſeruatos. Ad ſecundum debere eundem peccata confiteri volentibus, ſeu facere poteſtatẽ

horis

horis oppõrtunis, loco, & ſede Epiſcopi, ad quem hoc ſpectat arbitratu. Quo viſo ad tertiã reſpõdit, nouas cõſuetudines non inducendas, quæ amplitudini tuæ præſcribere volumus, nè iſthic de his ignoretur Cõgregationis ſentẽtia, interea eam in Domino bene valere, cuiſq; gratiæ auctionem in dies fieri optamus. Romę die 21. Aprilis, 1587.

c ¶ *Præſens in choro cenſeatur.* Deciſio Card. 94. Congregatio Cõcilij cenſuit, obtinenti canonicatum, cui poſt Concilium munus ſit iniunctum Pœnitentiarij, nõ poſſe in eadem Eccleſia vna cum dicto canonicatu obtinere dignitatem, in vim conſuetudinis Eccleſiæ permittentis Canonicum poſſe retinere canonicatum cum dignitate. Itẽ deci. Car. 115. Cõgregatio Cõcilij cenſuit, inſtitutionem officij Pœnitentiarij ad ſolũ Epiſcopum abſque conſenſu Capituli pertinere, collationẽ autem præbendæ Pœnitentiariæ vnitæ ab illo fieri debere. ¶ Item deciſio Cardina. 131. An qui ſemel tempore Paſchatis peccata fuerit confeſſus Pœnitentiario deputato, in vim decreti Concilij Tridentini, capite 18. ſeſſione 14. dicatur ſatisfeciſſe præcepto Eccleſiæ, contento in capite omnes vtriuſque ſexus, extrà, de pœnitentia & remiſsione. Omnes Illuſtriſsimi Domini fuerunt illius ſententiæ, videatur ſatisfeciſſe. Item deciſio Cardin. 156. Congregatio Concilij cenſuit, pœnitentiarium ad Præſcriptum Concilij inſtitutum ante vacationem præbendæ ei officio vnitæ, nec vocem in Capitulo, neque in choro ſibi vendicare poſſe, minuſque habendum interim eſſe pro Canonico, præbendam autem ipſi officio vniendam integram, atque canonicalem eſſe debere. ¶ Item deciſio Cardinal. 169. Congregatio Cõcilij cenſuit, ſi collatio ſit communis inter Epiſcopum, & Capitulum, & vacatio præbendæ Pœnitentiarij contingat in quatuor menſibus inferiorum collatorum electionem perſonæ Pœnitentiarij ad Epiſcopum, & capitulum ſimul, quemadmodum ante Concilium, pertinere. Item deciſ. Cardinal. 195. Congregatio Concilij cenſuit, Pœnitentiarium non poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, niſi Epiſcopus ipſe hanc ei tribuerit facultatem. ¶ Item deciſ. Car. 222. Congregatio Concilij cenſuit, & declarauit, Pœnitentiarium ab Epiſcopo ad præſcriptum Concilij inſtitutum teneri officium exercere, etiam ante vacationem præbẽdæ ipſi officio vnitę. Item deciſio Cardin. 277. In Cathedrali Vercelẽſi ſunt viginti quatuor Canonici, quorum duodecim

cim ex deſignatione Epiſcopi ſunt Sacerdotes, ſex Diaconi, & alij ſex Subdiaconi.

Ex conſuetudine illius Eccleſiæ Canonici habent duplicem optionem, vnam tituli, alteram præbendæ temporalis. Nam Canonicus retento titulo optat præbendam temporalem vacantem alteram tituli Nam inferioris ordinis Canonici optant titulos ordinis ſuperioris, & ita Diaconus poteſt optare titulum Sacerdotalem Canonici Sacerdotis defuncti. Fuit dubitatum an præbenda pœnitentiarij defuncti poſsit optari? Et Congregatio reſpondit, non poſſe. Nunc quæritur, an ordo Sacerdotalis, cuius erat Pœnitentiarius, poſsit optari à Canonico ordinis inferioris, adeò, vt præbenda pœnitentiarij debeat poſteà obtineri à Canonico Ordinis inferioris? Congregatio Concilij cenſuit, non poſſe.

De indulgentijs & ſuffragijs.

TITVLVS X.

In ſeſsione vigeſima prima, Concil. Trid. c. 9. de refor.

Indulgentiæ per Ordinarius locorum adhibitis duobus de Capitulo publicari debent: qui etiam oblatas eleemoſynas gratis colligere teneantur. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Indulgentias, [a] aut alias ſpirituales gratias, quibus Chriſti fideles non decet priuari, deinceps, per Ordinarios locorum, [b] adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas eſſe decernit ſancta Synodus: quibus etiam eleemoſynas, atque oblata ſibi charitatis ſubſidia, nulla prorſus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur: vt tandem, eccleſiæ hos Eccleſiæ theſauros non ad quæſtum, ſed ad pietatem exerceri, omnes verè intelligant.

De indulgentijs & ſuffragijs.

SVPER CAPVT I.

[a] ¶ *Indulgentias.* Declarat Cardinal. Per huius decreti poſteriorem partem, non poſſunt Ordinarij prohibere, quin Religioſi indulgentias, olim à Summo Pontifice conceſſas publicent, nullo etiam verbo cum eis facto: at indulgentias, ſibi ipſis de nouo conceſſas, abſque Ordinarij licentia publicare non poſſunt.

[b] ¶ *Deinceps per Ordinarios locorum.*

Digitized by Google

rum. Decla. Cardin. Nec aliquis ſine eorum licentia, & autoritate poterit eas publicare, nonobſtante quacunque exceptione, etiam ſi Regularis ſit, aut in Eccleſijs ipſorum Regularium etiam prætextu priuilegiorum confraternitatis Roſarij, ſed per Ordinarium adhibitis duob⁹ de Capitulo debitis temporibus populo publicari debent.

Item ſeſsione vigeſima quinta, in decre. de indulgen.

Vtilis eſt, & populo maximè ſalutaris indulgentiarum vſus. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ CVM poteſtas conferendi indulgentias à Chriſto Eccleſiæ conceſſa ſit, *c* atque huiuſmodi poteſtate, diuinitus ſibi tradita antiquiſsimus etiã tẽporibus illa vſa fuerit: ſacro ſancta Synodus indulgentiarum vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem, & ſacrorum Conciliorum autoritate *d* probatum, in Eccleſia retinendum eſſe docet, & præcipit: eoſque anathemate damnãt, qui aut inutiles eſſe aſſerunt, vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant.

SVPERCAPVT II.

c ¶ *A Chriſto Eccleſiæ conceſſa ſit.* In illo Math. 16. numer. 19. *Quodcunque ligaueris ſuper terrã, &c.* & in illo Ioan. 20. nume. 23. *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, &c.* & concordat tex. in c. audiuimus e. quandocunque. 24. quæſt. 1. cap. vt conſtitueretur. 50. diſt. cap. adhuc. de pœnit. diſt. 1.

d ¶ *Sacrorum Conciliorum autoritate.* Concordat Concil. Ancyranum per multa capita Neocæſar. c. 5. Nicæn. c. 1. & 11. Carthag. IIII. cap. 75. Agathen. cap. 60.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta. circa fin. ſeſsio.

Prauos quæſtus pro indulgentijs conſequendis abolendos eſſe decernitur. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ IN indulgentiis concedendis moderationem, iuxta veterẽ, & probatam in Eccleſia conſuetudinem, adhiberi cupit ſancta Synodus, ne nimia facilitate Eccleſiaſtica diſciplina eneruetur. Abuſus verò quibus in iis irrepſerunt, & quorum occaſione inſigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blaſphematur, emendatos, & correctos cupiẽs; præſertim de-

creto generaliter statuit, prauos quæstus omnes pro his consequendis, vnde plurima in Christiano populo abusuũ causa fluxit, omnino abolendos esse. Cæteros verò, qui ex superstitione, ignorantia, irreuerentia, autaliunde quomodocunque prouenerunt, cum ob multiplices locorum, & Prouinciarũ, apud quas hi committuntur, corruptelas cõmode nequeant specialiter prohiberi, mandat omnibus Episcopis, vt diligenter quisque huiusmodi abusus Ecclesiæ suæ, colligat, eosque in prima Synodo Prouinciali referat: vt aliorum quoque Episcoporum sententia cogniti statim ad Summum Romanum Potificẽ deferantur: cuius autoritate & prudentia, quod vniuersali Ecclesiæ expediet, statuatur, vt ita Sanctarum indulgẽtiarũ munus piè sanctè, & incorruptè omnibus fidelibus dispensetur.

Eadem sessione vigesima quinta, in princ. sess.

Catholica doctrina de Purgatorio, & de suffragijs mortuorum debet populo commendari. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

¶ CVM Catholica Ecclesia, Spiritu sancto edocta, ex sacris literis, & antiqua Patrum traditione, in sacris Concilijs, & nouissimè in hac œcumenica Synodo docuerit, Purgatorium esse, animasque ibi detentas, fidelium suffragijs, potissimũ verò acceptabili altaris sacrificio iuuari: præcepit sancta Synodus Episcopis, vt sanam de Purgatorio doctrinam, à sanctis Patribus, & sacris Concilijs traditam, à Christi fidelibus credi, teneri, doceri, & vbique prædicari, diligenter studeant.

Eadem sessione vigesima quinta, in princip. sess.

Suffragio pro defunctis piè ac deuote fieri præcipiuntur. Hoc dicit.

CAPVT V.

Curent Episcopi, vt fidelium viuorum suffragia, Missarum, scilicet, sacrificia, orationes, eleemosynæ, aliaque pietatis opera, quæ à fidelibus, pro alijs fidelibus defunctis geri consueuerunt secundum Ecclesiæ instituta pie, & deuote fiant: & quæ pro illis ex testatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctoriè, sed à Sacerdotibus, & Ecclesiæ

clesiæ ministris, & alijs, qui hoc præstare tenentur, diligenter, & accurate persoluantur.

De Extrema Vnctione.

TITVLVS XI.

¶ In sessione decima quarta, Concil. Trident. in prin. de extr. vnct.

Firmissimo præsidio extremæ vnctionis muniuit Christus finem vitæ nostræ. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Clementissimus Redemptor noster, qui seruis suis quouis tempore voluit de salutaribus remedijs, aduersus omnia omniũ hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis alijs præparauit, quibus Christiani conseruare se integros, dum viuerent, ab omni grauiori spiritus in commodo possint, ita extremæ vnctionis Sacramento finem vitæ, tanquã firmissimo quodam præsidio munuit: nã & si aduersarius noster *a* occasiones per omnem vitam quærat, & captet, vt deuorare animas nostras quoquo modo possit: nullum tamẽ tempus est, quo vehementius ille omnes versutiæ neruos intẽdat ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam si possit, diuinæ misericordiæ deturbãdos, quam cum impẽdere nobis exitum vitæ prospicit.

De Extrema Vnctione.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Et si aduersarius noster.* Cõcordat tex. in cap. nulli dubium. 3. quæst. . . & illud. 1. Pet. 5. n. 8. *Aduersarius vester, diabolus tanquã Leo rugiens circuit.*

Eadem sessione decima quarta, capit. 1. de extre. vnct.

Extrema vnctio est verè & propriè Sacramentum à Christo Domino institutũ, & à Beato Iacobo Apostolo promulgatum. Hoc dicit.

CAPVT II.

Instituta est sacra vnctio infirmorum, tanquam verè & propriè Sacramentum noui Testamenti à Christo Domino nostro apud Marcum quidem insinuatum, per Iacobum autem Apostolum, ac Domini fratrem fidelibus commendatum, ac promulgatum: b *Infirmatur*, inquit, *quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ & orent su-*

per eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus verbis, vt ex Apostolica traditione per manus accepta, Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum, & effectum huius salutaris Sacramenti. Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum ab Episcopo benedictum: nam vnctio aptissimè Spiritus sancti gratiam, qua inuisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat; formā deinde esse illa verba: *Per istam vnctionem*, &c. ¶ Vnde dicitur in Canone primo.

Si quis dixerit, extremam vnctionem, nō esse verè & propriè Sacramentum à Christo Domino nostro institutum, & à Beato Iacobo Apostolo promulgatū, sed ritum tantum acceptum à Patribus, aut figmentum humanū, anathema sit.

SVPER CAPVT II.

b ¶ *Promulgatum*. In illo Iacob. 5 num. 14. *Vngētes eum oleo.* & concordat tex. in cap. presbyteros. 95. d. c. 1 § 1. ext. eod. Concil Cabilon. cap. 48. Innocent. I. epist. 1. cap. 8.

Eadem sessione decima quarta, cap. 2. ext. vnct.

Infirmorum vnctio gratiam cōfert, peccata remittit, & infirmum alleuiat. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ RES & effectus huius Sacramenti illis verbis explicatur: *Et oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eū Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei*, res etenim hæc gratia est Spiritus sancti: cuius vnctio delicta, si quæ sunt adhuc expiāda, ac peccati reliquias abstergit, & ægroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciā excitando, qua infirmus subleuatus, & morui incommoda, ac labores leuius fert, & tētationibus dæmonis calcaneo insidiātis facilius resistit, & sanitatē corporis interdū, vbi saluti animæ expedierit, consequitur. Vnde dicitur in Canone secundo.

Si quis dixerit, sacram infirmorum vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos, sed iam cessasse, quasi olim fuerit gratia curationum, anathema sit.

Ea-

Digitized by Google

Eadem sessione decima quarta.cap. 3.de ext.vnct.

Ministri proprij extremæ vnctionis sunt Sacerdotes:illam vero infirmi tantum suscipere debent. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Quod attinet ad præscriptionem eorum, qui & suscipere & ministrare hoc Sacramentum debent, haud obscure fuit illud etiã in verbis prædictis traditum: nã & ostenditur illic, proprios huius Sacramenti ministros esse Ecclesiæ presbyteros: quo nomine eo loco, non ætate seniores, aut primores in populo intelligendi veniũt, sed aut Episcopi, aut Sacerdotes ab ipsis ritè ordinatis per impositionem manuum presbyterij. Declaratur etiam hanc esse vnctionem infirmis adhibẽdam: illis verò præsertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur: vnde & Sacramentum exeuntium nuncupatur. Vnde dicitur in Canone quarto.

Si quis dixerit presbyteros Ecclesiæ, quos Beatus Iacobus adducendos esse Sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed ætate seniores, in quauis communitate; obidque proprium extremæ vnctionis ministrum non esse solũ Sacerdotem, anathema sit.

Eadem Sessione decima quarta, cap 3. de extre. vnct.

Extrema vnctio iterari potest. Hoc dicit.

CAPVT V.

Si infirmi post susceptam hãc vnctionem conualuerint, iterum huius Sacramenti subsidio iuuari poterunt, cum in aliud simile vitæ discrimen inciderint.

Eadem sessione decima quarta, cap. 3. de extre. vnctio.

Episcopus sit eorum, quæ in superioribus Capitulis huius tituli decreta sunt; ex quibus colligitur Sacramentum extremæ vnctionis, absque ingenti scelere contemni non posse. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Nulla ratione audiendi sunt, qui contra apertam & dilucidã Apostoli Iacobi sententiam docent hanc vnctionem, vel figmẽtum esse humanum, vel ritum â Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promissionem gratiæ habentem; & qui illam iam cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum dumtaxat in Primitiua Ecclesia referenda esset: & qui dicunt, ritum, &

Digitized by Google

vſum, quem S.R.E. in huius Sacramenti adminiſtratione obſeruat, Iacobi Apoſtoli ſententiæ repugnare, atque ideò in alium cōmutandum eſſe: & denique, qui hanc extremam vnctionem à fidelibus ſine peccato comtemni poſſe affirmant. Hæc enim omnia manifeſte pugnant cum perſpicuis tanti Apoſtoli verbis: nec profecto Eccleſia Romana, aliarum omnium mater & magiſtra, ɪ aliud in hac adminiſtranda vnctione, quantum ad ea, quæ huiuſmodi Sacramenti ſubſtantiam perficiunt, obſeruat, quàm quod Beatus Iacobus præſcripſit. Neque vero tanti Sacramēti cōtēptus abſque ingenti ſcelere, & ipſius Spiritus ſancti iniuria eſſe poſſe. Vnde dicitur in Canone tertio.

Si quis dixerit extremæ vnctionis ritū, & vſum, quem obſeruat S.R.E. repugnare ſententiæ B. Iacobi Apoſtoli, ideoq́; eū mutādum, poſſeq́, à Chriſtianis abſque peccato contemni, anathema ſit.

SVPER CAPVT VI.

1 ¶ *Aliorum omnium mater, & magiſtra.* Conc. tex. in c. nō decet. 12. diſt. c. 2. in fin. de ſum. Trinit. c. fin. de foro compet. c. fin. can. 3. ſup. de Baptiſ. c. & ſi Miſſa. ſup. de celebr. Miſſa. c. 1. infr. de obſeruatio. ieiun. Vigilius Papa in epiſtola ad Eutherum. in fine. Felix. I. in epiſt. 3.

De Sacramento Ordinis.

TITVLVS XII.

¶ In ſeſsione vigeſimaprima Conc. Trid. cap. 1.

Eccleſia Catholica nouum, & viſibile Sacerdotiū à Chriſto accepit in quo ipſo poteſtatem tradidit Euchariſtiam conſecrandi, necnon & peccata dimittendi, & retinendi. Hoc dicit.

CAPVT I.

Sacrificium & ſacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta ſunt, vt vtrumque in omni lege extiterit. Cum igitur in nouo Teſtamēto ſanctum Euchariſtiæ ſacrificium viſibile ex Domini inſtitutione Catholica Eccleſia acceperit: fateri etiam oportet, in ea nouum eſſe viſibile, & externum Sacerdotium, in quod vetus tranſlatum eſt. Hoc autem ab eodem Domino Saluaſtore noſtro inſtitutum eſſe, atque Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus in Sacerdotio, poteſtatem traditam conſecrandi, offerendi, & miniſtrandi corpus & ſanguinem eius, necnon & peccata dimittendi, & retinendi ſacræ literæ oſtendunt, & Catholicæ Eccleſia traditio ſemper

per

Digitized by Google

per docuit. Vnde dicitur in Canone primo.

Si quis dixerit, non esse in nouo Testamento Sacerdotium visibile, & externum: vel non esse potestatē aliquam consecrādi, & offerendi verum corpus, & sanguinē Domini, & peccata remittendi, & retinendi, sed officium tantum, & nudum ministerium prædicandi Euangelium: veleos, qui non prædicant, prorsus non esse Sacerdotes, anathema sit.

Eadem sessione vigesima tertia, cap. 2.

Præter Sacerdotium iuxta Ecclesiæ ordinatissimam dispositionē, plures, & diuersi sunt ministrorū Ordines, qui Sacerdotio ex officio deseruiunt. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ CVM diuina res sit tam sancti sacerdotij ministerium, cōsentaneum fuit, quo dignius & maiori cū veneratione exerceri posset, vt in Ecclesia ordinatissima dispositione, plures & diuersi essent ministrorū ordines, qui sacerdotio ex officio deseruirent, & ita distributi, vt qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ascenderent: nā non solum de Sacerdotibus, sed & Diaconis sacræ literæ apertam mentionem faciunt: & quæ maximè in illorum ordinatione attenda sunt, grauissimis verbis docent: & ab ipso Ecclesiæ initio sequētiū ordinū nomina, *a* atq; vniuscuiusq; eorū propria ministeria, Subdiaconi scilicet Acolyti Exorcistæ, Lectoris, & Ostiarij in vsu fuisse cognoscantur: quāuis non pari gradu: nam subdiaconatus ad maiores ordines à Patribus, & sacris Concilijs refertur, in quibus & de alijs inferioribus frequētissime legimus. Vnde dicitur in Canone secundo.

Si quis dixerit, præter Sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios ordines, & maiores, & minores, per quos velut per gradus quosdam in Sacerdotium tē dātur, anathema sit.

De Sacramento Ordinis.

SVPER CAPVT II.

a ¶ *Sequentium ordinum nomina.* Concordat canon Apost. qui refertur in ca. Episcopus. 35. dist.

Eadem sessione vigesima tertia cap. 3.

Ordo sacer gratiam suscipientibus præstat, estque vnum ex septem Sacramentis, verbis, & signis exterioribus constat. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ CVM Scripturæ teſtimonio, Apoſtolica traditione, & Patrum vnanimi conſenſu perſpicuum ſit, per ſacram ordinationem, quæ verbis & ſignis exterioribus perficitur, gratiam conferri, dubitare nemo debet ordinē eſſe verè & proprie vnum exſeptem ſanctæ Eccleſiæ Sacramentis inquit enim Apoſtolus: *Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum: non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.* Vnde dicitur in Canone tertio.

Si quis dixerit, ordinem, ſiue ſacram ordinationem non eſſe vere & proprie Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis: aut eſſe tantum ritum quendam eligēdi miniſtros verbi Dei, & Sacramentorum: anathema ſit, Item in Canone quarto.

Si quis dixerit, per ſacram ordinationem, non dari Spiritum ſanctum: ac proinde, fruſtrà Epiſcopos dicere: *Accipite Spiritum ſanctum*, anathema ſit. Item in Canone quinto.

Si quis dixerit, ſacrā vnctionem, qua Eccleſia in ſancta ordinatione vtitur, non tantum non requiri, ſed contemnenda m, & pernicioſam eſſe: ſimiliter, & alias ordinis cæremonias: anathema ſit.

Eadem ſeſſione vigeſima tertia, cap. 4.

Per ſacrum ordinem imprimitur character, vnde ſimul ritè ordinatus, laicus fieri non poteſt. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Quoniam in Sacramento Ordinis, ſicut & in baptiſmo, & confirmatione character imprimitur, qui nec deleri, neque auferri poteſt: meritò ſancte Synodus damnat eorum ſententiam, qui aſſerunt noui Teſtamenti Sacerdotes temporariam tantum modo poteſtatem habere; at ſemel ritè ordinatos iterum laicos efficipoſſe, ſi verbi Dei miniſterium nō exerceant. Vnde dicitur in Canone quarto.

Si quis dixerit, per ſacram ordinationem, non imprimi characterem; vel eum, qui Sacerdos ſemel fuit, laicum rurſus fieri poſſe anathema ſit.

Eadē ſeſſione vigeſima tertia, cap. 4.

Eccleſiaſtica Hierarchia conſtat ex Epiſcopis, presbyteris, & miniſtris,

ſtris, quorum omnium Epiſcopi ſuperiores ſunt, & amplíori gaudent poteſtate. Hoc dicit.

CAPVT V.

¶SI quis omnes Chriſtianos promiſcue noui Teſtamenti Sacerdotes eſſe, aut omnes pari interſe poteſtate ſpiritualiter præditos affirmet: nihil aliud facere videtur, quam Eccleſiaſticã Hierarchiam, quæ eſt, vt caſtrorum acies ordinata confundere, perinde ac ſi contra B. Pauli doctrinã omnes Apoſtoli, omnes Prophetæ, omnes Euangeliſtæ, omnes ſint Doctores, Proinde ſacroſancta Synodus declarat, præter cæteros Eccleſiaſticos gradus Epiſcopos, qui in Apoſtolorum loco ſucceſſerunt, ad hunc Hierarchicum ordinem præcipuè pertinere: & poſitos ſicut idẽ Apoſtolus ait à Spiritu ſancto regere Eccleſiam Dei, eoſq; presbyteris ſuperiores eſſe, ac Sacramentum confirmationis conferre, miniſtros Eccleſiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipſos poſſe; quarum functionum poteſtatem, reliqui inferioris ordinis nullam habent. ¶ Vnde dicitur in Canone ſexto.

Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica, non eſſe Hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, quę cõſtat ex Epiſcopis, presbyteris, & miniſtris, anathema ſit. Item in Canone ſeptimo.

Si quis dixerit, Epiſcopos nõ eſſe presbyteris inferiores, velnõ habere poteſtatem confirmandi & ordinandi, vel eam, quam habent illis eſſe cum presbyteris cõmunem, anathema ſit.

Eadem ſeſsione vigeſima tertia, cap. 4.

In collatione ordinum Eccleſiaſticorum non exigitur conſenſus, ſeu auctoritas cuiuſuis poteſtatis ſecularis; nec legitimus Eccleſiaſticæ miniſter eſt, qui ab Eccleſiaſtica poteſtate, non fuerit ritè ordinatus. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Docet ſancta Synod⁹, in ordinatione Epiſcoporũ, Sacerdotũ, & cæterorũ ordinum, nec populi, nec cuiuſuis ſecularis poteſtatis, & Magiſtratus conſenſum, ſiue vocationem, ſiue autoritatẽ itare quiri, vtſine ea irrita ſit ordinatio, quin potius decernit, eos, qui tãtummodo à populo, aut ſeculari poteſtate à Magiſtratu vocati, & inſtituti, ad hæc miniſteria exercenda, aſcẽdũt & quia ea propria temeritate ſibi ſumunt, omnes nõ Eccleſiæ miniſtros, ſed fures & latrones, per oſtium non ingreſſos habendos eſſe. Vnde dicitur in Canone ſeptimo.

Si quis dixerit, ordines ab Epiſcopo collatos, ſine populi, vel poteſtatis ſecularis conſenſu, aut vocatione irritos eſſe: aut eos, qui nec ab Eccleſiaſtica, & canonica poteſtate ritè ordinati, nec miſsi ſunt, ſed aliunde veniunt, legitimos eſſe verbi & Sacramentorũ miniſtros, anathema ſit. Item in Canone octauo.

Si quis dixerit, Epiſcopos, qui autoritate Romani Pontificis aſſumuntur, non eſſe legitimos, ac veros Epiſcopos, ſed figmentum humanum, anathema ſit.

Eadem ſeſsione vigeſima tertia, cap. 17. de reform.

Miniſteria ordinum à Diaconatu ad oſtiariatum, in vſum reuocari oportet; & non niſi per conſtitutos in dictis ordinibus exerceantur. Hoc dicit.

CAPVT VII.

¶ VT ſanctorum ordinum à diaconatu ad oſtiariatum functiones ab Apoſtolorũ temporibus in Eccleſia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis aliquandiu intermiſſæ, in vſum iuxta ſacros Canones reuocentur, *b* nec ab hęreccis, tanquam otioſæ traducantur, illius priſtini moris reſtituēdi deſiderio flagrans ſancta Synodus decernit, vt in poſterũ huiuſmodi miniſteria nõ niſi per conſtitutos in dictis ordinibus *c* exerceantur: *d* omneſque & ſingulos Prælatos Eccleſiarum in Domino hortatur, & illis præcipit, vt quantum fieri commode poterit in Eccleſijs Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus e ſuæ diœceſis, ſi populus frequens, & Eccleſiæ prouentus id ferre queant, hiuſmodi functiones curent reſtituēdas; & ex aliqua parte reddituũ aliquoũr ſimpliciũ beneficiorum, vel fabricæ Eccleſiæ, ſi prouentus ſuppetant, aut vtriuſque illorum eas functiones exercentibus ſtipendia aſsignēt: quibus, ſi negligentes fuerint Ordinarij iudicio, aut ex parte mulctari, aut in totum priuari poſsint.

SVPER CAPVT VII.

b ¶ *Iuxta ſacros Canones reuocētur.* Concordat tex. in cap. 1. 25. diſt. ca. Acolytus. c. Exorciſta. ca. Lector. cap. Oſtiarius, cap. Pſalmiſta. 23. d. cap. minores. infr. de tempor. ordin. Innocent. in epiſt. 4. ca. 5.

c ¶ *Niſi per conſtitutos in dictis ordinibus.* Decl. Card. Munus Acolyti aut Thuribularij, & his ſimilia, non poſſunt exerceri, niſi per conſtitutos in illis ordinibus quod eſt notandum, cum hoc vt plurimum & paſsim non ſeruetur. cap. 3. diſt. 97.

¶ *Ex-*

d ¶ *Exerceantur.* Declar. Card. Etiam si essent Fratres laici, qui talibus ordinibus non essent insigniti.

e ¶ *Et parochialibus.* Hoc habet locum in Prioratibus, qui curam animarum exercent.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

TITVLVS XIII.

In sessione vigesima prima Concil. Trident. cap. 2. de ref.

Is solùm secularis ordinari debet, qui Ecclesiasticum obtinet beneficium quod sibi ad victum honeste sufficiat. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ CVM non deceat eos, qui diuino ministerio ascripti sunt cũ ordinis de decore mendicare, *a* aut sordidum aliquem quæstum exercere, compertumque sit, cõplures, plerisque in locis ad sacros ordines nullo fere delectu admitti, qui varijs artibus, ac fallacijs cõfingunt, se beneficiũ Ecclesiasticũ, aut etiã idoneas facultates obtinere: statuit sancta Synodus, ne quis deinceps Clericus secularis, *b* quamuis alias sit idoneus, moribus, scientia, & ætate, ad sacros ordines promoueatur, nisi prius legitimè constet, *c* eum beneficium Ecclesiasticum, *d* quod sibi ad victũ honeste sufficiat, pacifice possidere. Id verò beneficium *e* resignare non possit, *f* nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus: neque ea resignatio admittatur, *g* nisi constito, quod aliunde viuere commodè possit: & aliter facta resignatio nulla sit. *h*

De temporibus ordin.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Cum ordinis dedecore mendicare.* Concordat tex. in cap. Diaconi sunt. circa med. 93. dist.

b ¶ *Nullus deinceps clericus secularis.* Declar. Cardin. Nullus clericus secularis, aut regularis non professus, debet ad sacros ordines promoueri sine sufficienti titulo ex Bulla Pij V. edita anno 5. Idibus Octobris.

c ¶ *Nisi prius legitimi constet.* Declar. Card. Ob penuriam Sacerdotum potest aliquis ordinari sine beneficio, vel patrimonio; dummodo quis spondeat se necessaria ordinando sub ministraturum.

d ¶ *Eum*

d ¶ *Eum beneficium Eccleſiaſticum.* Declar. Card. Ad titulum ſeminarij nullus ad ſacros ordines promouēdus, ad aliquod autē beneficium ſeminario vnitum ordinari poteſt. Non poſſunt pauperes clerici in ſeminario degentes per Epiſcopum ad titulum ſeminarij promoueri & ordinari. Cooptati in Collegiū ſeminarij non poſſunt ordinari ad titulū ſeminarij, niſi ob cauſam inſeruiēdi beneficio quod forſan eſſet ſeminario vnitū. Poterit tamen ordinari ſub certa aſsignatione fructuum à ſeminario facta, cauſa inſeruiendi beneficio vnito ſeminario, & ibi inſeruiat, donec alias ei prouiſum fuerit de congrua ſuſtentatione.

e ¶ *Id verò beneficium.* Declar Cardin. Fuit dubitatum, an pro forma traditum eſſet, vt reſignās teneretur facere mentionem ſe ad titulum illius fuiſſe promotū, adeò, quod per æquipollens adimpleri non poſsit, & fuit reſolutū die 12. Maij. 1588. pro forma traditum eſſe à Concilio, ſtante clauſula annullatiua, & quod Concilium negatiuè loquatur Iaſ. in l. ſi quid nominatim. ff de liber. & poſth. Felin. in cap. cum dilectus extra, de reſcriptis quo ſtante, per æquipollens non poteſt adimpleri. ¶ Beneficium ſemel à ſe alienans, quia illud reſignauit in manibus Ordinarij, illud idem amplius recuperare nō poteſt, præſertim ſi reſignatio facta eſt per Bullam Pij V. 6. idus Auguſti. 1565. quæ huiuſmodi reſignationes beneficiorum fieri prohibuit in manibus Ordinariorum, & ſi facta eſſent, ſtatuit beneficia ipſa verè vacare, & à Sede Apoſtolica, vel à ſuperioribus Ordinariorum poſſe cōferri, neque verè ab ipſo Ordinario eadem reſignatio fuerat admittenda, ſi reſignans, cum presbyteratus ordini etiam adſcriptus, nihil aliud habeat, quo vitam ſuam commodè ſuſtentare poſsit, cum S. D. N. altera Bulla edita Kalen. Aprilis, 1568. huiuſmodi reſignationes prohibuerit admitti, & quia Ordinarius, huic interdicto non paruit, ſua Sanctitas hac in re voluit reſignantem ab eo Ordinario alendum eſſe, aut alia ratione illius commodis prouidendum, eique ipſum beneficium reſignatum omnino adimendum, & in eo conſtituendum eum, qui fuerat à principio præſentatus.

f ¶ *Reſignari non poßit.* Declarat Cardinal. Qui beneficium ad quod fuit ordinatus, reſignare curauerit, per Pœnitentiarium eſt abſoluendus, ne reſignet. ¶ Cum habens parochiā curaſſet, non reuocare pro-

cura-

Digitized by Google

curatorem, quem fecerat ad resignandum, petij, vt absolueretur à iuramento, quo loco visum est procuratorem posse reuocare.

g ¶ *Nec ea resignatio admittatur.* Declarat Cardin. Et pœnam admittentibus imposit Pius Quintus in Bulla sub dato Kal. 1568. incipiente: *Quanta Ecclesia Dei.*

h ¶ *Et talis facta resignatio nulla sit.* Decis. Cardin 57. Congregatio Concilij censuit, tutum etiã in conscientia eum, qui beneficium; ad cuius titulum erat promotus, resignauit, & aliud ex causa permutationis obtinuit, tacendo in resignatione, quod erat promotus ad titulum primi beneficij, dummodò secundum beneficium sit æquiualens primo. Item declarat Cardin. Si Ordinarius non habens facultatem admittẽdi resignationem, in certis casibus à Pio Quinto sublatam hanc resignationem admiserit, beneficium ad quod quis erat ordinatus, vacat Sedi Apostolicę, & Ordinarius illi de proprio prouidere tenetur. ¶ Ordinarius, qui admisit resignationem factam, ab aliquo presbytero qui nihil aliud præter id beneficium habebat, vnde cõmodè se sustentare posset, tenetur eum altere, nec potest illud beneficium resignatum restituere, sed in eo instituì debet ille, qui præsentatus fuerat à patrono. ¶ Præsupposita supplicatione resignationis parochialis, de qua agitur in fauorem D. Ioan. de Miron, cum reseruatione pẽsionis centum & octoaginta ducatorum, per D. Gasparem soluendorum. & quod in eadẽ supplicatione D. Gaspar narrauerat quod per quinquennium dictam parochialem possederat, an in casu de quo agitur, intret Concilium Tridentinum hoc cap. Congregatio Concilij cẽsuit, intrare.

Eadem sessione vigesima prima, cap. 2. de reform.

Nullus ad titulum patrimonij, vel pẽsionis, nisi pro necessitate, vel commoditate Ecclesiæ, & quibusdam conditionibus promouerì debet. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Patrimonium, i vel pensionem obtinentes k ordinari post hac nõ possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, l vel commoditate Ecclesiarum suarum: m eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, talia que esse quæ eis ad vitam sustentandam satis sint: atque illa de inceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum

ficum ſufficiens ſint adepti, vel aliũde habeant, vnde viuere poſſint, antiquorum Canonum pœnas *n* ſuper his innouando. *o*

SVPER CAPVT II.

i ¶ *Patrimonium.* Decl. Car. Quãtitas patrimonij, ad quod quis promoueri poſsit, non taxatur, ſed remittitur ad terminos Concilij. ¶ Si quis ante Concilium eſt promotus, qui iam erat Subdiaconus ordinatus abſque titulo beneficij, poterit is poſteà abſque titulo promoueri, dummodo ſaltem ad titulum patrimonij promoueatur. ¶ Vide Bullam Pij V. Rom. Pont. ſacrorũ, anno 1568. vbi ſpectat hoc ad clericos regulares non profeſſos. ¶ Item deciſ. Cardin. 172. Congregatio Concilij cenſuit, non expedire, vt ad titulum patrimonij quis ad ſacros ordines promoueatur, niſi certi redditus adhoneſtam promouendi ſuſtentationem ſufficiẽtes ſuper certis redditibus fuerint in forma legitima, & valida aſsignati.

k ¶ *Vel penſionem obtinentes.* Declar. Card. Ad titulum donationis alicuius poteſt etiam quis ordinari, ſi ita Epiſcopus iudicauerit, eſſe aſſumendum pro neceſsitate, aut vtilitate Eccleſiarum, & ſic donatio eſt realiter vera, & nõ ficta, quæ deinceps alienari non poterit, abſque Epiſcopi licentia, & donec ordinatus beneficium ſufficiens adeptus fuerit, vel aliũde habeat, vnde viuere poſsit.

Cũm non ſufficientis patrimonij, vel beneficij, ante dictæ cõſtitutionis publicationem, fuerant ad ſacros, non tamen presbyteratus ordines promoti, Concilium iam de promotis ad titulum non ſufficientis patrimonij, vel beneficij, reſpondit non promouẽdos ad ordines ſuperiores, niſi conſequuti fuerint, vnde congruè ſuſtentari poſsint.

l ¶ *Pro neceſsitate.* Deciſ. Cardin. 215. Congregatio Concilij cenſuit, poſſe Epiſcopum in ſumma clericorum penuria ob neceſsitatem Eccleſiæ ordinare ad ſubdiaconatum ſuos clericos, cum aſsignatione perpetua fructuum aliquorum bonorum, quorum fructus ſufficiant ad eorum ſuſtentationem. Item deciſ. Card. 233. Congregatio Concilij cenſuit, poſſe aliquem ad ſacros ordines promoueri ad titulum bonorum immobilium, & annuorum reddituum, quibus donẽtur; ſi tamen Epiſcopus iudicauerit, cum aſſumendum, pro neceſsitate ſuarũ Eccleſiarũ, donationeſque huiuſmodi benè, & abſque vlla fraude in forma valida fiant, ac bona, & redditus donati huiuſmodi promouẽdo ſufficiant ad vitam honeſtè ſuſtentandam: & nullo modo

do possint alienari absque licentia Episcopi, donec ille beneficium sufficiens adipiscatur, vel aliunde habeat, vnde cõmode viuere possit. Itẽ decl. Car. Ad titulum patrimonij possunt etiã ordinari familiares triennales Episcoporum, iuxta formam c. 9. sess. 23. Sed tamen debent adscribi Ecclesijs, pro quarũ necessitate sunt ordinati, iuxta formam c. 16. sess. 23. ¶ Potest aliquis ad sacros ordines promoueri ad titulum bonorum, quæ ei donantur, si tamẽ Episcopus iudicauerit esse assumendum pro necessitate, vel cõmoditate Ecclesiarum, donationesque huiusmodi verè, & absque vlla fraude in forma valida fiant, de tot bonis, quæ promouendo sufficiant, ad vitam honestè sustentandam, quæque deinceps nullo modo alienari possint, donec ille beneficium sufficiens adipiscatur, vel aliunde habeat, vnde viuere possit.

m ¶ *Vel commoditate Ecclesiarũ suarum* Decla. Car. An per Bullã Sixti V. cõtra malè promotos, intelligatur derogatum consuetudini quorundã locorũ, vbi propter penuriã Sacerdotũ, ad sacros ordines promoueri solent, qui super alienis bonis assecurationẽ habent victus, & aliarum rerum necessariarum, cum cautione certa, sine alio titulo beneficij, vel patrimonij, & an in locis inopia laborantibus, sufficiens patrimonium dici possit, quod habet annuum redditum, ducat 25. ¶ Quoad primum sua Sanctitas consultus non probat talem consuetudinem, sed vult patrimonium, ad cuius titulum ordinandus promoueri debet, esse rem certam fructiferam, de qua ipse disponere possit, ac propterea omnino prohibet talis consuetudinis obseruantiam. Quoad secundum verò, Ordinarij arbitrio relinquit hoc iudicium, an tale patrimonium sufficiat, propter diuersitatem locorum, cum in vno sufficiat, quod alibi non erit sufficiens: dummodò animaduertatur, bona esse ipsius ordinandi propria, ac ab omni contractuum simulatione, & cęteris, quæ ab amicis, & cõiunctis fieri solent in huiusmodi casibus penitus libera, & aliena. Quoad Iesuitas, cũ post sacerdotium exire nõ possint, nisi à superioribꝰ eijciãtur, prouideatur illis de redditu, saltẽ quadraginta aureorũ annuorum, ex bonis Religionis Quoad alios, qui arbitrio suo exire, quãdo volunt, possunt, ne detur illis occasio exeundi, vt fruatur illo redditu, vocentur prius, & intelligatur, qua alia via prospici possit, deinde maturè deliberandum. An clericus alioquin idoneus habens beneficium sufficiens

sufficiens de per se, sed iuncto patrimonio habeat, quod sufficiat ad honestam vitæ sustentationē, possit promoueri? Censuit Congregatio posse per Episcopum, iuxta formam dicti Concilij præsenti cap. non obstāte dicta Bulla Pij Quinti. ¶ Quid si cum beneficio, aut patrimonio insufficienti iungātur pitantiæ, & eleemosynæ? Congregatio respondit, non posse. ¶ An possit promoueri, etiamsi nihil prædictorum, vel minus sufficienter haberet, si Episcopus obliget se suppleturum quod ad alimenta sufficiat, quousque habeat, vnde se sustentare possit, etiamsi Episcopus obliget, se supleturum alimēta? Congregatio censuit, item nō posse. ¶ Quid si tantùm habeat, quod ex industria, vel honesto labore lucratur, putà quod sit Musicus, Magister Grammaticæ, Pictor, vel alterius licitæ professionis, idque sit sufficiens ad sustentationem vitæ, an possit promoueri? De industria, vel honesto labore item censuit, non posse.

n ¶ *Antiquorum Canonum pœnas.* Declarat Card. Concilium renouauit tantùm pœnas, cap. cum secundum, extra, de præben. in hoc cap. 5. Ordinatus contra formā huius decreti sine beneficio, aut patrimonio, non est per hoc suspensus, nec aliquam pœnam incurrit, sed cogendus est Ordinarius ei prouidere, iuxta cap. cum secundum, extrà, de præbend. & hic solus canon, non alij, à Concilio renouatus est. Clerici tamē Regulares, qui ante professionē factam ad sacros ordines promouentur, ipso facto suspensi sunt, & ita ordinum susceptorum actus exercendo fiunt irregulares. Ita Pius Quintus in extraua. quæ incipit Roma. Pont. sacrorum, publicata idib. Octobris, 1568. ¶ Ab hac Pij Quinti constitutione Gregorius XIII. eximit clericos Societatis IESV, ac potiùs declarauit in illa constitutione Pij Quinti eos non comprehendi.

o ¶ *Super his innouando* Concordat tex. in cap. neminem, cum sequentibus, 70. d. c. cum secundū, de præbend. cap. si Episcopus, de præbend. in 6. cap. fin. de rescrip. in 6. Alexand. Pp. in Concil. Lateran. par. 1. c. 5.

Item sessione vigesima tertia, c. 4. de reform.

Prima tonsura initiandus qualis esse debeat. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Prima tonsura non initientur, p qui Sacramentum confirmationis non susceperint, & fidei

fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & scribere nesciant, *q* & de quibus probabilis coniectura non sit, eos non secularis iudicij fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstent hoc vitæ genus elegisse.

SVPER CAPVT III.

p ¶ *Primæ tonsuræ.* Decis. Cardin. 26. Congregatio Cõcilij respondit, nullam esse à Tridentino Concilio præstitutam ætatem tõsuræ, & quatuor minoribus ordinibus, sed eam attendendam, quę à sacris Canonibus præscribitur.

q ¶ *Quique legere, & scribere nesciunt.* Concord. tex. in c. fi. eo. tit. lib. 6.

Eadem sessione vigesima tertia, cap. 7. de refor.

Ad sacrum ministerium promouendi ab Episcopo euocari, ac diligẽter examinari debent. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Sacro sancta Synodus, antiquorum Canonum *r* vestigijs in hærendo, decernit, vt quando Episcopus ordinationem facere disposuerit, omnes, quiad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur, ad ciuitatem euocentur. Episcopus autem Sacerdotibus & alijs prudentibus viris peritis diuinæ legis, ac in ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi ascitis ordinandorum genus, *s* personã ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inuestiget, & examinet. *t*

SVPER CAPVT IIII.

r ¶ *Antiquorum Canonum.* Concordat tex. in c. quando, 24 d.

s ¶ *Ordinandorum genus.* Decl. Card. Non excluditur filius Neophitæ. Item decis. Card. 8. Congregatio Concilij censuit, quãuis ordinandorum genus, ætatẽ, & conditionem diligenter inquirere debeant iuxta, cap. 7. ses. 13. non tamen eos excludere oportet, ab ordinatione, nisi aliud Canonicum obstet impedimẽtum, qui à Iudæis originem trahunt, vel quorum maiores etsi hæretici fuerint, emendatos tamen esse constet, & re incorporatos Ecclesię vnitati, & pro culpá huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam vel perfecerunt, vel perfectioni eius insistunt, aut paratos fuisse ad recipiendum eandem iuxta constitutionem Bonifacij VIII. quæ incipit: *Statutum.* Id tamen intelligendum esse, nisi oppositum

aliquo priuillegio Apoſtolico, aut confirmatione caueretur.

t ¶ *Inueſtiget & examinet.* Declar.Cardin. Qui Subdiaconi, vel Diaconi, vel Presbyteri ſunt, petuntque admitti ad Cathedralis Eccleſię Canonicatus, ipſis informa dignum à Sede Apoſtolica collatos, vt eum ordinem habeãt, quem dicti Canonicatus requirunt, non opus eſſe, quòd examinetur cauſa explorandi eorum literaturam, illi verò, qui ſacros ordines nondum ſuſceperunt, examinãdi ſunt, an illam doctrinam habeant, quæ ex præſcripto Concilij Tridentini, neceſſaria eſt illi ordini ſacro, qui Canonicatui, quem conſequi volunt, erit annexus. ¶ Quæſitum fuit, quid reſpondendum de ordinatis ante legitimam ætatem ab Epiſcopo, qui ante ordinationem in Eccleſia publico edicto proteſtatus fuerat, quòd non intendebat ordinare, niſi eos, qui legitimam ętatem haberent, præſuppoſita atteſtatione eiuſdem Eccleſiæ Decani, aſſerentis audiuiſſe ab ipſo Epiſcopo, quod diceret, huiuſmodi proteſtationem fieri ad terrorẽ: cæterum ſe habere intentionem ordinis ſimpliciter conferendi? Et quidem videtur, eos eſſe ordinatos, ſed ab exercitio ordinum eſſe ſuſpenſos vſque ad debitum tempus. Sed quia in contrarium inclinabat maior pars, dicendo, quòd non ſufficit vnus teſtis, idcircò terminatum eſt ex vno ore ab illuſtriſsimis, vt res ad Papam deferatur.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima tertia, cap. 8. de reformat.

Ordines, ſtatutis à iure temporibus, & indigniori Eccleſia loci, & publicè celebrentur. Hoc dicit.

CAPVT V.

Ordinationes ſacrorũ ordinũ, u ſtatutis à iure tẽporibus, x ac in Cathedrali Eccleſia, vocatis præſentibus ad id Eccleſiæ Canonicis, publicè celebrentur, ſi autem in alio diœceſis loco, præſente clero loci, dignior, quantum fieri poterit, Eccleſia ſemper adeatur.

SVPER CAPVT V.

u ¶ *Ordinationes ſacrorum ordinum.* Concordat Gelaſ. I. in Epiſ. 1. Canone 13. capit. vltim. 75. diſt. cap. 1. cum ſequent. ext. eod. titul.

x ¶ *Statutis à iure temporibus,* Declar. Cardin. Caput hoc locum habet, tam in maioribus, quâm in minoribus ordinibus, & in vtroque caſu opus eſt beneficij collatione. ¶ Priuilegium ſuſcipiendi ordines extra tem-

Digitized by Google

tempora per hoc decretum non est sublatum.

Eadem sessione vigesima tertia.cap,5.de ref.

CAPVT VI.

AD minores ordines promouendi bonum à parocho,& magistro scholæ ,in qua educantur, testimonium habeant.

Eadem sessione vigesima tertia.c.11.de refor.

Quid obseruandum sit in minoribus ordinibus conferendis,& etiam postquam collatæ fuerint. Hoc dicit.

CAPVT VII.

Mininores ordines his , qui saltem Latinam linguam intelligant, *a* per temporum interstitia,*b* nisi aliud Episcopo expedire magis videretur,conferantur , vt eo accuratiùs,quantum sit huius disciplinæ pondus,possint edoceri,ac in vno quoque munere, iuxta præscriptum Episcopi sè exerceant, *c* idque in ea , cui adscripti erunt,Ecclesiani si forte ex causa studiorum absint, atque ita de gradu in gradum ascendant, vt in eis cũ ætate vitę meritũ,doctrina maior accrescat :quod & bonorũ morũ exẽplũ,&assiduũ in Ecclesia ministeriũ,atque maior erga presbyteros,& superiores ordines reuerẽtia,& crebrior quã antea,corporis Christicõmuniomaximecõprobabũt.Cumq; hinc ad altiores gradus , & sacratissima ministeri sit ingressus,nemo ijs,initietur,quem non scientię spes maioribus ordinibus dignum ostendat.

SVPER CAPVT VII.

a ¶ *Latinam linguam intelligant.* Decis.Card.17.Cõgregatio Cõcilij censuit, homines Regionis Illiricæ, quamuis Latini idiomatis rudes,si tamen linguam Illiricam intelligant,posse ad ordines promoueri,nisi canonicum obstat impedimentũ,nõ obstante c. 11.sess.23. & constitutione sanctæ mem.Sixti Quinti.

b ¶ *Per temporum interstitia.* Decis.Card.185.Congregatio Concilij censuit, Episcopũ ita demũ interstitia minorum ordinũ posse remittere,si ei magis expedire visum fuerit, cæterum vbicunq; sanctius esse putauerit illa remittere,quatuor minores,non aliter potest eadẽ die vnicõferre,quod si ita in loco hodie consueuerit.

c ¶ *Se exerceant.* Concordat c. fi.sup.de Sacram.Ordinis.cum ibidem allegatis Concil.I.Brachar.cap.38.Concil.I.Nicæ.ca. 2.Sard.capite 13.

Eadem sessione vigesima tertia.cap.5.de reform.

Ad maiores ordines promouendi debent in Ecclesia insu Episcopi denuntiari: cuius inquisitionis Episcopus per literas testimoniales certior fiet. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

¶ Hi, qui ad singulos maiores ordines erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat vt nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoueri, publicè in Ecclesia propositis, *d* de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat: & literas testimoniales e ipsam inquisitionem factam continentes, f ad ipsum Episcopum quàm primùm transmittat.

SVPER CAPVT VIII.

d ¶ *Publicè in Ecclesia propositis.* Declar. Card. An regulares promouêdi ad ordines inter alia teneantur etiam nomen, & desiderium eorum in Ecclesia publicè proponi facere, & testimonium deferre, ad præscriptum huius, cap. Congregatio censuit, non teneri, sed sufficere testimoniũ à suis superioribus allatum. ¶ An Episcopus sine attestationibus, & inquisitione, quæ in hoc decreto iniungitur, aliquem promouere possit, si ipsum omnes qualitates requisitas habere sciuerit? Congregatio respondit, posse, sed non iucere. ¶ Simúlter ab inferioribus posse concedi literas testimoniales Episcopis illas requirentibus, quando scit et Episcopus tanquam vicinior, et dioecesanos ordinat subditos eccesias non inferioris, qui etiam esset nullius dioecesis.

e ¶ *Et literas testimoniales.* Declar. Card. An ex Bulla Sixti V. contra male promotos Episcopus ordinans extra clericos dioecesis ordinandos, teneatur testimoniales literas à suis Ordinarijs habentes, de requisitis ad ordinationem alia diligentia vti teneatur, quam ipsos examinando quod sufficientiam? S. D. N. de sententia Congregationis respondit, sanctitatis suæ mentem esse, Ordinarium eum suis subditis dimissorias pe tentibus teneri adhibere diligentiã super omnibus requisitis circa ordinandum iuxta Concilium Tridentinum, & sacros Canones, & si ea ipsos habere constiterit, & in ipsdem dimissoriis in fide tiãs de eisdem fidem facere, & tunc eum talibus dimissoriis habentibus non opus esse Episcopum ordinantem facere diligentiam super dictis requisitis in examine super idoneitate, & literatura.

f ¶ Fa-

Digitized by Google

f ¶ *Fatim continentes.* Concor. Concil.III.Carthag. cap. 22. & Concil.IIII.Cartha.c.22.

Eadem sessione vigesima tertia,c.11.de reform.

CAPVT IX.

¶ In minoribus ordinibus cõstituti non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros ordines promoueantur,nisi necessitas, g aut Ecclesiæ vtilitas,iudicio Episcopi *h* aliud exposcat.

SVPER CAPVT IX.

g ¶ *Nisi necessitas.* Declarat Cardin. Vel quia prouisus de beneficio curato, quia tenetur se promoueri facere ad sacerdotiũ intra annum,& quando promoueatur, non est necesse, vt sit in aliquo ordine.

h ¶ *Iudicio Episcopi.* Declarat Card. Non est Episcopi,ad quẽ dimissus est ordinandus, hoc iudium facere.

Eadem sessione vigesima tertia,c.12.de refor.

De ætate pramouendi ad vnumquemque sacrum ordinem. Hoc dicit.

CAPVT X.

¶ Nullus in posterum ad subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad diaconatus ante vigesimum tertium, ad presbyteratus ante vigesimum quintum *i* ætatis suæ annum promoueatur. Sciant tamen Episcopi, non singulis in ea ætate constitutos, debere ad hos ordines assumi, sed dignos dumtaxat,& quorum probata vita senectus sit.

SVPER CAPVT X.

i ¶ *Ante vigesimum qnintum.* Decis. Cardin. 119. Congregatio Concilij censuit, sufficere anũ vigesimum quintum fuisse cœptum, vt quis ad presbyratus ordinem, cæteris requisitis concurrentibus, promoueri possit.

Eadem sessione vigesima tertia,cap.12 de refor.

CAPVT XI.

¶ REGVLARES, k nec in minori ætate *l* quàm seculares, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, priuilegijs quibuscunque,quoad hoc penitus exclusis.

SVPER CAPVT XI.

k ¶ *Regulares*. Declar. Card. Tex. in c. cum nullus. §. religiosi de tẽp. ord. & ibi Gemin. nu. 3. alias Cõgregatio hoc censuit. Itẽ decis. Car. 249 Congregatio Cõcilij censuit, Regulares superiores posse suo subdito itidem regulari, qui prædictus qualitatibus requisitis ordines suscipere voluerit, literas dimissorias cõcedere, ad Episcopum tamen diœcesanum, nempè illius Monasterij in cuius familiam ab ijs, ad quos pertinet is regularis, positum fuerit, & si diœcesanus ab fuerit, vel non esset habiturus ordinationes vel Episcopalis Sedes vacaret, ad quemcunque alium Episcopũ, dum tamen ab eo Episcopo, qui ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi regulares non distulerint de industria concessionẽ dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus diœcesanus, vel ab futurus, vel nullas habiturus esset ordinationes. Verum cum à superioribus Regularibus Episcopo diœcesano absente, vel ordinationes non habẽte, literæ dimissoriæ dabuntur, in eis vtique huiusmodi causam absentiæ diœcesani vel ordinationum, ab eo non habendarum, exprimẽdum esse.

l ¶ *Nec in minori ætate*. Declar. Car. Circa ætatem Episcopus nõ potest dispensare. glos. in clem. generalem. Sylvest. verſi. ætas. n. 2. Et ordinatus ante ætatẽ, etiam si ministrauerit, non est tamen irregularis, licet peccet, Sylvest. verſ. irregularis n. 14. art. 27. prope finem & talis promotus, non est ipso iure suspensus. Sylvest. n. 16. paulò post hoc nõ asseritur ex Congregationis sententia.

Eadem sessione vigesima tertia. c. 13. de reform.

Quales esse debeant promouendi in subdiaconos, & diaconos. Hoc dicit.

CAPVT XII.

Subdiaconi, & diaconi ordinentur, habentes bonum testimoniũ, & in minoribus ordinibus iã probati, ac literis & ijs, quæ ad ordinem exercendum pertinent, instructi. Qui sperant, Deo autore, se continere posse. Ecclesijs, quibus ascribentur, inseruient, sciãtque maxime decere, si saltim diebus Dominicis, m & solemnibus cum altari ministrauerint, sacram communionem perceperint.

SVPER CAPVT XII.

m ¶ *Si saltem diebus Dominicis*. Decl. Card. Si isti diaconi, & subdia-

diaconi in Miſſa ſolemni miniſtrantes eſſent Sacerdotes,melius eſt,vt ante,vel poſt Miſſam maiorem celebrent,quam Euchariſtiam ſolam recipiant,dè manu Sacerdotis,cui ipſi adminiſtrauerint.

Eadem Seſsione vigeſimatertia.c.13.de reformat.

Nō niſi poſt annum à ſuſceptione ſubdiaconatus,licet ad diaconatum aſcendere:neque duo ſacri ordines eodē die cuiquam concedatur. Hoc dicit.

CAPVT XIII.

Promoti ad ſacrum ſubdiaconatus ordinem,ſi per annum ſaltem *n* in eo non ſint verſati,ad altiorem gradum, *o* niſi aliud Epiſcopo videatur,aſcendere non permittantur. Duo ſacri ordines, *p* non eodem die,etiam regularibus conferantur,priuilegijs,ac indultis quibuſuis conceſsis nō obſtantibus quibuſcunque.

SVPER CAPVT XIII.

n. ¶ *Si per annum ſaltem*. Deciſ. Card.52.Congregatio Concilij cenſuit,eos,qui ad ſubdiaconatus ordinem quatuor temporibus Quadrageſimæ promoti fuerunt poſſe anno ſubſequenti eiſdem quatuor temporibus Quadrageſimæ ad diaconnatum promoueri licèt annus naturalis, integer tūc lapſus non fuerit;cum futuro anno Paſchæ feſtū celerius,quàm ſuperiori celebretur. Item decla. Card. Ob eminentiam doctrinæ,vel bonum teſtimonium,& decōſenſu Ordinarij,Summus Pontifex concedit,vt quis omnis ordines etiam presbyteratus breuiori tempore ſumere poſsit etiam extra tempora. Sic reſpōſum fuit Epiſcopo Placentino. An per Bullam Sixti Quinti contra male promotos in interſtitijs ſeruandis,annus,qui interponi debet in promotione de vno ad alterum ſacrum ordinem,duodecim menſium completus eſſe debeat,vel ſufficiat lapſa eſſe quatuor interſtitia,quæ propter varietatē feſtorum mobilium occurunt,quouſque duodecimus menſis cōpleatur? S.D.N. ex ſentetentia Congregationis dixit, attendendum eſſe curſum quatuor dictorum interſtitiorum, non autem tempus duodecim menſiū completorum. ¶ An per dictam conſtitutionem cenſeatur reuocatum,ſeu reſtitutū arbitriū Epiſcopo conceſſum,vt poſsit ordinare infra annum à promotione vnius ordinis ſacri ad alterū, iuxta decretū Concilij Tridentini hoc cap.Sanctitas ſua reſpondit, non eſſe ſuæ mentis altere diſ-

Digitized by Google

positionem supra dicti decreti, quæ vult manere in sua pristina validitate, & vigore absque vlla innouatione, vel substitutione.

o ¶ *Ad altiorem gradum.* Declar. Cardin. Nisi esset prouisus de parochiali, vt sup. cap. 11.

p ¶ *Duo sacri ordines.* Decl. Car. Qui ex cõsuetudine illi⁹ regionis quatuor minores ordines, & subdiaconatum eodem die susceperunt, non sunt suspensi.

Eadem sessione vigesima tertia, cap. 14. de refor.

De qualitate eorum, qui assumi debent ad gradũ presbyteratus. Hoc dicit.

CAPVT XIIII.

1 ¶ Quipiè & fideliter in ministerijs ante actis se gesserint, & ad presbyteratus ordinem assumuntur, bona habeant testimonium, & ij sint, qui non modo in diaconatu ad minus annum integrum, q nisi ob Ecclesiarum vtilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur r minis trauerint, sed etiam ad populum docendum s ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ministrandi Sacramenta, diligenti examine præcedenti, comprobentur, atque ita pietate, ac castis moribus conspicui, vt præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab eis possint expectari.

SVPER CAPVT XIIII.

q ¶ *Annum integrum.* Declarat Cardin. Intellige Ecclesiasticum.

r ¶ *Aliud Episcopo videretur.* Decis. Cardin. 2. Congregatio Concilij censuit, facultatem remittendi interstitia Episcopo ex causis comprehensis in cap. 21. & 14. sess. 24. transire in Vicarium, cap. Sede vacan. Item decis. Cardinal. 184. Congregatio Concilij censuit, remissionem interstitiorum, etiam quoad regulares ex causis tantùm à Concilio expressis faciendam pertinere ad Episcopum ordinantem eum, tamen hac in re debere, quoad causas, deferre iudicio & attestationi superioris regularis ordinandi.

s ¶ *Sed etiam ad populum docendum.* Declarat Cardin. An subdiaconi & diaconi, qui carent doctrina hic requisita in ordine presbyteratus sint ad ordinem presbyteratus admittendi, vbi est defectus Sacerdotum; & vbi propter tenuitatem prabendarum nulla adest spes habendi exteros Sacerdotes? Congregatio censuit nunquã ignaros esse promouendos ad sacros ordines; sed iam promotis cõferri posse parochiales.

chiales, quando literatiores inueniri non possent, sed Episcopus diligenter curare debet, vt discãt & prout profecerunt tunc promoueri, isque ex sua cõscientia, & iudicio rem totam conficiat, iuxta illud: *Tu magis scire potes*, interea autem si adsit penuria Sacerdotum secularium vtendum opere Regularium.

De sponsalibus, & matrimonijs.

TITVLVS XIIII.

¶ In sessione vigesima quarta Conc. Trid. n p in.

Indissolubilitas matrimonij ortũ habet â iure diuino. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Matrimonij perpetuum, indissolubilemque nexum primus humani generis parens diuini Spiritus sancti instinctu pronuntiauit, cùm dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis*, a *& caro de carne mea*: quam ob rem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Hoc autem vinculo duos tantùm modò copulari, & coniungi, Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba, tanquam à Deo prolata, referens dixit: *Itaque iam non sunt duo, sed vna caro*, b statimque eiusdem nexus firmitatem, ab Adamo tantùm ante pronuntiatam his verbis confirmauit: *Quos ergò Deus coniunxit, homo non separet.*

De sponsalibus, & matrimonijs.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Hoc nunc os ex ossibus meis.* Concordat textus in cap. fraternitatis, 35. quæstione 10. cap. debitum, de bigam. & illud Genes. 2. numero. 23. *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quam ob rem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Et idem repetitur Matth. 19. num. 5. & Marci. 10. num. 7. & 1. Corin. 6. num. 16. & Ephes. 5. n. 31.

b ¶ *Sed vna caro.* Concordat text. in cap. sunt qui, 27. quæst. 2. cap. fina. 20. quæstione 2. c. de infidelibus, de consanguini. & affinit. cap. Martinus, de cognat. spirit. & illud Matth. 19. numer. 5. *Iam non sunt duo, sed vna caro.* Et idem in locis proximè allegatis.

Eadem sessione vigesimaquarta in prin.

¶ *Christus Dominus promernit gratiam illam, quæ coniungibus in matrimonio communicatur. Hoc dicit.*

CAPVT II.

¶ Gratiam, quæ naturalem amorem perficeret, & indissolubilem vnitatem cõfirmaret, coniugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium Sacramentorum institutor, atque perfector sua nobis passione promeruit: quod Paulus Apostolus innuit dicens: *Viri diligite vxores vestras, c sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit, pro ea;* mox subiungens: *Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia.*

SVPER CAPVT II.

c ¶ *Viri diligite vxores vestras.* Concordat textus in cap. nemo, in fine, 32. quæstione 4. cap. debitum, de bigam. & illud ad Ephes. 5. numer. 25. *Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea,* & nu. 32. *Sacramentum hoc magnum est,* &c.

¶ Eadem sessione vigesimaquarta, in prin.

¶ *In matrimonium, quod vnum est ex nouæ legis Sacramentis plures hæretici insanierunt, quorum præcipui errores per duodecim Canones exterminantur, & anathematizantur. Hoc dicit.*

CAPVT III.

¶ CVM Matrimonium in lege Euangelica veteribus connubijs per Christum gratiam præstet, meritò inter noua legis Sacramenta annumerandum, d Sancti Patres nostri, Concilia, & vniuersalis Ecclesiæ traditio semper docuerunt: aduersus quam impij homines huius seculi insanientes, non solum perperam de hoc vniuersali Sacramento senserunt, sed de more suo prætextu Euangelij libertatem carnis introducentes, multa ab Ecclesiæ Catholicæ sensu, & ab Apostolorum temporibus probata consuetudine aliena, scripto, & verbo asseruerunt, non sine magna Christi fidelium iactura: quorum temeritati sancta, & vniuersalis Synodus cupiens occurrere insigniores prædicatorum schismaticorum hæreses, & errores, ne plures ad se trahat pernicios a eorum contagio, exter-

mi-

minandos duxit hos ipsos hæreticos, eorumque errores decernens anathematismos.

SVPER CAPVT III.

d ¶ *Inter nouæ legis Sacramenta annumerandum.* Concor. Concil. Florent. sub Eugen. IIII. & text. in c. ad abolendam, de hæret.

CANON I.

Si quis dixerit, matrimonium non esse proprie & verè vnum ex septem legis Euangelicæ Sacramentis à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesiam inuectum, nequegratiam conferre, anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, licere Christianis plures simul habere vxores, e & hoc nulla lege diuina esse prohibitum, anathema sit.

SVPER CANON II.

e ¶ *Plures simul habere vxores.* Cõcor. tex. in c. si quis, 32. q. 7. toto tit. de sponsa. duo, c. gaudemus, de diuor.

CANON III.

Si quis dixerit, eos tantùm cõsanguinitatis, & affinitatis gradꝰ, f qui Leuitico exprimuntur, f posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec posse Ecclesiam in nõnullis illorum dispensare, aut cõstituere, vt plures impediant, & dirimant, anathema sit.

SVPER CANON III.

f ¶ *Qui Leuitico exprimuntur.* Cõcordat tex. in c. pitacium, 30. q. 3. Concil. Tolet. II. can. 5. 35. q. 2. & 3. per totam, c. non debet, de consanguin. & affin.

CANON IIII.

Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimẽta matrimonium dirimentia, vel in his constituendis errasse, anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, propter hæresim, aut molestam cohabitationem aut affectatam absentiam à coniuge, dissolui posse matrimonij vinculum, g anathema sit.

SVPER CANON V.

g ¶ *Dissolui posse matrimonij vinculũ.* Cõcor. tex. in c. de illa, cum sequent. de diuor. c. de infidelibus, de consang. & affinit.

C A-

CANON VI.

Si quis dixerit, matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem Religionis professionem *h* alterius coniugum non dirimi, anathema sit.

SVPER CANON VI.

h ¶ *Per solemnem Religionis professionem.* Concordat tex. in c. cõmissum. ext. eodem.

CANON VII.

Si quis dixerit, Ecclesiam errare, *i* cum docuit, & docet, iuxta Euangelicam, & Apostolicã doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non posse dissolui, & vtrũque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui, dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ dimisso adultero, alij nupserit, anathema sit.

SVPER CANON VII.

i ¶ *Ecclesiam errare.* Concordat tex. in c. placuit. cum seq. 32. q. 7. c. gaudemus. de diuor. Concil. Mileuit. I. c. 17. Conc. Afric. c. 69. & illud Matth. 19. n. 9. *Qui dimissam duxerit, mœchatur*, & idẽ Luc. 16. nu. 18 & 1. Cotint. 7. numer. 11.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Ecclesiam errare cum ob multas causas separationẽ inter coniuges, quoad thorum, seu quoad cohabitationem, ad certum, incertũ ve tẽpus, fieri posse decernit, anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, clericos in sacris ordinibus constitutos, *k* vel Regulares, castitatem solemniter professos posse matrimonium cõtrahere, *l* contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto: & oppositũ nihil aliud esse, quam damnare matrimonium, posseque omnes contrahere matrimoniũ, qui non sentiunt se castitatis etiã si eam vouerint, habere donum, anathema sit, cũ Deus id rectè petẽtibus nõ deneget, nec patiatur nos sup. id, quod possumus tẽtari.

SVPER CANON IX.

k ¶ *In sacris ordinibus constitutos.* Declarat Cardinal. Furiosus habent dilucida interualla ad subdiaconatus ordinem promotos continere tenetur, & concedenda non est ei dispẽsatio, vt matrimonium contrahere possit.

Idem

¶ Idem cenſuit Congregatio anno 1588.

l ¶ *Poſſe matrimonium contrahere.* Concordat diſt. 27. per tot. & 17. quæſt. 1. & toto tit qui cler. vel vouen. Concil. Carthag. IIII. c. 104. Concil. Matiſcon. cap. 4.

CANON X.

Si quis dixerit, ſtatum coniugalem anteponendum ſtatui virginitatis, *m* vel cœlibatus, & nõ eſſe melius, ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quam iungi matrimonio, anathema ſit.

SVPER CANON X.

m ¶ *Anteponendum eſſe ſtatui virginitatis.* Concordat tex. in c. nuptiæ, 32. quæſt. 2. cap. qui ſint, 33. quæſt. 5. cap. commiſſum, extra eodem, & illud Matth. 19. numer. 11. *Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt*, & illud 1. Corin. 7. num. 25. *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do.*

CANON XI.

Si quis dixerit, prohibitionẽ ſolemnitatis nuptiarum certis anni temporibus ſuperſtitionem eſſe tyranicam, ab ethnicorum ſuperſtitione profectam, aut benedictiones, & alias cęremonias, quibus Eccleſia in illis vtitur, dãnauerit, anathema ſit.

CANON XII.

Si quis dixerit, cauſas matrimoniales non ſpectare ad iudices Eccleſiaſticos, *n* anathema ſit.

SVPER CANON XII.

n ¶ *Non ſpectare ad iudices Eccleſiaſticos.* Concordat text. in cap. multorum, 35. quæſt. 6. cap. 1. de conſ. & affi. cap. accedentibus, de exceſ. Prælat.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quarta, cap. 1. de refor. matrim.

Hortantur Coniuges, vt in eadẽ domo ante benedictionem nuptialẽ non cohabitent: quam benedictionẽ proprius parochus, vel cui ipſe, vel Epiſcopus commiſerit, præſtare debet. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

¶ Sancta Synodus hortatur, vt coniuges antè benedictionem ſacerdotalem, in templo ſuſcipiẽdam, in eadem domo non cohabitent, *o* ſtatuitque benedictionem *p* ſacerdotalem à proprio parocho fieri, neque à quoquam niſi ab ipſo parocho, vel ab Ordina-

dinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alij Sacerdoti concedi posse quacunque consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel priuilegio non obstantibus.

SVPER CAPVT IIII.

o ¶ *In eadem domo non cohabitet.* Concor. tex. in cap. 1. cum multis seq. 30. q. 5. & c. nulli, 35. q. 2.

p ¶ *Statuique benedictionem.* Decis. Cardin. 80. Congregatio Cõcilij censuit, sponso, & sponsæ licet corrupto, vel corruptę in primis nuptijs esse impetrandam benedictionem. ¶ Item declarat Cardin. Quis erit proprius parochus, qui sponsos benedicere debet, cum viri accedunt ad contrahendum ad terras, & domos vxorum, vbi diu remanent, antequã cohabitent. ¶ Congregatio censuit eum esse, qui proprius parochus vxoris sit, quando scilicet vir ad eius domum accedit pro contrahendo, & consummando eius matrimonio. ¶ Ex hoc tex. sunt argumenta. Quidam parochi iactabant contra Episcopum Ecclesiæ Syracusanæ negantes, ei amplius debere decimam auri partem, quam accipiebat ex annuali nubentium benedictio nis. Nullus enim parochus ex hoc cap. benedicit. Contrarium tamen censuit Congregatio, quia ille denarius, non debebatur ratione ministerij illius, sed loco præbendæ ad sustentationem suæ dignitatis, & cum immemoriali tempore ita fieri consueuerit, non est tollenda hæc laudabilis consuetudo. ¶ Alij Sacerdotes à parocho proprio contrahẽtium, vel alio Sacerdote, cui ipse parochus, vel Ordinarius licentiam dederit, benedictio sacerdotalis est facienda iuxta hoc decretum, non obstantibus quibuscunque.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, cap. 1. de reform. matrim.

Qui sine proprij parochij licentia aliquos matrimonio coniungit, aut benedicit manet ipso iure suspensus. Hoc dicit.

CAPVT V.

Si quis Parochus, vel alius Sacerdos, siue Regularis, siue secularis sit, etiamsi id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochiæ sponsos sine illorum parochi licentia matrimonio cõiungere, aut benedicere ausus fuerit ipso iure tandiu suspensus maneat, q quãdiu ab Ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur.

SV-

SVPER CAPVT V.

q ¶ *Tand iù ſuſpenſus maneat.* Declar. Cardin. Id eſt ſublata pœna excommunicationis : de qua in clem. 1. in fin. de priuil. ¶ Præſuppoſito, quod Rector habeat parochianos in duabus diœceſibus, & quidem in vna ipſa parochialis cum maiori parochianorum parte exiſtat, in altera ſit domus Rectoris, in qua modo ipſe, modo eius capellanus reſidere conſueuit, & propterea in ſuſpēſionem inciderit, an abſolutionē obtinere debet ab Ordinario, in cuius diœceſi ipſa Eccleſia exiſtit, vbi etiam præſupponitur, habere domum conductitiam? Imò potius ab alio, in cuius diœceſi Rector habet propriam domū, maximè ſi parochiani ſint coniuncti matrimonio quando fuit commiſſum delictum.

Eadem ſeſsione vigeſima quarta, c. 1. de reform. matrim.

CAPVT VI.

¶ Habeat parochus librum, in quo coniugum, & teſtium nomina diemque, & locum contracti matrimonij deſcribat, quē diligenter apud ſe cuſtodiat.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quarta, c. 1. de refor. matr.

Hortantur coniuges, vt Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, ante matrimonij conſummationem, deuotè ſuſcipiant. Reliquæ etiam laudabiles conſuetudines, quarum antea vſus erat, retineri ſuadētur. Hoc dicit.

CAPVT VII.

¶ Sancta Synodus coniuges hortatur, vt antequàm contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonij conſummationem ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum piè accedant. Si quæ prouinciæ alijs vltrà prædictas, laudabilibus conſuetudinibus, & cæremonijs hac in re vtūtur, eas omninò retinere ſancta Synodus vehementer optat.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quarta, c. 8. de refor. matrim.

Quandiù rapta in poteſtate raptoris eſt, nullum poteſt inter eos conſiſtere matrimonium. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

¶ Decernit ſancta Synodus inter raptorem, & raptam quandiù ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere matrimonium. Quod ſi rapta r à raptore ſeparata, & in

& in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat.

SVPER CAPVT VIII.

r ¶ *Quod si rapta.* Cõcordat tex. in cap. fin. de rapt. Concil. Chalced. cap. 26. c. eos, & cap. de puellis, 36. quæst. 1. Conc. Vvorm. c. 77. c. 1. & 2. de adult.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, cap. 7. de refor. matrim.

Parochus absque licentia sui Ordinarij non debet matrimonijs hominum vagantium interesse. Hoc dicit.

CAPVT IX.

¶ Multi sunt, qui vagantur, & in certas sedes habent, & vt improbi sunt ingenij, prima vxore relicta, aliam, & plerumque plures, illa viuente, diuersis in locis ducunt, cui mormo cupiens sancta Synodus occurrere, omnes ad quos spectat, paternè monet, ne hoc genus hominum vagantium, s ad matrimonium facilè recipiant, Magistratus etiam seculares hortatur, vt eos coerceãt: parochis autem præcipit, t ne illorum matrimonijs interfint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

SVPER CAPVT IX.

s ¶ *Ne hoc genus hominum vagãtium.* Declarat Cardin. Non dicitur vagans illa mulier, quæ per octo annos in vna eademque terra habitauit.

t ¶ *Parochis autem præcipit.* Declarat Cardin. Etsi contingat contrahentes alienigenas esse, & à paruo tempore ibi habitantes, cõstito, quòd non sint de comprehensis inter vagabũdos, proprius parochus ad contrahẽdum is est, in cuius parochia contrahentes habitant tẽpore, quo cõtrahunt.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, cap. 9. de refor. matrim.

¶ *Excommunicantur ipso facto, qui alios quouis modo cogunt, quominus liberè matrimonia contrahãt. Hoc dicit.*

CAPVT X.

¶ Ita plerumque temporalium dominorum, ac magistratuum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates excæcant vt viros & mulieres, sub eorum iurisdictione degentes, maximè diuites, vel magnas hæreditates habẽ-

habentes minis,& pœnis adigãt, cum his matrimonium inuitos cõtrahere,quos ipsi Domini, vel Magistratus illis præscripserint. Quare cum maxime nefarium,*u* matrimonij libertatem violare,& ab eis iniurias nasci,ã quibus iura spectantur,præcipit sancta Synodus omnibus cuiuscunque gradus,dignitatis,& conditiõnis, *x* existant,sub anathematis pœna, quam ipso facto incurrant,*y* ne quouis modo directè vel indirectè subditos suos, vel quoscunq; alios cogantquominus libere matrimonia contrahant.

SVPER CAPVT X.

u ¶ *Cum maximè nefarium sit.* Concordat tex.in c.cum locum. c.requisiuit,cap.gemna.ext. eodem.

x ¶ *Cuiuscunque gradus,dignitatis,& conditionis existant.* Declar. Cardin.S.D.N Greg.XIII.declarauit,non comprehendipriuatas personas,sed tantum supradictos dominos temporales,& Magistratus cuiuscunquedignitatis.

y ¶ *Quam ipso facto incurrant.* Concor Conc.Paris.I. c.6.& c.nullus.36. quæst.2.

¶ Eadem Sessione vigesima quarta.c.10.de reform.matrim.

Solemnes nuptiarum benedictiones,quibus anni temporibus fieri nõ debeant,præsens decretum ostendit. Hoc dicit.

CAPVT XI.

¶ A B aduentu *a* Domini nostri Iesu Christi vsq; ad diem Epiphaniæ,& à feria quarta Cinerũ, vsq,in octauam Paschatis inclusiue,antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones *b* diligenter ab omnibus obseruari sancta Synodus præcipit: quas Episcopi, vt ea,qua decet modestia,& honestate fiant, curabunt: sancta enim res est matrimonium,& sanctè tractandum.

SVPER CAPVT XI.

a ¶ *Ab aduentu.* Concpr. Concil.Laodice.cap.52.Conc.Salegustad.cap.3.& cap. non oportet.cumtribus seq.33.q.4.cap. capellanus.de ferijs.

b ¶ *Antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones.* Decis. Cardin. 182.Præterea ab Aduẽtu D.N. Iesu Christi,vsque ad diem Epiphaniæ,& à feria quarta Cinerũ, vsque ad octauam Paschatis conuiuia nuptiarũ,solemnitatis,traductiones ad domum,& carnalẽ

copulam; decre.Concil.primo c. ſeſsio.23.de reform.matrimon. prohiberi, ſed matrimonio corā parocho, & teſtibus, quolibet tēpore contrahi poſſe.

e ¶ *Et honeſtate fiant.* Déciſ. Cardin.145. Congregatio Concilij cenſuit, conſuetudinem ab his, quorum nuptiæ benedicūtur aliquid recipiendi, demum eſſe obſeruandam, ſi ab initio pro ſidelium voluntate nulla exactione, aut compulſione fuerit introducta, & nec etiam à ſponte dantibus quicquam recipiatur, antequam benedictionem Sacerdos libere fuerit impertitus.

De clandeſtina deſponſatione.

T I T V L V S XV.

In ſeſsione vigeſima quarta, Concil. Trid.cap.1.de ref. matr.

Eccleſia ſemper deteſtata eſt, atq; prohibuit clandeſtina matrimonia; quæ tamen rata fuerunt, quādiū Eccleſia ea irrita non fecit. Hoc dicit.

C A P V T I.

Tametſi dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia, libero cōtrahentiū cōſenſu facta, rata, & vera eſſe matrimonia quandiu Eccleſia ea irrita non fecit, & proinde iure damnādi ſint illi, vt eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata eſſe negant, quique falſo affirmant, matrimonia a filijs familias ſine conſenſu parētū cōtracta, irrita eſſe, & parētes ea rata, vel irrita facere poſſe, nihilominum ſancta Dei Eccleſia ex iuſtiſsimis cauſis illa ſemper deteſtata eſt, a atque prohibuit.

De clandeſtina deſponſatione.

SVPER CAPVT VI.

a ¶ *Illa ſemper deteſtata eſt.* Concordat, tex. in c.non omnis cap. honorantur.cap.fin.32.q.2.cap. aliter.cap.noſtrates.30.q.5.c.videtur qui matrim. accuſ. poſſ. & Concil. Tolet.III.cap.10.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quarta.cap.1.de ref.matr.

Antequam matrimonium contrahatur, ter publice denuntietur: quo facto, ſi nullum opponatur impedimētum ad ipſius celebrationem in facie Eccleſiæ procedantur. Hoc dicit.

C A-

CAPVT II.

CVM ſancta Synodus animaduertat, prohibitiones clādeſtinarum deſponſationum propter hominum inobedientiam iā non prodeſſe, & grauia peccata perpendat, quæ ex eiſdē clādeſtinis coniugijs ortum habent, præſertim vero eorum, qui in ſtatu damnationis permanent, dū priore vxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palàm cōtrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt: cui modo cum ab Eccleſia, quæ de occultis non iudicat, ſucurri non poſsit, niſi efficacius aliquod remedium adhibeatur; idcirco ſacri Lateranenſis Concilij, [b] ſub Innocentio III. celebrati, veſtigijs inhærendo præcipit, vt in poſterum, antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentiū parocho tribus cōtinuis diebus feſtiuis in Eccleſia inter Miſſarū ſolemnia publicè denuntietur, [d] inter quos matrimonium ſit contrahendum: quibus denūtiationibus factis, [e] ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ procedatur, vbi parochus viro, & muliere interrogatis, & eorū mutuo conſenſu intellecto, vel dicat: Ego vos in matrimonium coniungo [f] in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: vel alijs vtatur verbis [g] iuxta receptum vniuſcuiuſque Prouinciæ ritum. [h]

SVPER CAPVT II.

[b] ¶ *Sacri Lateranenſis Concilij.* Hæc conſtitutiō refertur in Concil. Later. II. cap. ſi &, & in c. cum inhibitio, extra eod. cuius tenor talis eſt. *Cum inhibitio copulæ coniugalis ſit in vltimis tribus gradibus reuocata, eam in alijs volumus diſtrictè ſeruari. Vnde prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærendo, clandeſtina coniugia penitûs inhibemus, prohibentes etiam ne quis Sacerdos talibus intereſſe præſumat. Quare ſpecialem quorundam locorum conſuetudinem ad alia generaliter prorogando ſtatuimus, vt cū matrimonia fuerint cōtrahenda, in Eccleſijs per presbyteros publicè proponantur cōpetēti termino præfinito: vt intra illū, qui voluerit, & valuerit legitimum impedimentū opponant, & ipſi preſbyteri nihilominus inueſtigent, vtrū aliquod impedimentū obſiſtat. Cum autem apparuerit probabilis coniectura contra copulā contrahendam, contractus interdicatur expreſsè, donec quod fieri debeat ſuper eo manifeſtis conſtiterit documentis.*

§. *SI QVIS.*

Si quis vero huiuſmodi clandeſtina, vel interdicta coniugia inire

Digitized by Google

præsumpserit in gradu prohibito etiã ignoranter soboles de tali coniunctione susceptа prorsus illegitima censeatur, de parentum ignorantia nullum habituri subsidium: cum illi taliter contrahendo non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo proles illegitima censeatur, si ambo parentes impedimentum scientes legitimum præter omne interdictum, etiam incõspectu Ecclesiæ, contrahere præsumpserunt.

§. SANE.

Sane si parochialis Sacerdos tales coniunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam Regularis, qui eis præsumpserit interesse per triennium ab officio suspẽdatur, grauius puniendus, si culpæ qualitas postulauerit. Sed his, qui taliter præsumpserint, etiam in gradu concesso copulari condigna pœnitentia insungatur. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam malitiose impedimentum abiecerit, canonicam non effugiat vltionem.

c ¶ *Ter â proprio contrahentiũ parocho.* Declar. Card. Quando matrimoniũ contrahitur inter duos de diuersis parochijs, debent in ambobus fieri denũtiationes. Proprius parochus est, in cuius parochia contrahentes habitant tempore, quo matrimonium contrahunt. Proprius parochus erit parochus vxoris, si matrimonium in domo vxoris cõtrahatur, quãdo, scilicet vir accedit ad domum vxoris pro contrahendo & consummando matrimonio. ¶ Quando matrimonium contrahitur inter duos alienigenas, & à paruo tempore in aliquo loco habitantes, qui tamen sint cogniti, ita vt non sint de comprehensis inter vagabundos proprius eorum parochus esse intelligitur in cuius parochia habitant, eo tẽpore, quo matrimonium contrahunt. Quando matrimoniũ cõtrahitur inter virum, qui sit de vna parochia, & mulierem de alia, sufficit si contrahatur coram parocho proprio mulieris, vel coram parocho in parochia viri. Sic Cõgregatio censuit, quod ipse Gregorius XIII. confirmauit, & contra Nauar. c. 25. n. 144.

d ¶ *Publicẽ denuntietur.* Declarat Cardinal. Denuntiationes si omitterentur, per hoc matrimonium irritum non est, seruatis tamen cæteris requisitis. Idem censuit Congregatio in decis. 181.

e ¶ *Quibus denuntiationibus factis.* Decla. Card Concil Rauennatensi fuit approbatum decretum in Congregatione, quod hi si peractis denuntiationibus intra quatuor menses non contraxerint, non possint contrahere, nisi iterum peractis denuntiationibus, arbitrio tamen Episcopi

matri-

matrimonium, ſi, antequam fiãt publicè denuntiationes, conſummatum ſit, ſeu factis denuntiationibus conſummatum itidem ſit, antequam coram parocho, & teſtibus celebretur, eſt verum matrimonium, ſi poſteà contractum ſit coram parocho, & teſtibus, & nullum aliud ad ſit impedimentum: vbi verò talis eſt abuſus, videlicet, quòd matrimonium conſummetur, antequam factæ ſint denũtiationes, ſeu poſt, & antequã contractum ſit per verba de præſenti coram parocho, & teſtibus, eſt omnino tollendus, & qui id commiſerint, & in poſterum committant, puniri debent pœna ſtupri, ſed dumtaxat arbitraria. Sponſus, qui ſponſam ſe duxerit, & ſtupraverit, non poteſt puniri pœna contra ſtuprantem à ſacris Canonibus inflicta prætextu, quod hodie ex Decreto Concilij, ſponſalia poſt copulã ſubſequutam, non tranſeunt in vim matrimonij, vt erant ante Cõcilium ſed grauiter arbitrio Ordinarij, dũtaxat ſunt puniendi ex hoc decreto. Monendi tamen ſunt, vt factis ſponſalibus, quam primùm contrahant matrimonium per verba de præſenti, coram parocho, & teſtibus, neſponſi hoc periculum ſubeant, maximè ſi ipſi ſponſi ante conſummationem matrimonij id petierint.

Curare debent Ordinarij, vt ſponſi factis ſponſalibus, quam primùm contrahant matrimonium per verba de præſenti corã parocho, ad ſtupri periculum euitandum. Qui promittunt contrahere matrimonium coram parocho, & teſtibus, & Notario, qui recipit deſuper inſtrumentum de iuramento, in manibus ipſius parochi præſtito, ſi deinde ſequuta eſt inter eos carnalis copula, nullis factis denuntiationibus, ſunt puniẽdi grauiter arbitrio Ordinarij, qui debet tale matrimoniũ nullum eſſe declarare, & ſi poſteà voluerint contrahere, per verba de præſenti id eis permittitur, ſeruatis tamen ex hoc decreto Concilij ſeruandis, & dummodo nullum aliud impedimentum legitimum adſit: ſi aliter quoque alterum voluiſſet cogere ad obſeruãda ſponſalia iurata, iuxta diſpoſitionem cap. ex literis. el 2. de ſpõſalibus, id eis permittitur, vbi parochus viro, & muliere interrogatis matrimonium contractum coram coadiutore inadminiſtrãdis Sacramentis Parochi, vel Vicarij perpetui in illa parochia, valet. ¶ Item valet, ſi fuerit contractum coram Parocho notorio fornicatore, non tamen in iudicio condemnato, & confeſſo.

f ¶ *Ego vos in matrimonium coniungo.* Declar. Cardin. Et ſi paro-

chus nihil dicat, constat tamen matrimonium, modo partes contrahant.

g ¶ *Vel alijs vtatur verbis.* Decla. Card. Non pertinet ad substãtiam matrimonij, vt parochus aliqua verba proferat, ideò valet matrimonium, quamuis verba exprimentia consensum prolata sint tantùm à contrahentibus, dũmodò parochus sit præsens, & intelligat id, quod agitur, licèt dissentiat, & contradicat: adhibitus verò parochus intelligitur etiam si ex alia causa esset vocatus, dummodo sit adhibitus ad illũactum.

h ¶ *Iuxta receptum vniuscuiusque Prouinciæ ritum.* Decl. Card. Quæ verba non pertinent ad substantiam Sacramẽti matrimonij, ideò valet matrimonium, etiam quod verba cõsensus prolata sint tantùm à contrahentibus, non à parocho, dummodò adsit præsentia parochi, quæ sufficit absque ipsius parochi verbis.

Eadem sessione vigesimaquarta, c. 1. de reform. matr.

Denuntiationes interdum ex causa remitti poterunt, si id Ordinario expedire visum fuerit. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ SI aliquando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiosè impediri posse, si tres præcesserint denuntiationes *i* tunc vel vna tantùm denuntiatio fiat, *k* vel saltem parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebetur. Deinde ante illius consummationẽ, denuntiationes in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsint impedimẽta, facilius detegantur: nisi Ordinarius ipse *l* expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes remittantur: *m* quod illius prudentiæ, & iudicio sancta Synodus reliquit.

SVPER CAPVT III.

i ¶ *Si tres præcesserint denuntiationes.* Decl. Car. Vbi propter publicas denũtiationes matrimonium malitiosè impediri potest illis omissis corã Parocho, vel alio Sacerdote, de eius vel Episcopi licẽtia, duobus, vel tribus testibus adhibitis per verba de præsenti contrahere possũt, quo facto antequã deueniant ad consummationem, semel, vel bis erunt faciendæ denũtiationes. ¶ Episcopus ob vicinitatem temporis, quo prohibitæ sunt nuptiæ, omittere potest aliquas denuntiationes, secundum prudentiam suam, & iudicium, non tamen iubere, vt diebus festialibus fiant.

k ¶ *Vna tantum denuntiatio fiat.* De-

Declar. Card. Arbitrio Ordinarij non parochi.

l ¶ *Nisi Ordinarius ipse.* Decla. Card. Episcopus potest post matrimonium contractum, ante illius consummationē, si ita expedire iudicauerit, secundum prudentiā suā, & iudicium ex aliqua causa arbitrio suo remittere denūtiationes, etiā si non sit suspicio, quòd matrimoniū malitiosè impediatur. Non permittitur hæc facultas Commendatario, licèt eius Abbatia iura Episcopalia habeat, cuius Abbas appellatione Ordinarij venit, iuxta glos. in c. fin. de offic. Ordin. in 6. Dixit enim S.D.N. quòd Ordinarius hic non intelligitur, nisi Episcopus, tamen Cardinali Farnesio Commendatario Farfensis Monasterij, fuit permissum, non autem eius Vicario. Non solùm ex causis hic expressis possunt hæ denūtiationes omitti, sed alijs etiā arbitrio Ordinarij, qui illas remittere potest, etiam post matrimonium contractum, & ante illius consummationem.

m ¶ *Vt prædictæ denuntiationes remittantur.* Decl. Card. Episcopus potest contractum matrimonium, ante illius consummationem remittere denuntiationes si ita expedire iudicauerit. Præter causas hic à Concilio expressas super omissionem denuntiationum, etiam aliæ sunt sufficientes secundùm Ordinarij prudentiā, & iudicium. An omissio edictorum, quæ præcedere debent celebrationem matrimonij ex constitutionibus Synodalibus diœcesis, & consuetudine immemorabili, quā seruatam esse etiam post Concilium Tridentinum, reddere debet matrimonium clandestinum, prolemque illegitimam, perinde ac si matrimonium contractū esset sine parocho & testibus? Congregatio censuit negatiuè. ¶ Si omissæ fuerint denuntiationes culpa parochi, **non vitiatur matrimonium.**

Eadem sessione vigesimaquarta, cap. 1. de ref. matr.

Ad clandestinè cōtrahendū vnusquisque inhabilis existit, & huiusmodi contractui intereßentes grauiter puniri debent. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

QVI aliter *n* quam præsente Parocho, *o* vel alio Sacerdote *p* de ipsius parochi, *q* seu Ordinarij licentia, *r* & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synod*s*, ad sic cōtrahēdū *s* omninò inhabiles reddit, *t* & huiusmodi cōtract*s* irrit*s*, & nullos esse

decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, & annullat. n Insuper parochum, vel alium Sacerdotem, qui cum minori testiū numero, & testes, qui sine parocho, vel Sacerdote huiusmodi contractui interfuerint, necnon ipsos contrahentes grauiter arbitrio Ordinarij puniri præcipit.

SVPER CAPVT IIII.

n ¶ *Qui aliter.* Decis. Cardin. 13. Cōgregatio Concilij censuit, matrimonium coram parocho, & testibus contractum, nisi aliud obest, validum esse, quamuis parochus inuitus interfuerit, & alia de causa, quam vt matrimonio interesset à cōtrahentibus, accersitus fuerit, dum tamen ad actum matrimonij verè, & formaliter fuerit adhibitus. Item decis. Car. 41. A cum. N. coram parocho, & testibus contraxit matrimoniū, per verba de præsenti, sed hac tamen cōditione inquit A. si id salvo honore meo fieri potest, & si fratribus meis placuerit, deinde non expectato conditionis euētu copulam habuit cum N. affectu maritali, & copula sciuriam à multis. Quæritur, an per hæc sit iam firmatum verum matrimonium de præsenti, nec oporteat expectare conditionis euentum? Et ratio dubitandi est, quoniam contractus ille coram parocho, & testibus, cum fuerit per appositam conditionem suspensus, non potuit habere vim matrimonij rati de præsenti, sed sponsalium de futuro, & copula cum affectu maritali subsequuta, quā uis ostendat recessum fuisse à cōditione: tamen nō sufficit ad matrimonij veritatem, nisi de præsenti, contrahatur coram parocho, & testibus, qui interfuerint quidem contractui antea inito: qui contractus non habuit vim matrimonij de præsenti, sed spōsalium de futuro. Concilium autem Tridentinum videtur exigere, vt non solùm de futuro, sed etiam de præsenti, coram parocho, & testibus contrahatur. Cōgregatio Concilij censuit, in casu, proposito matrimonium valere, nec requiri, vt de nouo coram parocho, & testibus contrahatur. ¶ Item decis. Cardin. 70. Congregatio Concilij censuit, matrimonium contractum corū parocho non Sacerdote valere. ¶ Itē decis. Car. 89 Cōgregatio Cōcilij rēsuit, matrimoniū factū coram Parocho denuntiato, excommunicato vtique valere. Itē decis. Card. 131. An validum cēseri debeat matrimonium celebratum in parochia mulieris coram Sacerdote habenti licentiam à Parocho viri, & præsertim cū parochiæ viri, & mulieris sint in diuersis diœcesibus constitutæ?

Omnes.

Digitized by Google

Omnes fuerunt eius ſententiæ, vt matrimonium celebrrtum coram Sacerdote de licentia parochi viri, in parochia mulieris, etiã ſi in diuerſis diœceſibus ipſæ parochiæ conſtitutæ ſint; valeat. ¶ Item deciſ. Cardin. 164. Congregatio Concilij cenſuit ſæpius declarauit, ſponſalibus verba de futuro contrahendis, nullam formam præſcripſiſſe Concilium, ideòque eo modo contrahi poſſe, quo poterant ante ipſum Concilium.

o ¶ *Quam præſente parochi.* Decl. Card. Hic ver. non habet locum in ſponſalibus de futuro, ſed tantùm in matrimonio, per verba de præſenti, & qui contrahit ſpõſalia de futuro, & conſummauerit, poteſt puniri, & matrimoniũ erit nullum, poterit tamen, qui ſponſalia contraxerit, compelli ad obſeruantiam iuxta cap. ex literis, 2. de ſponſal. Martha, quæ contraxit ſponſalia de futuro cũ N. cum quo carnalis copula nõ ſequuta eſt, potuit ingredi Monoſterium, & habitum religionis ſuſcipere, & in eo permanere, & profiteri, & poſtquam profeſſionem emiſerit, tunc ab Ordinario pronuntiandum, licere N. matrimonium liberè contrahere cum alia muliere.

Decretum hoc annullat ſolum contractus matrimoniales per verba de præſenti clandeſtinê factos: ſponſalia verò per verba de futuro relinquit in terminis iuris communis, præter quã quòd per copulam prædictam ſponſalia in matrimonium non tranſibunt. ¶ An prohibitione facta ab Ordinario, ne parochus matrimonio coniungat aliquos, ita tollatur, ſeu ſuſpendatur iuriſdictio parochi, vt ad celebrandum matrimonium non ſit legitimus parochus, matrimoniumq; coram eo contractum nullum? Sacra Congregatio reſpondit, matrimonium valere. Quod ſi hæc prohibitio facta ſit, non ipſi Rectori principali, ſed eius Vicario, qui ad nutum Ordinarij amoueri poteſt, an matrimonium, in quo contra Ordinarij prohibitionem Vicarius iſte interuenit, validum ſit? Congregatio reſpondit, validum eſſe. ¶ Sponſalia de futuro per carnalẽ copulam ſubſequutam non tranſeunt in matrimonium, debet tamen Epiſcopus cognoſcere, an poſſit per cẽſuras Eccleſiaſticas cogere renuẽtem ex coniugibus, ad obſeruandũ ſpõſalia de futuro, iuxta trad. in c. ex literis, 2. de ſponſ. ¶ Spõſalia inter impuberes ante ætatem etiam vnius ex ſponſis contracta per verba de præſenti, ſeruata forma Concilij (vt hic) non trãſeunt in matrimonium etiam ſubſequuta copula poſt ætatem, non ſeruata de nouo eadem for-

tibus hæc de cauſa adhibitum fuiſſe. An verò ſi inuitus, & compulſus per vim adſit parochus etiam contrahatur matrimonium, præcedente ſupradicta prohibitione Ordinarij tale matrimoniū ſubſiſtat? Congregatio reſpondit, ſubſiſtere. ¶ Et quid ſi parochus adfuiſſet, nihil tamen eorum, quæ agebantur, vidit vel audiuit, vtrum tale matrimonium ſit nullum? Congregatio reſpondit, matrimonium non valere, ſi non intellexiſſet, niſi ipſe parochus affectaſſet non intelligere. Matrimonium contractum non ſeruata forma Concilij Tridentini, licèt certam inter ſe de contrahendo matrimonio fidem dederint, & poſteà coram teſtibus, ſiue parocho de præſenti contraxerint, carnali etiam copula inter eos ſubſequuta, non in ſponſalia de futuro reſoluitur, ita vt cogi ſeruata forma Concilij poſsint contrahere? Sic reſponſum eſt Epiſcopo Patauino. ¶ Si in Parochia mulieris contrahatur præſente parocho eius, tenet matrimonium. ¶ Clandeſtina matrimonia hîc ſolùm prohibentur, non autē illæ permiſsiones, quæ matrimonia præcedere ſolēt, quę factæ ſeruandæ ſunt ſicut ante Concilium, cum ſponſalia de futuro intacta remanſerint. Et corā parocho, & teſtibus cōtrahatur, & poſteà ſequatur copula, matrimonium nihilominùs non cenſetur, poſſunt tamen denuò contrahere ſeruatis ſeruandis. Matrimonium contractum abſque præſentia parochi, ſeu alterius Sacerdotis, de ipſius parochi, ſeu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus, in vim ſponſaliorum nō reſoluitur, ita vt contrahentes iudicialiter cogi poſsint ad denuò cōtrahendum ſeruata forma Concilij Tridentini. ¶ An matrimonium, non præſente parocho cōtractum in regione hæretica prauitate infecta, qualis eſt Anglia, vbi non eſt copia parochorum, ſit irritum & nullum ex præſenti decreto, videlicet, quod ad talia matrimonia extendatur, & eos ad ſic contrahendum reddat inhabiles? Congregatio cenſuit, nō extendi, ſi in illa Eccleſia, in cuius parochia tunc habitant contrahentes, nondum eo tempore, quo ſic contraxerant, vt palam dicitur, publicatum hoc decretum. ¶ An puella, quæ contraxerit ſponſalia, copula ſubſequuta, & habitum poſteà Religionis ſuſcepit, poſsit in ea profiteri, & vir ſit liber ad contrahendum cū alia? S.D.N audita relatione Cōgregationis declarauit, puellam ſic poſſe, & poſtquam etiam profeſsionem emiſerit, tunc ab Ordinario pronuntiādum, licere viro liberè matrimonium cōtrahere cum alia vxore. An matrimo-

mium inter hæreticos non ſeruata forma Concilij Tridentini cõtractum validum exiſtat? Cõgregatio cenſuit, non exiſtere, ſi contractum ſi poſt triginta dies â prima publicatione huius decreti, facta in Eccleſia eius parochiæ, intra cuius fines habitant hæretici, qui poſteà ſic contraxerunt.

p ¶ *Vel alio Sacerdote.* Decl. Cardin. Si Sacerdos alienus non habuerit licentiam, neque ab Ordinario, neque â Proprio contrahentiũ parocho, Ordinarius non debet irritare matrimoniũ, ſed tãtũ declarare irritũ, quia Concilium illud irritũ iam fecerit, non eſt vlterius irritandum, ſed opus eſt ſola declaratione, quod irritum ſit, etiã ſi eſſet parochus contrahentium; & ſi ſunt diuerſarum parochiarum ſufficit, vt ſit parochus, ſiue viri, ſiue mulieris.

q ¶ *Dei ſiue parochi.* Decla. Car. Generalis licentia alicui Sacerdoti à parocho inſcriptis data, exercendi ſcilicet omnia, quæ parochi oficio concernant, ſufficit ad matrimonij coram illo Sacerdote celebrati validitatem.

r ¶ *Seu Ordinary licentia.* Decla. Card. Licet proprius parochus non celebret ipſi matrimonium, tenet, etiam ſi Epiſcopus vocatus credere proprium parochum. Intelligitur etiam de generali Vicario Epiſcopi, qui hanc licentiam etiam concedere poterit. Nec ſufficit tacita, quæ reſultat ex tolerãtia: requiritur verò, vel communiter generalis adminiſtrandi omnia Sacramẽta, vel ſi hæc, abſit, expreſsè, vel ſpecialis licentia Vicarij etiam temporalis, ad nutũ amobilis Eccleſiæ parochialis, qui Sacramenta adminiſtrant, & matrimonijs interueniunt, ſicut ipſi interuenire poſſunt, ita etiam dare licentiã alijs poſſunt inſeruiẽdi. Ità decidit Rota in vna Barchinonen. ſi.

ſ ¶ *Ad ſic contrahendum.* Decla. Card. Cõgregatio declarauit, hoc non procedere in ſponſalibus.

t ¶ *Omninõ inhabilis reddit.* Decl. Car. Hic verſ. nihil, pertinet ad ſpõſalia per verba de tuturo contracta, ſed tantum intelligitur de matrimonio per verba de præſenti cõtracto Ordinarius, iudicare debet matrimonia illa nulla eſſe, quæ præſente parocho, vel alio Sacerdote ipſius parochi, vel Epiſcopi licẽtia, & duobus vel tribus teſtibus cõtracta nõ ſunt. Sciuere autẽ nõ debet, quod illi qui nõ ſeruata forma prædicta cõtraxerunt, ſint inhabiles ad contrahẽdum, quia eſt contra diſpoſitionẽ huius cap. per verba enim illa decreti ad ſic contrahendũ nõ intelligitur, quod qui extra formulã decreti matrimoniũ contraxerunt, ſimpliciter an habiles fiant ad rurſus contrahendum, quare qui in cõtrahẽdis matrimonijs de-

cre-

creti formulam sequuti nõ sunt, si rursus contrahere velint, ex decreti præscripto, id est, adhibito parocho & tribus, hoc Ordinarius illis concedere debet, nisi sanguinis coniunctione, aut propinquitate cum aliis sacrorum Canonum exceptionibus. Qui idem Ordinarius, tam in eos, qui matrimonium sine parocho, & tribus contraxerunt, quã in etiam, qui istiusmodi contractibus interfuerunt, pœna arbitraria debet animadvertere. ¶ Matrimonia per verba de præsenti contracta clandestinè irrita, & nulla sunt; sponsalia autem per verba de futuro contracta rebita sunt in aliis terminis, in quibus ante Concilium. An sit matrimonium, si duo contrahant per verba de præsenti proprio parocho præsente, aliis requisitis non omissis, cui contractui parochus formaliter adhibitus nõ fuit, sed dum forsan communi, vel confabulationis, vel aliud tractãdi causa adfuit, audit huiusmodi contractum fieri, & posteà alter eorum trahentium, vehe ab huiusmodi contractu rationare defectus refistere? Cõgregatio respondit, posse talia intervenire, quæ parochum à contrahentibus adhibiti fuisse arguant, qui diceretur adhibitus, vt suprà, quamuis ex alia causa illi servoratus, dummodo fit adhibitus ad illum actum.

¶ *Irritos facit & annullat.* Declarat Cardi. De matrimonij clandestini invaliditate arguitur in his locis, vbi decretum iam publicatum fuit, quod illis locis celebrandum est, in quibus solum Episcoporum, aut parochorum malitia, vel crassa, aut supina ignorantia, seu negligentia non est publicatum hactenus. Deinde quid faciendum, cum duo clandestinè contrahunt, aut contraxerunt, & in vnius parochia publicatum fuit decretum, in alterius non item, in qua contrahunt simul. Tertiò quid faciendum cum his, qui post contractum clandestinum matrimonium, idque fuit ante Concilium, siue post: decretum tamen hoc non publicato, auctoritate imprudentis Episcopi, aut ignorantis parochi separati fuerint, & posteà cum aliis publicè contraxerint, neque iam fine grauissimo scãdalo separari possint? Ad primum sacra Congregatio respondit anno 1582. Decretum Concilij non obligare, si in illa parochia, vbi contractum fuit matrimonium nedum erat publicatum, nec triginta diè à prima publicationis nondũ fuerant elapsi, quantumuis, vel malitia, vel supina negligentia omissa fuerit huiusmodi publicatio. Ad secundum itidem non obligare decretũ, nondum in ea parochia, vbi contrahitur, publicatum, vel datum

Digitized by Google

dictum est. ¶ Ad tertium, primò matrimonium esse validum, adeoque in eos, qui primo spreto ad secundum conuolarunt, statuendum prout à iure disponitur.

Eadem sessione vigesimaquarta, cap. 1. de refor. matri.

Decretum de reformatione matrimonij huc titulo, & præcedenti cõprehensum, præcipitur in singulis parochijs publicari, quo facto post triginta dies suum robur incipit obtinere. Hoc dicit.

CAPVT V.

¶ Ne hæc tam salubria præcepta quemquam lateant Ordinarijs omnibus præcipit sancta Synodus, vt quam primùm pote runt, curent hoc decretum populo publicari, & explicare singulis suarum diœcesium parochialibus Ecclesijs, idque in primo anno quam sæpissime fiat: deinde vero quoties expedire viderint. Decernit insuper & hunusmodi decretum in vnaquaque parochiali suum robur post triginta dies *a* habere incipiat à die primæ publicationis, *b* in eadem parochia factæ, numerandos.

SVPER CAPVT V.

a ¶ *Post triginta dies*, Decl. Car. Decretum Concilij Tridentini irritans matrimonia clandestinè contracta absque ligentia proprij parochi, incipit habere robur post triginta dies à die publicationis primi decreti in parochia facta, & post Kalem. Maij, 1564. iuxta Bullam S. D. Pij V. tenet sic quod duplex tempus concurrere debet, vnum post dictas Kal. Maij, 1564. alterũ post triginta dies à publicatione, adeò vt si ante Kal. dictas facta fuisset publicatum decretum non obligasset matrimonia contracta ante publicationem prædictam decreti de reformatione matrimonij in parochia contra hoc tum factam, ideò ante publicationem irrita non sunt, nec irrita declarã da. Ea matrimonia irrita à Cõcilio declarantur, quæ post triginta dies à die publicationis decreti in parochia factæ clandestinè contrahunt.

b ¶ *A die primæ publicationis*, Declar. Card. Hoc decretum de reformatione matrimonij ad hoc vt robur sui accipiat, necesse est in parochijs publicari, nec eius publicatio in diœcesana Synodo facta æquipollet. Publicatio Cõcilij decreti de reformatione matrimonij, in Synodo diœcesana, non æquipollet illi publicationi, quã idẽ Cõcilũ præcipit fieri in singulis Ecclesijs parochialibus. Sit hęc verba, feliciter. Quod fierẽt matri-

Digitized by Google

matrimonia præſentibus parocho, & teſtibus, alioquin eſſent irrita, fuerint publicata in parochia ſufficit, & æquipollet publicationi totius decreti, quantum ad matrimonij irritationem. Qui contraxerũt in tertio, vel quarto gradu, etiã poſt confirmationẽ Concilij, prius quàm illis innoteſcere confirmatio, poſſunt ſimpliciter diſpenſari etiam in ciuitatibus, vel locis, vbi propter paupertatẽ ciuium, vel quando magna pars illorum inter ſe cognatione coniuncta eſt, ſolet diſpenſari; cauſa verò diſpenſandi in ſponſalibus ante confirmationem Concilij, cum eſſent in gradu prohibito, & conſeruatio cum ſponſa, aut præcedens publicatio ſpõſalium. Sic Congregatio cenſuit. ¶ Matrimonium contractum per verba de præſenti, de anno 1566. circa decimum, vel vndecimum annũ ætatis mulieris, in reliquis ſeruata forma Concilij Tridentini ſub ſequuta carnali copula, ex tunc ſimul cũ viro cohabitare per multos annos, an hodie poſt legitimã ætatem ipſius mulieris trãſeat, in verum, & validum matrimoniũ eadem forma Concilij Tridentini non adhibita? Cõgregatio Cõcilij cenſuit, non tranſire, niſi iterum corã parocho proprio contrahatur per verba de præſenti, iuxta formã Concilij, ſi modo tẽpore aduenientis pubertatis mulieris ante copulam publicatum fuerat in parochia contrahentium hoc decretum Concilij, & lapſi erant triginta dies à prima publicatione, ſic etiam ſæpiùs reſpondit ſacra Congregatio in caſu etiam, quo mulier habebat circiter duodecim annos, & videbatur proxima pubertati, quę cohabitauit quatuor annis cum viro, ſed non ſe cognouerunt carnaliter, prætendebat enim mulierem eſſe arctam, cuius cauſa fuit diſſolutum matrimonium, deinde inuenit, qui reſerauit ſeras vir repetebat mulierem, ex c. fraternitatis de frig. & malef. illa noluit redire, ſed oppoſuit de nullitate matrimonij.

De cognatione ſpirituali.

TITVLVS XVI.

In ſeſsione vigeſima quarta Conc. Trid. c. 2. de refor. matri.

Cognatio ſpiritualis, quæ naſcitur ex baptiſmo, inter quas perſonas contrahatur, oſtenditur. Hoc dicit.

CAPVT I.

Docet experiẽtia, propter multitudinẽ ꝓhibitionũ, multoties in caſibꝰ prohibitis ignorãter cõtrahi matrimonia, in quibus, vel nõ ſine

ſine magno peccato perſeueratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimuntur. Volens itaque ſancta Synodus huic incommodo prouidere, & à cognationis ſpiritualis impedimento *a* incipiens, ſtatuit, vt vnus tantùm ſiue vir, ſiue mulier, iuxta ſacrorũ Canonum inſtituta, *b* vel ad ſummum vnus, & vna *c* baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant, *d* inter quos, ac baptizatum ipſum, *e* & illius patrem, & matrem, necnon inter baptizantem, & baptizatũ, baptizatiſque patrem, ac matrem tantũ ſpiritualis cognatio *f* contrahunt. *g*

De cognatione ſpirituali.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Cognationis ſpiritualis impedimento.* Declarat Cardin. Bulla Pij declarationis, cognationis ſpiritualis eſt de cognatione ſpirituali contracta ante Concilium & de matrimonio contracto, vel contrahendo poſt Concilium. Qui contraxit igitur ante Concilium matrimoniũ indiget diſpenſatione, vnde valet matrimonium inter filium ſuſcipientis, & baptizatam abſque diſpenſatione, contractum poſt publicationem Concilij, & S. D N. Gregorius XIII. dubitans, an eſſet declaratoria illa reuocata Pij V. quia regula; reſpondit, non videri reuocatam, quia eſt magis declaratoria, quam regula. ¶ Congregatio Concilij declarauit, hoc decretum retrotrahi ad præterita, adeò quod liceat omnibus, qui contra hoc decretum à iure antiquo cognationem ſpiritualem contraxerint, modò non ſint ex expreſsis in decreto, contrahere poſſe matrimonium inter ſe abſque diſpenſatione Apoſtolica, & qui iam contraxerunt poſt Concilium, nulla indigere diſpẽſatione. Et ita declarauit Pius Quintus in vna ex ſuis conſtitutionibus, 20. Augu. 1566. inſerta inter regulas Chancellariæ eiuſdẽ Pij Quinti. ¶ Sanctitas ſua, ad tollendum omne dubium, non eos tantùm, qui poſt Cõcilij Tridentini confirmationem, ſed illos etiam, qui ante illam, cognationem ſpiritualem contraxerunt, dummodò non ſint ex perſonis, inter quas tantùm voluit deinceps contrahi hanc ſpiritualem cognationem, matrimonij vincula inter ſe abſque diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ inter eos iam contracta valere, plenãque roboris firmitatem obtinere declarauit per Bullam publicatã 20. Auguſti, 1566. ¶ Nulla cognatio ſpiritualis contrahitur, niſi inter perſonas, quæ nominantur hoc decreto.

b ¶ *Iux-*

b ¶ *Iuxta ſacrorum Canonum inſtituta.* Videlicet cap. non plures. de conſecr. d. 4. c. quamuis. eod. tit. lib. 6.

c ¶ *Vnus & vna.* Decl. Card. Epiſcopus non poteſt cõcedere licentiam, vt duo viri, & duæ mulieres aliquem baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant.

d ¶ *Baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant.* Decl. Card. Procurator nõ contrahit cognationem ſpiritualem ſibi, ſed mandati. Hinc eſt, quod vnus, qui ſit viri, & alter, qui ſit procurator mulieris, baptizatum de ſacro fonte ſuſcipere poſſunt, ſed non duo viri, vel duę mulieres, vnuſquiſque tamẽ proprio nomine, vir loco mulieris, vel mulier loco viri.

e ¶ *Inter quos ac baptizatum ipſum.* Decl. Card. Inter maritũ & vxorem ſuſcipientis, & baptizatum baptizatiq; patrem, & matrem, & quaſcunque alias perſonas, tam ex parte ſuſcipiẽtis, quã baptizantis, & vaptizati, in Concil. Trident. nominatim non expreſſas, matrimoniũ liberè & licitè cõtrahi poteſt. Qui leuat aut tenet procuratorio nomine, nullã contrahi cognationem ſpiritualem, ea quoque cognatio inter leuatum, & filium leuantis, nullũ eſt impedimentum, item in filio baptizantis, vel confirmantis.

f ¶ *Spiritualis cognatio.* Declar. Card. Spiritualis affinitas ex hoc Concilij Tridentini decreto, pertinet ad matrimonia contrahenda, non ad contracta diſſoluẽda. Qui in Eccleſia fuit præſens, & qui domi verè baptizatus, ſi deinde in Eccleſia fuerſit ſeruatę ſolẽnitates, nullam cognationem ſpiritualẽ cõtraxit, itaque cõmittatur ordnario, vt ſi legitimis probationibus cõpererit D. N. filiũ prius domi fuiſſe baptizatum, declararet nullũ inter N. ipſũ, & dictum filiũ adeſſe impedimentũ cognationis ſpiritualis.

g ¶ *Contrahatur.* Conc. tex. in c. ſuper quibus. cap. pyſtacium, & cap. fin 30. q. 3. cap. 1. cap. ſuper eo. & ferè per totum, ext. eo. c. 1. eod. tit. lib. 6.

Eadem ſeſsione vigeſimaquarta, c. 2 de ref. matrim.

Deſignati duntaxat à parocho contrahunt cognationem ſpiritualẽ, quæ oritur ex ſuſceptione baptizati de ſacro fonte. Hoc dicit.

CAPVT II.

Parochus, antequam ad baptiſmum conferendũ accedat, diligenter ab ijs, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur quẽ vel quos elegèrint, *b* vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiãt, & cũ vel eos tãtũ ad eum ſuſcipiẽdum admittat, &

in libro eorũ nomina describat, doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualẽ nullo pacto contrahant, constitutionibus in contrarium facientibus, non obstantibus. Si parochi culpa, vel negligentia secus factum fuerit, arbitrio Ordinarij puniatur.

SVPER CAPVT II.

b *Quem, vel quos elegerint.* Decl. Cardi. Congregatio censuit, si plures suscipiant, omnes contrahere cognationem, si non constat, quis prius tetigerit, si plures sint electi, vel nullus, si vnus est electus, ille tantùm contrahit. Est glossa, sed bona, vt hæc declaratio non aduersetur Concilio Tridentino intelligendum est, quando plures suscipiant certis âparocho non designatis, vide Nauar. c. 22. Man. n. 24. & etiã c. quãuis. de cognatione spiri in. 6. ver. etrã nũc, & hoc habet locũ, quãdo plures suscipiũt, nullis certis designatis.

a ¶. *Cognationem spiritualem nullo pacto contrahant.* Decis. Cardi. 175. Congregatio Cõcilij cẽsuit, eum qui tanquam testis solùmmodo interfuit baptismati filij N. neque suscepit, leuauit, vel aliud simile ministerium præstitit, nullã propterea contraxisse cognationem spiritualẽ; ideò enim N. nisi aliud impedimentum obstiterit, vxorem ducere posse, & insic contracto matrimonio debere perseuerare. Itẽ decla. Card. Idẽ dicendũ, si assisterent animo cõtrahendi compaternitatem, non tamen tetigerunt. Idem dicendũ de eo, qui leuauit à sacro fonte eum, qui domi ob imminens periculum fuit ante vere baptizatus, quod si plures sunt designati, qui omnes baptizatũ tenuerũt: omnes, qui fuerũt designati, ad contrahendam compaternitatẽ, omnes contraxerunt cognationem spiritualem, qui tetigerunt, punito tamen parocho capite vltimo de cognatione spirituali, in sexto. Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini sacræ Congregationis Concilij Tridẽtini hoc capite disponit, quod in Sacramẽto baptismi potest inseruire vn⁹, qui suscipiat infantem de baptismo, vel ad summum duo. In Episcopatu Abulensi adest cõsuetudo communiter, vulgariter dicta matrina non tãgit infantem, donec compater, postquam est baptizatus, & infusa super eum aqua baptismi, ponat infantẽ in manibus cõmatris. Itaque dicta commater non tangit baptizatũ donec, vt præfertur, baptizatus est leuatus à fonte baptismali, dubita-

tabitur, ſi attentis præmiſsis dicta commater contrahit cognationē ſpiritualem cum ipſo infante, & illius parentibus ex ſupra geſtis, & aſsiſtentia in dicto actu vti cōmaternominata adipſum effectū, & ne deſuper dubitare cōtingat, ſupplicamus ſacræ Congregatio ni pro declaratione difficultatis. Congregatio Concilij cēſuit, mulierem, quæ aſsiſtit infanti, ſi non tetigit infantem, non contrahere cognationem ſpiritualem.

Eadem ſeſsione vigeſima quarta, cap. 2. de ref. matr.

Ex confirmatione pari modo contrahitur cognatio ſpiritualis, ſicuti ex Baptiſmo. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ EA cognatio, [k] quæ ex cō firmatione contrahitur confirmātem, & confirmatum, illiuſque patrem, & matrem, ac tenentem nō egrediatur: [l] omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis omninò ſublatis.

SVPER CAPVT III.

[k] ¶ *Ea cognatio.* Concordat Cōcil. Magunt. c. 55. c. 1. eod. titul. lib. 6.

[l] ¶ *Non egrediatur.* Deciſ. Cardin. 68. Congregatio Concilijcē ſuit cognationem ex confirmatione ortam, quæ dirimat matrimonium poſteà contractum, cōtrahi ſolùmodò inter confirmātem, & confirmatum, illiuſque patrem, & matrem, & tenentes.

De conſanguinitate, & affinitate.

TITVLVS XVII.

¶ In ſeſsione vigeſima quarta Concil. Trid. cap. 3. de refor. matrim.

Impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, quando & inter quas perſonas locum habeat. Hoc dicit.

CAPVT I.

Iuſtitię publicæ honeſtatis impedimentum, [a] vbi ſponſalia quacunque ratione valida non erūt, [b] ſancta Synodus prorſus tollit, vbi autem valida fuerint primum gradum nō excedant: quoniā [c] in vlterioribus gradibus iam non poteſt huiuſmodi prohibitio abſque diſpendio obſeruari.

De consanguinitate, & affinit.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum.* Decl. Card. Hoc impedimentum incurritur tantùm in sponsalibus de futuro, secùs si matrimonium fuisset contractũ per verba de præsenti, vt declarauit Pius V. in quadam Bulla sub dat. Kal. Iulij 1568. dispositio etiã huius decreti, retrotrahitur, prout sup. in præcedenti decreto de cogn. spir. dictũ fuit, ita declarauit S. D. N. Gregorius XIII.

b ¶ *Quicunque ratione valida non erant.* Decl. Card. Si sponsalia soluuntur de consensu Congregatio censuit esse nualida. Item decis. Card. 64. Congregatio Concilij censuit, affinitatem superuenientem etiam per illicitum coitum dissoluere sponsalia, quę fuerint contracta de futuro, & peracta pœnitẽtia, vel parte illius posse incestuosum ab Episcopo dispensari, vt cum alia contrahat. Itẽ decis. Cardin. 204. Congregatio Concilij censuit, si tempore matrimonij contracti inter N. & Martham, in ætate minus legitima, malitia ætatis defectum in Martha suppleuisset, ex eo vtrinque non consummato ortum esse impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, quod fortius vinculum est, quàm id, quod prouenit ex sponsalibus de futuro; quòd si malitia ætatis defectum nõ supppleuit, huiusmodi matrimoniũ, si modò forma seruata Concilij contractum fuit, resolui in sponsalia de futuro: ex quibus etiã oritur vinculum publicæ honestatis iustitiæ, licèt debilius, quam illud quod indicitur ex matrimonio rato nõ cõsummato: itaq; vtroque casu, vt N. cum sorore Marthæ matrimonium contrahere legitimè queat, opus esse Apostolica dispensatione. Item decis. Card. 275. Congregatio Concilij censuit, sponsalia per verba de futuro contracta, posse quandocunque ante contractum matrimoniũ, per verba de præsenti, mutuo contrahentium consensu dissolui, atq; vbi sic dissolta fuerint, nullum hodie inducere impedimentum.

c ¶ *Primum gradum non excedant.* Decla. Card. Facultate huius decreti gaudent etiam illi, qui ante Concilium contraxerunt in secundo gradu, nam inter illos nulla affinitas, præsupponitur, cũ ait Concilium sponsalia valida non excedere primum gradum, loquitur de sponsalibus de futuro, quæ propriè ac verè sponsalia vocantur, non de sponsalibus de præsenti, in matrimonio rato, quod in suo priori vigore relinqui-

quitur, vt in omnibus illis caſibus, & gradibus, quibus â iure veteri ante Concil. Trid. introductum erat Bulla Pij V. quæ incipit, *Ad Romanum ſpectat*, publicata 21. Iulij 1568. ¶ Præſuppoſita declaratione per conſtitutionem ſan. mem. Pij V. ſuper hoc decreto, cenſuit Congregatio, oriri impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis ex ſponſalibus per verba de præſenti, & nulliter contractis, omiſſa forma Conci. Trid. c. 1. huius ſeſ. Qui apte Cõcil. Trid. in ſecundo gradu publicæ honeſtatis erant, poſt Concilium publicatũ, ſeu confirmatũ ritè, & abſq; alia diſpenſatione cõtrahere poſſunt, & matrimoniũ inter eos cõtractum validum eſt iuxta formam huius c. Sponſalia de præſenti, ante ætatem etiam vnius, ſequuta carnali copula, non tranſeunt in matrimonium.

In iuſtitia publicæ honeſtatis, & affinitate ex fornicatione attendatur remotior gradus. Item Congregatio cenſuit, ex matrimonio per verba de præſenti, copula non ſequuta, nõ oriri affinitatem, remanet tamen impedimẽtum hoc vlterioris gradus, ex declaratione Pij Quinti ſubdato Kal. Iunij. 1568. & ita etiam fuit decretum per Congregationem die 27. Aprilis, 1568. & de ordinatione ſanctiſsimi præter Cardinales interfuerunt omnes priores ordinum, & tres Reuerendiſſimi. Hoc decretum procedit in ſponſalibus de futuro dumtaxat, non autem in matrimonio, ſicut præfertur contracto. Ita declarauit Pius Quintus, per breue expeditum 1. Iulij, 1568. ¶ An ex ſponſalibus contractis per hæc verba, promitto te ducere in vxorem, ſi factis denuntiationibus non apparuerit aliquod impedimẽtum, oriatur impedimentum publicæ honeſtetis. Congregatio Concilij reſpondit, non oriri. ¶ An ex matrimonio contracto per verba de præſenti, cõſummato oriatur affinitas, vel impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, & fortius & maius vinculum, quàm impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis ex ſponſalibus de futuro, & hoc Concilij decretum nõ loquitur de hoc impedimento, ſed de illa tantum ex ſponſalibus de futuro, ex quibus gradus iſtius impedimenti colligitur non intelligi ad primũ gradum redactum, ſed tantùm illos, qui contrahunt ex ſponſalibus de futuro, prout per Bullam fœli. rec. Pij Papæ Quinti ſub dato Romæ.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quarta, c. 4. de refor. matrimon.

Affinitas ex fornicatione contracta extra primum & ſecundum gradum non impedit matrimoniũ. Hoc dicit.

CAPVT II.

Sancta Synodus, *d* grauissimis de causis adducta, impedimentum, *e* quod propter affinitatem ex fornicatione *f* contractum, inducitur, & matrimoniũ posteà factum dirimit, ad eos tãtùm, qui in primo, & secundo gradu coniunguntur, *g* restringit. In vlterioribus verò gradibus, *h* statuit huiusmodi affinitatem matrimonium posteà cõtractum non dirimere. *i*

SVPER CAPVT II.

d ¶ *Sancta Synodus.* Declar. Cardinal. Dispositio huius decreti etiam retrotrahitur, prout suprà, in præcedentibus decretis. c. 2. & 3. de cognatio. spiritua. & iustitia publicæ honestatis dictum fuit, & ita etiam declarauit S. D. N. Gregorius Decimus tertius, deuotè hoc, cap. intelligendum esse.

e ¶ *Impedimentum.* Concordat text. in cap. quædam, cum multis sequent. 32. quæst. 7. & toto titulo de eo, qui cogno. consanguineam, vxo. suæ.

f ¶ *Propter affinitatem ex fornicatione.* Declar. Card. Hoc decretum restringitur, & declaratur prout, sup. c. 2. fuit annotatum. ¶ Personæ, quæ matrimonium contraxerunt, ante Concilij confirmationem in gradu olim de iure communi prohibito, & per hoc & alia decreta in hac sessione permissa, non possunt manere in matrimonio licitè, & sine vlla dispensatione, iuxta trad. per gloss. in cap. non debet, de consang. & affin. in verb. de cætero.

g ¶ *Qui in primo & secundo gradu coniunguntur.* Decl. Car. Congregatio censuit, impedimentũ, tertij gradus affinitatis ex fornicatione contractum esse à Concilio hoc, cap. Ideò eo non obstante matrimonium posse contrahi absque alia dispensatione Apostolica, etiam quod huiusmodi affinitas fuisset contracta ante cõfirmationem Concilij, vt declarauit Pius Quintus anno 1568. 20. Augusti. ¶ Primum & secundum gradum affinitas ex causa fornicationis prouenies nõ excedit, quod procedit etiam in illis matrimoniis, quæ ante Concilium fuerũt contracta, per Bullam Pij Quinti, declarãtem. Qui suspicatus est etiam leuiter se fornicatum cum mulieres, cuius sororem posteà duxit in vxorem, indiget dispẽsatione, & filij quos ex tali matrimonio procreauit illegitimi sunt. ¶ Inter personas quæ siue post, siue ante Concilij Tridentini confirmationem affinitatem infra secundum gradum ex fornicatione prouenientem, si Sedis Apostolicæ dispensatio-

ne contrax erint, valid um est, nec dirimi debet. Congregatio censuit, idem de impedimento affinitatis superueniente etiam sine Sedis Apostolicę dispensatione, si contraxerint, validum est, nec dirimi debet dicta Pij Quinti declaratio, ad cuius notitiam, &c.

¶ Congregatio censuit, idem de impedimento affinitatis superueniente post matrimonium contractum. ¶ In primo, & secundo gradu tranſuersali dispensatur ex causis Ordinarijs. In descendentibus non nisi ex magna causa.

h ¶ In vlterioribus verò gradibus. Decl. Car. Impedimentum istud, quod propter affinitatem ex fornicatione contractum dirimit, ad eos tantum spectat, qui in primo & secundo gradu coiunguntur: in vlterioribus verò gradibus Cõcilium statuit non dirimisse, habet etiam locum, & comprehendit sponsalia per verba de futuro contracta, vt censuit Congregatio. ¶ Item decis. Card. 73. Congregatio Concilij censuit, scribendum Episcopo, potuisse Ioannę Antonij oratorem mortua eius prima vxore, accipere in vxorem Ioannam dictę fuerit vxor Angeli, qui certo, aut quarto consanguinitatis gradu, coniunctus erat cum Diamante prima vxore oratoris, cum tantum affinitatis genus fublatum fuerit, ideò declaratum fuit impedimentum huiusmodi hodie non obstare. ¶ Item decis. Cardin. 182. Congregatio Concilij censuit ad dignoscendum, an fublit impedimentum affinitatis prouenientis ex fornicatione attendendum esse gradum remotiorem, ideoque quemadmodum inter eos, qui ter tio gradu affinitatis ex fornicatione procedentis coniunguntur matrimonio post Concilium, quod huiusmodi impedimentum ad primum, & secundum gradum restringit, licitè contrahitur: ita etiam contrahi potest inter eos, qui simul secundo, & tertio gradibus huiusmodi affinitatis ex fornicatione inductę cõiunguntur.

i ¶ Non dirimere. Declar. Card. Nec impedit contrahere auxta supra dictam Bullam Pij Quinti Kalend. Iulij, 1568. ¶ Fuit fublatum etiam impedimentum per Bullam Pij Quinti subdata 4. Kalend. Decembris, anno primo, quod impediebat posse cõtrahi matrimonium. ¶ S. D. N. Gregorius Decimustertius, ex sententia Congregationis dixit per hoc decretum fublatum esse, seu impedimentum quoque superuenientis affinitatis post contractum matrimonium, quia si impedimentum dirimens fublatum est, quod maius est, ergo & istud, quod solũ impedit, ne is per quẽ,

Digitized by Google

CAPVT II.

Sancta Synodus, *d* grauiſsimis de cauſis adducta, impedimentum, *e* quod propter affinitatem ex fornicatione *f* contractum, inducitur, & matrimoniũ poſteà factum dirimit, ad eos tãtùm, qui in primo, & ſecundo gradu coniunguntur, *g* reſtringit. In vlterioribus verò gradibus, *h* ſtatuit huiuſmodi affinitatem matrimonium poſteà cõtractum non dirimere. *i*

SVPER CAPVT II.

d ¶ *Sancta Synodus.* Declar. Cardinal. Diſpoſitio huius decreti etiam retròtrahitur, prout ſuprà, in præcedentibus decretis. c. 2. & 3. de cognatio. ſpiritua. & iuſtitia publicæ honeſtatis dictum fuit, & ita etiam declarauit S. D. N. Gregorius Decimus tertius, deuotè hoc, cap. intelligendum eſſe.

e ¶ *Impedimentum.* Concordat text. in cap. quædam, cum multis ſequent. 32. quæſt. 7. & toto titulo de eo, qui cogno. conſanguineam, vxo. ſuæ.

f ¶ *Propter affinitatem ex fornicatione.* Declar. Card. Hoc decretum reſtringitur, & declaratur prout, ſup. c. 2. fuit annotatum. ¶ Perſonæ, quæ matrimonium contraxerunt, ante Concilij confirmationem in gradu olim de iure communi prohibito, & per hoc & alia decreta in hac ſeſſione permiſſa, non poſſunt manere in matrimonio licitè, & ſine vlla diſpenſatione, iuxta trad. per gloſſ. in cap. non debet, de conſang. & affin. in verb. de cætero.

g ¶ *Qui in primo & ſecundo gradu coniunguntur.* Decl. Car. Congregatio cenſuit, impedimentũ, tertij gradus affinitatis ex fornicatione contractum eſſe à Concilio hoc, cap. Ideò eo non obſtante matrimonium poſſe contrahi abſque alia diſpenſatione Apoſtolica, etiam quod huiuſmodi affinitas fuiſſet contracta ante cõfirmationem Concilij, vt declarauit Pius Quintus anno 1568. 20. Auguſti. ¶ Primum & ſecundum gradum affinitas ex cauſa fornicationis prouenies nõ excedit, quod procedit etiam in illis matrimonijs, quæ ante Concilium fuerũt contracta, per Bullam Pij Quinti, declarãtem. Qui ſuſpicatus eſt etiam leuiter ſe fornicatum cum mulieres, cuius ſororem poſteà duxit in vxorem, indiget diſpẽſatione, & filij quos ex tali matrimonio procreauit illegitimi ſunt. ¶ Inter perſonas quæ ſiue poſt, ſiue ante Concilij Tridentini confirmationem affinitatem infra ſecundum gradum ex fornicatione prouenientem, ſi Sedis Apoſtolicæ diſpenſatio-

ne

ne cõtraxerint, validum eſt, nec dirimi debet. Congregatio cenſuit, idem de impedimento affinitatis ſuperueniente etiam ſine Sedis Apoſtolicę diſpenſatione, ſi contraxerint, validum eſt, nec dirimi debet dicta Pij Quinti declaratio, ad cuius notitiam, &c.

¶ Congregatio cenſuit, idem de impedimento affinitatis ſuperueniente poſt matrimonium contractum. ¶ In primo, & ſecundo gradu tranſuerſali diſpenſatur ex cauſis Ordinarijs. In deſcendentibus non niſi ex magna cauſa.

b ¶ *In vlterioribus verò gradibus.* Decl. Car. Impedimẽtum iſtud, quod propter affinitatem ex fornicatione contractum dirimit, ad eos tantùm ſpectat, qui in primo & ſecundo gradu cõiunguntur: in vlterioribus verò gradibus Cõcilium ſtatuit non dirimiſſe, habet etiam locum, & comprehendit ſponſalia per verba de futuro contracta, vt cenſuit Congregatio. ¶ Item deciſ. Card. 72. Congregatio Concilij cenſuit, ſcribẽdum Epiſcopo, potuiſſe Ioannẽ Antoniũ oratorem mortua eius prima vxore, accipere in vxorẽ Ioannam, licèt fuerit vxor Angeli, qui tertio, aut quarto conſanguinitatis gradu, coniunctus erat cum Diamante prima vxore oratoris, cùm tantùm affinitatis genus ſublatum fuerit, ideò declaratum fuit impedimentum huiuſmodi hodie non obſtare. ¶ Item deciſ. Cardin. 182. Congregatio Concilij cenſuit ad dignoſcendum, an ſubſit impedimentum affinitatis prouenientis ex fornicatione attendendum eſſe gradum remotiorem, ideòque quemadmodum inter eos, qui tertio gradu affinitatis ex fornicatione procedentis coniunguntur matrimonio poſt Concilium, quod huiuſmodi impedimentum ad primum, & ſecundum gradum reſtringit, licitè contrahitur: ita etiam contrahi poteſt inter eos, qui ſimul ſecundo, & tertio gradibus huiuſmodi affinitatis ex fornicatione inductæ cõiunguntur.

i ¶ *Non dirimere.* Declar. Card. Nec impedit contrahere iuxta ſupra dictam Bullam Pij Quinti Kalend. Iulij, 1568. ¶ Fuit ſublatum etiam impedimentum per Bullam Pij Quinti ſub dato 4. Kalend. Decembris, anno primo, quod impediebat poſſe cõtrahi matrimonium. ¶ S. D. N. Gregorius Decimustertius, ex ſententia Congregationis dixit per hoc decretum ſublatum cenſeri impedimentum quoque ſuperuenientis affinitatis poſt contractum matrimoniũ, quia ſi impedimentum dirimens ſublatùm eſt, quod maius eſt; ergò & iſtud, quod ſolũ impedit, ne is per quẽ,

contracta est affinitas sine peccato possit exigere debitum, quod minus fit prætereà Concilium sustulit tertium & quartum, ergò an omnibus.

Eadem sessione vigesimaquarta, c. 5. de reform. matr.

Quando dispensandum sit cum eo, qui matrimonium contraxit intra gradus prohibitos, & quãdo non. Hoc dicit.

CAPVT III.

Si quis intra gradus prohibitos [k] scienter matrimonium cõtrahere præsumpserit, separetur, [l] & spe dispensationis [m] consequendæ careat: idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantùm matrimonium cõtrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, si quidem solemnitates requisitas incõtrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subijciatur pœnis: non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facilè experiatur, cuius salubria præceptatemere contempsit. [o] Si verò solemnitatibus adhibitis, [p] impedimentũ aliquod posteà subesse cognoscatur, cuius ille probabilẽ ignorantiam habuit, [q] tunc facilius cum eo & gratis dispensare poterit. [r]

SVPER CAPVT III.

[k] ¶ *Si quis intra gradus prohibitos.* Declar. Card. Intra gradus prohibitos, qui se cognouerunt carnaliter, sine tractatu, & conditione matrimonij, post volentes matrimonium contrahere, & petentes secũ dispensari in aliquo impedimẽto, & tacẽtes se carnaliter cognouisse, si obtineãt ex aliqua causa improbata dispensationẽ, potest dici: subreptitiè: & sic nullã obtinuisse dispensationẽ ex eo, quia non narrauerunt cognitionem carnalem.

[l] ¶ *Separetur.* Concordat tex. in c. fin. §. penul. de cland. desp. clevni. de consanguin. & affi.

[m] ¶ *Spe dispensationis.* Decl. Car. Quando scilicèt impedimentum prouenit ex consanguinitate, & affinitate, non autem ex impedimẽto iustitię publicæ honestatis, ad quod probatio hæc non se extendit. Sic etiã indigent noua dispensatione, qui obtinuerunt literas, & eis nõ præsentatis, vel quia nuncium habuerunt dispensationem fuisse obtentam, vel supplicationem datam contraxerũt, & se carnaliter cognouerunt.

[n] ¶ *Quod si ignoranter.* Decl. Car. De petitione eorũ, qui cõtractis sponsalibus post publicatam confirmationem Concilij, quam denuntiãdi necessitatẽ in matrimonio, nõ seruata denuntiatione impo-

Digitized by Google

postulatione dispensationis, ex pressserunt, vt ipsi dicunt, errore agentium, ante Concilij Tridentini confirmationem esse facta sponsalia, non conceditur dispensatio.

o ¶ *Temerè contempsit.* Concordat tex. in cap. fin. de imun. Eccles. cap. quia frustra, de vsuris.

p ¶ *Si verò solemnitatibus adhibitis.* Declar. Card. Illis, qui ignorantes gradum post Kal. Maij, anni 1564. contraxerunt, petentibus dispensationē in locis vbi non esset publicatum decretum de clandestinis matrimonijs, censuerunt eam dandam esse gratis. Hoc locū habet in cōpositionibus nō in mercede, quæ soluitur ob expeditionem Bullarum.

q ¶ *Probabilem ignorantiam habuit.* Declar. Card. Non debent concedi dispensationes matrimoniales sub prætextu ignorantiæ decretorū Concilij, si hæc ignorātia fuerit post Kal. Maij anni 1564. In supplicationibus autē nō exprimantur Kal. Maij, sed tā tū colligatur ex narratione facti. Cum ijs, qui post Kalen. Maij ignorantes contraxerunt in tertio, vel quarto gradu, & allegatur, quod nō fuerit publicatū in parochia sua decret. de reform. matri. dispensari potest. Placuit quoad tertium tantum gradum dispensari cum ijs, qui ignorantes gradū, nō clandestinè post Concilij confirmationem contraxerunt, dum tamen eorum ignorātia probabilis fuerit Itē pro his, qui ignorātes cōtraxerūt in tertio, aut quarto, si postmodum factis probationibus iuxta Concilium Tridentinum habetur notitia impedimenti, pro ijs tamen, qui in tertio, aut quarto gradu propter angustiam loci, aut quod non inueniūtur paris cōditionis, similiter qui vult ducere in vxorē sibi attinentem pauperem, constituēdo illi dotem, aut etiam pro se dādis litibus aut discordijs componendis contrahere volunt, visę fuerint legitimę causæ ad dispensandū de cōtrahēdo, dūmodo gratis prorsus. At in tertio maturius procedatur. Idem seruādum esse in casibus supra dictis, in matrimonijs per verba de futuro publicatis, præcedentibus, aut subsequutis osculis, aut per fidei, vel munerum dationem, quæ in nonnullis Prouincijs vim habent matrimonij contracti per verba de præsenti, placuit, dum huiusmodi sponsalia contracta sint ante confirmationem Concilij, & fuerint proclamata interuenientibus aliquibus supra dictis actibus: etiā de tertio gradu agatur, quòd possint accipi cōponendæ. Sed non possunt cogi isti, qui contraxerunt ad petendam dispensationem, etiam si matrimoniū es-

ſit conſummatum, ſi nollent petere, & vellent recipere, vel alter eorum.

r ¶ *Gratis diſpenſari poterit.* Declarat Cardin. Decretum Cõcilij, quod ait diſpenſationes concedatur gratis', habet locum in compoſitionibus non in mercede, quæ pro Bullarum expeditione ſoluitur ex Congregationis ſententia.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quarta, cap. quinto de reform. matrim.

Ad contrahendum intra gradus prohibitos nunquam, vel rarò, debet diſpenſari. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

¶ In contrahendis matrimonijs, ſ vel nulla omninò detur diſpenſatio, vel rarò, idque ex cauſa, & gratis concedatur. In ſecundo gradu nunquam diſpenſetur, t niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam.

SVPER CAPVT IIII.

ſ ¶ *In contrahendis matrimonijs.* Declarat Cardin. Contrahentes in gradibus prohibitis, de quibus dubitatur, an ſint in quarto, vel quinto arbitrio Ordinarij hoc relinquitur, vt credat illis teſtibus, & probationibus, quæ ei magis probare videntur. ¶ Congregatio tamen idem cenſuit in ſponſalibus. Idque ex cauſa. Cauſa eſt legitima, ſi dos non eſſet competens, in quarto tamen gradu. ¶ Pro diſpenſatione in quarto gradu conſanguinitatis, ſufficit quòd omni adhibita diligentia mulier. cum qua diſpenſatur, non inueniat alium virum parem, cui nubere poſsit. ¶ Iuſta cauſa diſpenſationis matrimonialis eſt cauſa dotis incompetentis, & ſatis eſt, ſi in eo loco, vbi mulier habitat, ipſa diligentiam adhibuiſſet in perquirendo virum parem, à quo cum tali dote in matrimonium duceretur, nec tamen inuenerit. ¶ S. D. N. ex vna ſententia Congregationis reſpondit, diſpenſationem ſubreptitiè obtentam non videri, cum in ſupplici libello dictum fuerit de loci anguſtia, ſi modò verum eſt, oratores in eo loco, vbi contrahendum eſt matrimonium, viros ſibi non conſaguineos paris conditionis, quibus nubant inuenire non poſſe. ¶ Cauſæ legitimè diſpenſandi in gradibus prohibitis ſunt hæ anguſtiæ, quando non inueniuntur paris conditionis: quando diues vult ducere pauperem, vel indotatam conſtituen-

stituendo illi dotem : quando vult docere ob lites, vel inimicitias sedandas. ¶ Quando dispensatio conceditur ob incompetentiam dotis, sufficit, quòd ista incompetentia sit respectu personarum, quæ degunt in loco mulieris, ideò si in loco vicino essēt aliqui non coniuncti, qui mulierem cum sua parua dote acciperent, per hoc dispositio non vitiatur. ¶ Cardinales Congregationis Concilij Tridentini habent facultatem à Papa declarandi, quæ sunt causæ dispensationis matrimonialis, ex quo sensu sunt illæ accipiendæ. Causa verò dotis non sufficientis est iuxta, vt si quis in quarto consanguinitatis gradu dispensari possit, pro cuius verificatione sufficit, si in eo loco, in quo mulier habitat, ipsa diligentiam adhibeat, in perquirendo virum parem, à quo cū tali dote in matrimonium ducatur, neque tamen inueniat. ¶ Qui contraxerūt in secundo, aut tertio etiam post confirmationem Concilij, antequam tamen illius confirmatio innotesceret, potuerunt simpliciter dispensari. ¶ In ciuitatibus etiam, aut locis, vbi ob ciuium paupertatem, vel aliqua magna pars illorum interesse cognatione coniuncta est ita, vt difficile cum alijs matrimonium cōtrahere possint; erit hæc iusta causa cum illis dispensandi in quarto, & quandoque in tertio. ¶ Qui contraxerunt sponsalia ante Cōcilij confirmationem, cum essent in gradu prohibito, & posteà volunt contrahere matrimonium, non possunt absque causa dispēsari. Causa idonea videtur, si conuersatio cum sponsa, aut publicatio sponsalium præcesserunt, aut quid simile præter alias causas à iure receptas. Vicarius Episcopi nihil prorsus potest accipere, siue pro laboribus instruēdo processum, siue pro decreto super dispensationibus matrimonialibus habitis à Sede sancta Apostolica. ¶ *In secundo gradu nunquam dispensetur.* Decla. Card. Pius Quintus declarauit, hoc intelligide gradibus affinitatis, & consanguinitatis, Congregatio tamen idem censuit in sponsalibus, decretum fuit in congregatione cap. 3. sup. loqui de sponsalibus de futuro, iuxta Bullam Pij Quinti, incipiētē, ad Romam. edita anno 1568. primo Iulij, textum verò loqui de matrimonio contracto, & cōsummato, qui verba contextus esse ostendunt : de matrimonio verò rato tantùm nihil habèri in hoc Concilio Tridentino, sed illud, prout est de iure, esse maius quoddam impedimentum, quā sint sponsalia, & idcirco remittendum iuris dispositioni, & prudentiæ S. D. N. quia pro rerum & causarum varietate prouidebit

bit ſingulis caſibus. ¶ Cum ijs, qui contraxerunt in ſecundo ante Concilij confirmationem ſub ſpe diſpenſationis obtinendæ, & præſertim ſi venerunt ad Curiam, atque cœperunt agere pœnitentiam ſalutarem ipſis impoſitam, videtur diſpenſandum eſſe, etiam ſi nulla ſignata ſit ſupplicatio. Congregatio Cardinalium Concilij cenſuit, diſpẽſationem cenſeri ſubreptitiam, ſi inter conſanguineos, vel affines, vel ſpirituali cognatione coniunctos carnalis copula præceſsiſſet, cuius mentionem in ſupplicatione non feciſſent, propterea quod tales conſanguinei, affines, & cognati ſpirituales per hanc carnalẽ copulã redditi ſunt inhabiles ad cõtrahendũ matrimoniũ, ex eo, quòd dicũtur commiſiſſe inceſtũ, qui impedit inceſtuoſ⁹ cõtrahere matrimoniũ, ideò pro validitate diſpenſationis ſuper gradu, neceſſariam eſſe de iure expreſsionem copulæ carnalis, prout ſtylus Curiæ obſeruat. ¶ Facta relatione cum ſanctiſsimo in Conſiſtorio, Sanctitas ſua viſa eſt annuere conceſsioni iſtarum diſpenſationum pro ijs, qui ſe carnaliter cognouerunt, prout ante ſolitũ erat cũ iſta expreſsione copulę, & ſi nõ exprimeretur, quod publica facta eſſent. Si poſt impetratas literas diſpenſationis ante illarũ præſentationẽ, & decretũ Ordinarij, ſe cognouerunt nullis factis, aut adhibitis ſolẽnitatib⁹, cõmittitur Ordinario, quòd ſi dictæ literæ diſpenſationis ſibi præſentabuntur, & cauſa in eis expreſſa probabitur legitima coram ſe, ac quòd oratores poſt impetratas literas ſe cognouerint, diſpenſet cum eis, iniuncta tamen ipſis ſalutari pœnitentia propter inceſtum arbitrio ſuo. ¶ Quod ſi tales contraxerint coram parocho habita notitia obtentæ diſpenſationis, & ſe carnaliter cognouerunt, committitur vt ſuprà, & additur, & punito parocho, qui non ſeruata forma Concilij coniunxit oratores in matrimonium, & grauius, ſi tũc ſciuit illos in gradu prohibito ſe attinere, ne literas diſpenſationis vidit. ¶ Qui Romam miſerunt pro diſpenſatione, & habitõ nuncio, quòd literæ fuerunt expeditæ contraxerunt, vel ſe cognouerunt, & ita verum eſt fuiſſe expeditas, & habere datas, ante contractum, vel commiſſionem dandas diſpenſationes eſſe Congregatio Cardinalium cenſuit. ¶ Idem viſum eſt etiam, quod literæ non eſſent expeditæ, ſed ſupplicatio ſignata, & ex toto expedita. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini cenſuit, diſpenſationem reddi nullam ex copula præcedente diſpenſationem, ſi de

si de eâ non fuit facta mentio in suplicatione: copula verò superueniente post dispensationem ab Ordinario factam non impedire matrimonij validitatem. Episcopus autoritate ordinaria non habet facultatem in gradibus affinitatis, seu consanguinitatis à iure prohibitis inter contrahentes matrimonia dispensandi.

(?)

DECRE-

DECRETORVM SACRI CONCILII TRIDENTINI.

LIBER QVARTVS.

De maioritate, & obedientia.

TITVLVS PRIMVS.

¶ In Sessione secunda Concil. Trident.

Ordo fedendi, seu sententiam dicendi in Synodo Tridentina seruatus memini contulit nouum ius præcedendi. Hoc dicit.

CAPVT PRIMVM.

SACRA Synodus statuit, ac decreuit, qđ si fortè cõtigerit aliquos debito in loco non sedere, & sentẽtiam, etiam sub verbo, placet proferre, congregationibus interesse, & alios quoscunque actus facere, Concilio durante, nulli propterea præiudicium generetur, *a* nulliq́ue nouum ius acquiratur.

De maioritate, & obedientia. SVPER CAPVT I.

a ¶ *Nulli propterea præiudicium genere-*

Digitized by Google

gnetur. Concordat cap. fin. infrà eodem. Episcopus forma sedendi præscripta est in Concilio I. Bracharen. cap. 24.

Item sessione vigesima quinta, c. 13. de refor. regu.

Ad Episcopum pertinet componere omnes controuersias inter Ecclesiasticas personas circa sua præcedendi exortas. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Controuersias omnes *b* de præcedentia, quæ persæpe maximo cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas tam seculares, quàm regulares, *c* cùm in processionibus publicis, tùm in ijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda vmbella, & alijs similibus Episcopus, amota omni appellatione *d* & non obstantibus quibuscunque componat. *e*

SVPER CAPVT II.

b ¶ *Controuersias omnes.* Declarat Cardin. Controuersias omnes pendentes dirimere Episcopus hodie potest, finitas autem innouare non potest, ex Bulla Pij V. in fauorem regularium edita. An ancianitas Monialium à tempore ingressus, & suscepti habitus regularis, an verò emissæ professionis computari debeat? Congregatio censuit, attendendum esse tempus professionis.

c ¶ *Quàm regulares.* Decis. Card. 1. Congregatio Concilij censuit, posse Episcopum compellere regulares ad publicas processiones accedere recusantes, facultate sibi tributa decreto Concilij cap. 13. sess. 25. de Regul. & controuersias præcedentiæ, amota omni apppellatione componere, ad præscriptum dicti cap. 13. obseruata tamen, quo ad regulares, & confraternitates constitutione sanctæ memor. Gregorij XIII. hac de re edita.

d ¶ *Amota omni appellatione.* Déclar. Card. Intellige ad effectum suspensiuum sed cum præuenit sententiæ Episcopi benè applicari poterit, ad effectum deuolutiuum ex Congregationis sententia in vna Hieracensi.

e ¶ *Componat.* Declar. Card. Breui manu summariè, ac de plano, sine strepitu & figura iudicij expediat. ¶ Non comprehenduntur, quæ sunt nullius diœcesis, neque laicorum confraternitates: quos tamen Episcopus potest tantùm visitare, non autem compellere.

Eadem sessione vigesima quinta, cap. 6. de refor. in commu.

Epis-

Episcopis vbique locorum prima sedes concedi debet, quibus etiam conuenit Capitula conuocare, vota exquirere, & iuxta ea concludere, salua in cæteris Capituli potestate. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Episcopis vbique is honor tribuatur, *f* qui eorum dignitati par est, eisque in choro, & in Capitulo, in processionibus, *g* & alijs actibus publicis sit prima sedes, *h* & locus, quem ipsi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum autoritas, *i* qui si aliquid Canonicis *k* ad deliberandum proponant, neque de re ad suum, vel suorum commodum *l* spectante agatur Episcopi ipsi, *m* Capitulum conuocent, *n* vota exquirant, *o* & iuxta ea concludant. Absente verò Episcopo omninò hoc ab ijs de Capitulo, *p* ad quos hoc de iure, vel cõsuetudine spectat, perficiatur, nec ad id Vicarius Episcopi *q* admittatur. Cæteris autem in rebus Capituli iurisdictio, & potestas, *r* si qua eis competit, & bonorum administratio, salua, & intacta omnino relinquatur.

SVPER CAPVT III.

f ¶ *Episcopis vbique is honor tribuatur.* Concordat Concil. IIII. Carthag. cap. 35. & cap. Episcopus, 95 dist.

g ¶ *In processionibus.* Declarat Cardin. Processiones dirigendæ, quò voluerit Episcopus cum consilio Capituli: ad eũdem, cum eodem consilio spectat rationem processionum præscribere. ¶ Ad Episcopum pertinet cum consilio Capituli decernere, & edicere, quò & qua dirigẽdæ, deducendæque sint processiones, non obstantes immemorabili consuetudine, prout in decreto Concilij. ¶ Hoc Congregationis consilium declarauit intelligi oportere in processionibus dumtaxat publicis, non autem in priuatis. Priuatas autem processiones eas intellexit, in quibus alieni clerici non euocantur, sed à capitularibus, & clericis Cathedralibus tantùm fiũt ob aliquas causas. Porrò in publicis processionibus absente Episcopo eandem facultatem habet Vicarius generalis in processionibus decernendis, & dirigendis, quam Episcopus habet.

h ¶ *Sit prima sedes.* Decl. Car. Per hæc verba fuit resolutũ, quod Rector parochialis Ecclesiæ Ripæ Trãsenẽsis, qui ex immemorabili cõsuetudine deferebat in publica processione Sacramẽtũ Ecclesiæ, iuxta clem. vnic. de Reli. & ven. Sanct. & sup. sess. 13. can. 6. cedat Epis-

Episcopo nuper erecto, qui vult per se Sacramentum, huiusmodi deferre. Sic Congregatio censuit de mense Aprilis, 1573.

i ¶ *Et præcipua autoritas.* Decla. Card. Non potest tamē solus Episcopus sine consensu Capituli edicere, & dirigere, processiones.

k ¶ *Quod si aliquid canonicis.* Declar. Card. Episcopo ex decreto huius cap. quoad conuocationē Capituli spectat, dumtaxat autoritas est attributa, vt eo casu solo possit ipse eo arbitrio Capitulū cōuocare, vota requirere, & iuxta ea concludere, dummodò non sit actum de re ad suum, vel suorum commodum spectante; in reliquis casibus Concilium Tridentinum statuit.

l ¶ *Ad suum, vel suorum commodum.* Decl. Card. Et hoc decreto Episcopo ordinario eo dūtaxat casu tribuitur facultas conuocandi Capitulum, quādo Canonicis aliquid deliberandum proponit, nec de re agit ad suum, vel suorū cōmodū spectante, nec prohibetur eidem, quominus Capitulum suo arbitrio conuocare possit, etiam si nulla voluntas accedat. In reliquis Concilium suum vnicuique ius reseruabit. Dubitatum fuit, an decretum Concilij hoc cap. quo conceditur facultas Episcopis conuocandi Concilium, nisi de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur, sit intelligendum, quādo res ad se, vel suos priuato nomine pertinet: an verò etiam si pertineat ratione dignitatis Episcopalis? Congregatio censuit, Episcopum conuocare non posse Capitulum in illis casibus, in quibus iudex esse non potest: & si de re spectante ad Episcopalē dignitatem, potest esse iudex, cōuocare potest Capitulum, fatur Abb. in c. venerabili, de cēs. in fi.

m ¶ *Episcopi ipsi.* Declar. Card. Hoc tantum casu Concilium declarauit, quod Capitulum nō potest conuocari sine consensu, & præsentia Episcopi, reliquos autem casus reliquit in terminis iuris veteris. In Capitulis verò non exēptis, quæ Ordinario subsunt, seruandum ius commune. Episcopus controuersiam habens cū Capitulo, non potest dom suę Capitulum congregare, sed debet ad aulā Capitularem conuocare, in qua solitum est Capitulum semper conuenire.

n ¶ *Capitulum non conuocent.* Declar. Card. Et in domibus propijs, nisi locum ad hoc deputatum specialiter haberent, in quo solitum esset cōuocare, & congregare Capitulum. ¶ Capitulum N. prætendit, Episcopum non posse visitare personas Capitulares alibi, quam in loco, & camera Capitulari,

Congregatio censuit, in loco decenti. Episcopus Placentinus nō potest Capitulum Ecclesiæ Cathedralis domi suæ congregare, sed idem debet in aulas capitulares conuocari, in quibus anteâ solitum est semper capitulum conuocari, licet alio Congregationis decreto videatur declaratū, quòd domi suæ conuocari possit, in casu prædicto tantùm.

o ¶ *Vota exquirant* Decl. Card. Episcopus non habet vocem in Capitulo.

p ¶ *Abijs de Capitulo.* Decl. Car. Absque consensu Episcopi. An visitatio ad fauorem cap. 4. sess. 7. & cap. hoc eatenus, competat ex his decretis Episcopi, non liceat, Decano, & Capitulo visitare personas ipsi Capitulo subiectas cumulatiuè cum Episcopo, seorsum tamen ab eodem, non excludendo ipsū Episcopū toties, quoties sua autoritate vti volētē, visitare, corrigere, & emēdare iuxta antiquā & immemorabilē hactenus obseruatam cōsuetudinem? Congregatio censuit imo italice re Decano, & Capitulo visitare subditos suos.

q ¶ *Nec ad id Vicarius Episcopi.* Declarat Cardinal. Non admittuntur ad Capitulum, quod intelligendum est, si Capitulum est exemptum: & ita obseruari iussit Cōgregatio cū Vicario Tarantinensi.

r ¶ *Capituli iurisdictio, & potestas.* Decla. Card. Declaratum fuit debere hoc fieri iuxta consuetudinem, & statuta hactenus obseruata, & idcircò non poterit cogi Capitulum ad tenendum secretarium, qui sit clericus in sacris constitutus, sed potest habere laicum. Punctator verò debet esse clericus in sacris constitutus, secundùm decretum Prouincialis Compostellæ reuisum per S. D. N. anno 1565. Et si ab immemorabili tempore deputatio punctatoris ad Capitulum pertineat, ita obseruetur, quia Concilium in hoc nil innouat.

¶ Eadem sessione vigesima quinta, c. 17. de ref. in com.

Præcipitur Episcopis, vt suum gradum, & ordinem teneantur, & reliquis omnibus, vt eos debita reuerētia prosequantur. Indicitur. Hōc dicit.

CAPVT IIII.

¶ NON potest sancta Synodus non grauiter dolere, audiens Episcopos aliquos, sui status oblitos, Pontificiam dignitatem non leuiter honestare, qui cum Regum ministris, regulis & Baronibus in Ecclesia, & extra indecenti quadam dimissione se gerunt, &

& veluti inferiores miniſtri altaris, nimis indignè non ſolùm loco cedunt, ſed etiam perſonaliter illis inſeruiunt. Quare hæc, & ſimilia deteſtans, ſancta Synodus ſacros Canones omnes ſ Conciliaque generalia, atque alias Apoſtolicas ſanctiones, ad dignitatis Epiſcopalis decorem, & grauitatem pertinentes renouando præcipit, vt ab huiuſmodi in poſterũ Epiſcopi ſe abſtineant, mãdans eiſdem, vt tam in Eccleſia, quàm foris ſuum gradum, & ordinem præoculis habentes, vbique ſe patres, & paſtores eſſe meminerint: reliquis verò tã Principibus, quàm cæteris omnibus, aut eos paterno honore, ac debita reuerentia proſequantur.

SVPER CAPVT IIII.

ſ ¶ *Sacros Canones omnes*. Conc. tex. in cap. Valentinianus. 63. diſtinct. & cap. Epiſcopus. 95. diſt. & cap. quis dubitet, c duo ſunt, cum ſeq. 96. diſt. cap. ſolita. extr. eod. tit.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta, circa fin.

Nullum cuiquam factum eſt præiudicium ex loco aſsignato oratoribus in Synodo Tridentina. Hoc dicit.

CAPVT V.

Declarat ſancta Synodus, ex loco aſsignato oratoribus, tam eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, in ſedendo, in cedendo, aut quibuſcunque alijs actibus, nullum cuiquam eorum factum fuiſſe præiudicium, ſed omnia illorũ, & Imperatoris, Regum, Rerum publicarum, ac Principum ſuorum iura, & prærogatiuas illæſas & ſaluas eſſe, in eorumdemque ſtatu per manere prout ante præſens Concilium reperiebantur.

De obſeruatione ieiuniorum, & elemoſynis.

TITVLVS II.

In ſeſsione vigeſima, quinta Conc. Trid. circa fin.

Ciborum delectus, & ieiuniorum obſeruatio, necnõ & feſtorũ celebratio commendantur. Hoc dicit.

CAPVT I.

Hortatur ſancta Synodus, & per ſanctiſsimũ Domini noſtri, atque Saluatoris aduentum, paſtores omnes obteſtatur, vt tanquam boni milites illa omnia,

quæ sancta Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum mater, & magistra *a* statuit, necnon ea, quæ tam in hoc Concilio, quàm in alijs œcumenicis statuta sunt, quibuscunque fidelibus sedulo commendent, omnique diligentia vtantur, vt illis omnibus, & ijs, præcipuè, sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, vt ciborum delectus, & ieiunia, vel etiam, quæ faciunt ad pietatem augendam, vt dierum festorum *b* deuota, & religiosa celebratio, *c* admonentes populos crebro, obedire præpositis suis: *d* quos, qui audiunt, Deum remuneratorem audiunt, qui verò contemnunt, Deum ipsum remuneratorem sentiunt.

De obseruat. ieiun. & esee mos.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Omnium Ecclesiarum mater, & magistra.* Concordat cap. fin. sup. de extre. vnctio. cum ibidem allegatis.

b ¶ *Dierum festorum.* Decis. Cardin. 239. Congregatio Concilij censuit, licere diebus festis dare operam rebus ad victum necessarijs, ac tempore perituris, præsertim tempore vindemiarum, ac messium, ac recollectionis fructuum, vel vbi necessitas vigeat, aut suadeat pietas.

c ¶ *Deuota, & religiosa celebratio.* Decia. Card. Nihil innouandum in consuetudine hucusque tolerata in nundinis, quæ non sunt solemnes, sed fiunt peractis sacris in festo alicuius Sancti, ante eius Ecclesiam, extra tamen atrium.

d ¶ *Obedire præpositis suis.* Concordat tex. in c. quisquis, 93. dist. c. quia frater, 7. q. 1. & Hebr. c. 13. nu. 17. *Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis.*

¶ Eadem sessione vigesima quinta, c. 8. de ref. in commu.

Hospitalitatis officium Ecclesiastica beneficia obtinentibus specialiter indicitur. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Admonet sancta Synodus quoscunque Ecclesiastica beneficia, secularia, seu regularia obtinentes, vt hospitalitatis officium, *e* à sanctis Patribus frequenter commendatum, quantum per eorum prouentus licebit, prompte, benigneque exercere allectent, memores eos, qui hospitalitatem amant, Christum in hospitibus recipere.

SVPER

SVPER CAPVT II.

e ¶ *Hospitalitatis officiũ.* Concor. tex. in §. 1. &c. quiescamus, 42. d. c. vni. 85. dist. c. quoniam. 16. q. 1. & c. volumus, 89. d.

Ne Sede vacante aliquid innouetur.

TITVLVS III.

In sessione septima Concilij Tridentini, cap. 10. de ref.

Infra annũ à die vacationis sedis, nõ licet Capitulis ordinandi licentiam nisi ex aliqua beneficij ad id concedendi sub pœnis in præsenti decreto statutis. Hinc dicit.

CAPVT I.

a ¶ NOn licet Capitulis Ecclesiarum *a* sede vacante, *b* infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam, *c* aut literas dimissorias, seu remissorias, vt aliqui vocãt, tam ex iuris communis dispositione, quam etiam cuiuslibet priuilegijs aut consuetudinis vigore, alicui, qui beneficij Ecclesiastici receptũ, siue recipiendi occasione arctatus non fuerit *d* cõcedere: si secus fiat, Capitulũ contrauenies Ecclesiastico subiaceat interdicto: & sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præsertim criminalibus, gaudeãt; in minoribus verò ab executione ordinum, ad bene placitum futuri Prælati sint ipso iure suspensi. *e*

Ne Sede vacante aliquid innouetur.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Non licet Capitulis Ecclesiarum.* Decl. Card. Canonicorum non licet concedere dimissorias ex decreto Conc. Triden. sess. 23. c. 1 etiam si territorium habeãt distinctum & exemptũ, ac immemorabilem possessionem, & sint iudices ordinarij. Ita responsum fuit Episcopo Salmonensi die quinto Iulij. 1575. Præposito Ecclesiæ, vel loci nõ licet cõcedere literas dimissorias, vt à Cardinalibus Cõgregationis declarum fuit contra Cardinalẽ Medices, Præpositũ terræ Prati. Cõgregatio Concilij, censuit anno 1586. die 19. Martij, Concilium Prouinciale statuere non posse, vt capitula non dimittant ordinãdos ad alios, quam ad competentes Episcopus, nisi id fiat ex rationabili causa, pro correctione videlicet, Prouinciæ. Infrà annum, & post annũ, Sedis vacantis Capi-

tulum literas dimissorias, & facultatem ordinandi in Ecclesia vacante concedere non potest. Sic ipsum Concilium Tridentinum. Fuit dubitatũ, an Concilij Prouinciale possit restringere potestatem Capitulis his tributã, ita, scilicèt, vt non cõcedant post annum literas dimissorias ordinãdis ad titulum patrimonij, vel pẽsionum? Responsum fuit, in hac re seruandum esse, cap. 2. sess. 21. de reform. quod docet obtinẽtes patrimonium, vel pẽsionem, non promouendos, nisi Episcopus pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum iudicauerit eos assumendos esse. Capitulum Sede vacante potest concedere licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia in eorum Ecclesia, & ordines conferẽdi tam clericis illius diœcesis, quã exteris, habentibus dimissorias suorum Episcoporum, iuxta tamen formam huius decreti.

b ¶ *Sede vacante.* Conc. tex. in cap. cum nullus, de tempo. Ord. libr. 6.

c ¶ *Ordinandi licẽtiã.* Decl. Card. Cõgregatio cẽsuit, textũ hũc nõ cõprehendere primam tonsurã.

d ¶ *Arctatus non fuerit.* Decis. Card. 252. Congregatio Concilij cẽsuit, licere Vicario Capituli sede Episcopali, quãuis adhuc intra annum vacante concedere oratori, vt potè arctato, dimissorias ad ordinẽs, &c.

e ¶ *Sint ipso iure suspensi.* Decla. Car. In minoribus ordinibus cõstituti non suspenduntur. Dubitatum fuit, an Episcopo existente hæretico facultas concedendi dimissorias iuxta hoc cap. pertineat ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ? Secundò, an eo casu, quo Capitulum concedere potest dimissorias, si Canonici propter hæreses dispersi sint, & nequeunt conuenire sine difficultate, sufficiat habere literas dimissorias, ab vno aliquo ex Canonicis Cathedralis Ecclesiæ? Tertiò, an sufficiat, omninò dimissorijs adire pro suscipiendis ordinibus viciniorem Episcopum, seu Metropolitanũ? Ad primum Congregatio censuit, & anno 1588. respondit ad capitulũ pertinere si Episcopus sit notorie hæreticus. Ad secundum sufficere, habere dimissorias à residentibus capitularibus, etiã si vnus dumtaxat resideret. Ad tertium non adeundum ad vicinniorem, nec Metropolitanũ, sed ad eundam Sedem Apostolicã.

Item sessione vigesima tertia, cap. 10. de reformat.

Iurisdictionem Episcopi obtinentes loco capituli nequeunt, sicut nec ipsum Capitulũ, literas dimissorias sede vacante concedere. Hoc dicit

C A-

CAPVT II.

Pœnam impositam *f* his, qui contra sanctę Synodi sub Paulo III decretum à capitulo Episcopali Sede vacante, *g* literas dimissorias impetrant ad illos, qui easdem literas, nō à capitulo, sed ab alijs quibusuis iniurisdictione Episcopi loco capituli Sede vacante, succedentibus obtinerent, mandat extendi. Concedētes autem dimissorias contra formam decreti, ab officio, & beneficio, per annum sint ipso iure suspensi.

SVPER CAPVT II.

f ¶ *Pœnam impositam.* Decl. Card. Eadem pœna ad impetrantes dimissorias ab Abbatibus, & similibus. Non impediuntur tamen capitula Cathedralium, qui in Sede vacante Vicarium creare possint, si aliàs ad capitulum hęc electio spectabat.

g ¶ *A capitulo Episcopali Sede vacante.* Decl. Card. Sacra Congregatio censuit die 5. Iulij 1578. nō licere capitulo literas dimissorias concedere ex hoc decreto, quamuis habeat territorium distinctū, & exemptum, ac immemorabilem possessionem, & sint iudices Ordinarij.

Item sessione vigesima quarta, c. 16. de refor. in commu.

Sede vacante tenetur Capitulum eligere œconomos pro fructibus percipiendis, & infra octo dies post mortem Episcopi Vicarium idoneum cō stituere. Hoc dicit.

CAPVT III.

Capitulum sede vacante *h* vbi fructuum percipiēdorum ei munus incumbit, œconomum vnū *i* vel plures fideles ac diligentes decernat, qui rerū ecclesiasticarum, & prouentuū curam gerant, quorum rationem, ei ad quem pertinebit sint reddituri. Item officialem *k* seu Vicariū infra octo dies post mortem Episcopi cōstituere, vel existentem cōfirmare omninò teneatur, qui saltem in iure Canonico sit Doctor *l* vel Licētiatus, vel alias quantum fieri poterit idoneus: si secus factum fuerit ad Metropolitanum *m* deputatio huiusmodi deuoluatur. Etsi Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, capitulumque, vt præfertur negligens fuerit, tūc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcopus in exempta, œconomum, & Vicarium idoneos possit constituere.

SVPER CAPVT III.

h ¶ *Capitulum sede vacante.* Declar. Card. Portionarij, qui non sunt de Capitulo, nec comptehẽduntur sub hoc decreto, neque clerus potest se cum Capitulo ad hoc ingerere.

i ¶ *Occo omnum vnum.* Concor. Conc. Chalced actio. 16. cap. 25. in fin Concil. Vvormat. cap. 76. ¶ Item decis. Cardin. 30. Congregatio Concilij censuit, ex decreto Concilij cap. 16. sess. 24. à Capitulo sede vacante vnum tãtùm Vicarium esse eligendum: cæterùm non esse eo decreto sublatam cõsuetudinem, duos, aut plures eligendi præsertim immemorabilem. ¶ Item decis. Card. 102. Congregatio Concilij censuit, Capitulum posse ad libitum mouere Vicarium, alias per ipsum electum, & confirmatum, teneriq́ue intra octo dies alium cõstituere; alioquin deuoluitur ius deputãdi Vicariũ, ad Metropolitanum, ac si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, ad antiquiorem Episcopum deuoluitur. ¶ Item decis. Cardin. 120. Congregatio Concilij censuit, non esse de necessitate, vt Vicarius eligatur de gremio Capituli; cæteris tamen paribus præferendum esse Capitularem, & existentibus Doctoribus, vel Licentiatis iure Canonico eligendum in Vicariũ, Doctorem, siue Licentiatum in ipso iure Canonico, alias sufficere, vt eligatur, qui quantum fieri possit, idoneus sit. ¶ Item decis. Car. 238. Congregatio Concilij censuit, licere Vicario Capituli sede vacante instituere præsentatum à patrono.

k ¶ *Item officialem.* Declar. Cardin. Non est de necessitate, vt sit de gremio, si tamen adesset idoneus, cæteris paribus, esset præferendus. ¶ Capitulum non potest eligere visitatorem ad visitandam diœcesim absque Vicario. ¶ Ad Vicarium spectat obire illa omnia, quæ ex Concilio pertinent ad Episcopum, occurrente vacatione parochialis, iuxta cap. 18. sess. 24. de refor. Quare idem Vicarius absque capitulo parochialibus vacantibus deputabit idoneos Vicarios, & proponet edicta ad concursum. ¶ Dubitatũ fuit, an Vicarius in vim illius decreti à capitulo constitutus teneretur procedere cum adiunctis, vel sine, iuxta c. 6. sess. 25. Et fuit resolutum die vltima Martij 1588. quod si Episcopus dum viuebat habebat autoritatem procedendi, sine adiunctis, quod ita potent Vicarius; sin minus potera procedere Episcopus sine adiunctis, ita nec posset Vicarius.

l ¶ *Saltem in iure Canonico sit Doctor.* Vicarius vacante episcopali sede debet omnino eligi Doctor, vel

vel Licentiatus, si in capitulo aliqui graduari erant: sin minus possint eligi, alij minus idonei, licèt non sit graduati. ¶ Si Episcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cum nõ esset Doctor, capitulum non debet eum confirmare, sed alium, qui sit Doctor eligere. Si plures ad officiũ Vicarij à capitulo assumerentur in controuersia magis idoneus, & habens has qualitates Concil. Trident. remanere debet, & cæteri remouendi sunt. An extendatur ad Ecclesiam Collegiatam defuncto eius Prælato, qui ordinariam iurisdictionem, & omnia iura Episcopalia habebat? Congregatio die 12. Septembris 1585. censuit negatiuè, quia si non est necesse, vt hic Prælatus mortuus sit Doctor, vt dictum est sup. sess. 12. c. 2. & c. 12. præsentis sessionis: ergò nec Vicarius.

m ¶ *Ad Metropolitanum*. Concordat tex. in c. non liceat alicui, 12. q. 2. c. fin. de suppl. negligen. Præl. lib. 6.

Eadem sessione vigesima quarta, cap. 16. de refor. in commu.

Officiales, qui sede vacante fuerunt constituti, tenentur suorum munerum rationem reddere Episcopo succedenti. Ho: dicit.

CAPVT IIII.

Episcopus *n* ad Ecclesiam vacantem promotus ex his, quæ ad eum spectant, ab œconomo, Vicario, & alijs quibuscunque officialibus, & administratoribꝰ, qui sede vacante fuerunt à capitulo, *o* vel ab alijs in eius locum constitutis, etiam si fuerint ex eodẽ capitulo rationem exigat officiorum, iurisdictionis, & administrationis, aut cuiuscunque eorum muneris possitque eos punire, qui in eorum officio, seu administratione delinquerint: etiamsi prædicti officiales redditis rationibus à capitulo, vel à deputatis ab eodem absolutionem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Episcopo teneatur capitulum de scripturis ad Ecclesiam pertinentibus, si quæ ad capitulum peruenerunt, rationem reddere.

SVPER CAPVT IIII.

n ¶ *Episcopus*. Decis. Card. 126. Cõgregatio Cõcilij cẽsuit, emolumẽta tempore vacationis sedis Episcopalis obtinẽtia ex iurisdictione, & sigillo, aut alias vndecunque, quæ ad Episcopũ, Ecclesia nõ vacãte, pertinuissent ad capitulũ minime spectare, nisi ex Apostolico priuilegio illi cõcessa fuissent, sed debere futuro Episcopo reseruari. Ex his tamẽ emolumentis deducendũ esse rationabile salariũ Vicario constituendum,

dum, & persoluendum, quod si ex priuilegio Apostolico capitulo competerent non posse Canonicos si Regulares sint, & tria vota emiserint inter se illa diuidire. ¶ Item decis. Card. 134. Congregatio Concilij censuit, Episcopũ per se rationem administrationis officij gesti à Vicario capituli sede vacante constituto, exigere, atque alicuius delicti compertum punire autoritate sibi tributa decreto Concilij, 16. sess. 24.

¶ *Qui sede vacante fuerint â capitulo.* Declar. Card. An capitulum sede vacante possit eligere arbitros ad cognoscendum de causis suspensionum, quæ contra Vicarium ab eo, sede vacante, deputatum proponuntur Congregatio censuit, vtique posse eo modo, quo Episcopus potuisset. ¶ Fuit dubitatum, an si iste Vicarius allegaretur suspectus, possent eligi arbitri? Et resolutum fuit, die vltima Martij 1588. quòd non, sed recurrendum esse ad capitulum, tanquam superiorem.

De locato, & conducto.

TITVLVS IIII.

¶ In sessione vigesima quinta Cõc. Trid. c. 11. de refor. in cõm.

Bona Ecclesiæ anticipatis solutionibus locari nequeunt in præiudicium successorum, nec fas est huiusmodi locationes confirmare. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Magnam Ecclesijs perniciem afferre solet, cum earum bona, repræsentata pecunia, in successorum præiudicium alijs locantur: omnes igitur hæ locationes si anticipatis solutionibus fient, *a* nullatenus in præiudicium successorum validæ intelligantur: quocunque indulto, aut priuilegio non obstante: nec huiusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur.

De locato, & conducto.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Si anticipatis solutionibus fiãt.* Concordat tex. in c. de precarijs, 11. q. 2. c. 2. de precar.

Eadẽ sessione vigesima quinta, c. 11. de refor. in commu.

Iurisdictiones, seu facultates Ecclesiasticas non licet locare: nec ipsarum cõductoribus permissum est eas exercere. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ NON liceat iurisdictiones Ecclesiasticas, *b* seu facultates nominandi, aut deputandi

• Vica-

Vicarios ſpiritualibus, locare, nec conductoribus per ſe, aut alios exercere: aliterque conceſſiones, etiam à Sede Apoſtolica factæ ſubreptitiæ cenſeantur.

SVPER CAPVT II.

b ¶ *Iuriſdictiones Eccleſiaſticas.* Declarat Card. Sub quibus comprehenduntur iuriſdictiones dānorum dictorum.

Eadem ſeſſione vigeſimaquinta, cap. 11. de refor. in commu.

Locationes rerum Eccleſiaſticarum à triginta annis citrà ad longum tempus factæ, quas Synodus Prouincialis in damnum Eccleſiæ contractas fuiſſe iudicauerit, irritæ decernuntur. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ Locationes rerum Eccleſiaſticarum, etiam autoritate Apoſtolica confirmatas, quas Synodus irritas decernit, quas à triginta annis citrà ad longum tempus, *d* ſeu vt in nonnullis partibus ad viginti nouem, ſeu bis viginti nouem annos, vocant factas Synodus Prouincialis, vel deputandi ab ea in damnum Eccleſiæ, & contra canonicas ſanctiones contractas fuiſſe, iudicabunt.

SVPER CAPVT III.

c ¶ *Quas à triginta annis citra.* Declar. Card. Intelligendus à triginta annis citra, vſque ad confirmationem Concilij.

d ¶ *Ad longum tempus.* Declar. Cardm. Dominus proprietatis ſi tempus præfixum eſſet finitum, ita vt deberet confirmare emphyteuſim, continuetur, ſi non electi deputati à Synodo, donec Synodus Prouincialis, ſed deputati ab ea iudicauerint factam in damnum Monaſterij: ipſe autem dominus curare debet, vt quam primum fiat hoc iudicium.

De iudicijs.

TITVLVS V.

¶ In ſeſſione decima tertia, Conc. Tridic. 6. de refor.

Epiſcopus niſi ob cauſam, ex qua deponendus, ſiue priuandus veniret, non debet moueri, vt perſonaliter in iudicio compareat. Hoc dicit.

CAPVT I.

Quoniam ſubditi Epiſcopo, & tametſi iure correpti fuerint, magnopere tamen eum odiſſe, & tanquàm iniuria affecti ſint, falſa illi crimina obijcere ſolent, vt quoquo pacto poſſint ei moleſtiam

lestiam exhibeant; cuius vexationis timor plerumque illum ad inquirenda, & puniendà eorũ delicta segniorẽ reddit; idcirco, ne is magno suo, & Ecclesiæ incõmodo gregem sibi creditum relinquere, ac non sine Episcopalis dignitatis diminutione vagari, cogatur, ita statuit, & decreuit Episcopus, nisi ob causam, ex qua deponẽdus, siue priuãdus veniret, etiam si ex officio, aut per inquisitionem, seu denuntiationẽ, vel accusationem, siue alio quouis modo, procedatur, vt personaliter compareat, nequaquam citetur, vel moneatur.

De iudicijs.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Quoniam subdit Episcopo.* Cõcordat tex. in cap. sanctum de iudic. 2. quæst. 7.

Eadem sessione decima tertia, c. 7. de refor.

In causis criminalibus Episcoporum testes tantùm, qui contestes, & bonæ famæ sint, admitti debẽt. Hoc docuit.

CAPVT II.

Testes in causa criminali *b* ad informationem, vel indicia seu aliàs in causa principali cõtra Episcopum, nisi contestes, & bonæ conuersationis, existimationis, & famæ fuerint, non recipiãtur: & si odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, grauibus pœnis mulctentur.

SVPER CAPVT II.

b ¶ *Testes in causa criminali.* Cõcordat tex. in cap. accusatio quoque c. accusatio Episcoporum. c. testes. 2. q. 7. capitul. 9. 7. Conc. Rom. sub Syluest. Anacle. Pap. epist. 2. Concil. II. Carthag. c. 5. & Carthag. IIII. cap. 96. & Sixti III. epist. 3. c. 2.

Eadem sessione decima tertia cap. 8. de reform.

Quæ contra Episcopum deberent coram Pont. Max. agitari. Hoc dixit.

CAPVT III.

Causæ Episcoporum, nõ pro criminibus obiectis, qualitate comparere debeant, coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur.

Item

Item sessione vigesima quarta, c. 5. de refor.

Solus Summus Pont. ex potest iudicare de causis criminalibus grauibus Episcoporum. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

¶ Causæ criminales graviores c contra Episcopos, d etiam hæresis quod absit, quæ depositione dignæ sunt, ab ipso tantùm Summo Romano Pontifice cognoscantur, & terminentur. Quod si huiusmodi sit causa, quę necessario extra Romanam Curiam sit committenda, nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis, e aut Episcopis à Beatissimo Papa eligendis. Hæc verò commissio, & specialis sit, & manu ipsius sanctissimi Pontificis signata, nec vnquam plus his tribuat, quàm vt solam facti institutionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Romanum Pontificem transmittant: reseruata eidem Sanctissimo sententia diffinitiua: cætera aliàs sub fœlic. record. Iulio III. f super his decreta, necnon & constitutio sub Innocentio III. in Concilio generali, g quæ incipit: *Qualiter & quando*, quam sancta Synodus in præsenti innouat, ab omnibus obseruentur.

SVPER CAPVT IIII.

c ¶ *Causæ criminales graviores.* Concordat Concil. Sard. cap. 3. cap. ad abolendam, cap. excommunicamus § damnati vero, de hæreti. cap. quo iure, 8. dist.

d ¶ *Contra Episcopos.* Declarat Cardin. Concilium Prouinciale non potest formare hunc processum contra Episcopum ad effectum transmittendi illum ad Sanctissimum, quia vult hoc c. vt non solùm definitio, sed etiam cognitio sit tantùm Sanctissimi. Sic Congregatio censuit die 3. Octobris, 1585.

e ¶ *Nisi Metropolitanis.* Declarat Cardin. Item post Metropolitanus cognoscere causas ciuiles Episcoporum, ex sententia Congregationis.

f ¶ *Sub fœlic. record. Iulio III.* Videlicet sup. hoc eodem titulo, c. 1. 2. & 3.

g ¶ *In Concilio generali.* Hæc constitutio est Concilij Lateranensis, cap. 3. & habetur in cap. qualiter, & quando, 24. de accus. inquis. cuius tenor talis est.

Qualiter & quando debeat Prælatus procedere ad inquirendum, & puniendum subditorum excessus ex autoritatibus veteris, & noui Testamenti colligitur euidenter, ex quibus posteà processerunt canonicæ sanctiones: sicut o. im apertè distinximus, & nunc sacri approbatione Concí-

Concilij confirmamus: legitur enim in Euangelio, quòd villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suũ quasi dissipasset bona ipsius, audiuit ab illo: Quid hoc audiò de te? Redde rationẽ villicationis tuæ: iam enim non poteris amplius vellicare. Et in Genesi Dominus ait: Descendam & videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Ex quibus autoritatibus manifestè probatur, quòd non solùm, cum subditus, verum etiam cum Prælatus excedit, si per clamorem, & famam ad aures superioris peruenerit, non quidem â malenolis, & maledicis, sed â prouidis, & honestis non semel tantùm, sed sæpè quod clamor innuit, & diffamatio manifestat, debet coram Ecclesiæ semoribus veritatem diligentius perscrutari (vt si rei pepescerit qualitas) canonica districtio culpam feriat delinquentes, non tanquã idem sit accusator, & iudex, sed quasi denunciante fama, vel deferente clamore officij sui debitum exequatur; licèt autem hoc sit obseruandum in subditis, diligentius tamen est obseruandum, in Prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagitam, & quia non possunt omnibus complacere, cũ ex officio suo teneantur, non solùm arguere, sed etiam increpare: quin etiam interdum suspendere, nonnunquam verò ligare: frequenter odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur. Et ideò sancti Patres prouidè statuerũt, vt accusatio Prælatorũ non facilè admittatur; ne concussis columnis corruat ædificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solùm falsæ, sed etiam malignæ criminationi ianua præcludatur, verum ita voluerunt prouidere Prælatis, ne criminarentur iniustè, vt tamen cauerent, ne delinquerent insolenter, contra morbum vtrunque inuenientes medicinam congruam: videlicet, vt criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capitis, id est, degradationem intenditur, nisi legitima procedat inscriptio nullatenus admittatur. Sed cum super excessibus suis quisquam fuerit diffamatus, vt iam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari, absque dubitationis scrupulo ad inquirendum, & pronuntiandum eius excessus, nõ ex odij fomite, sed charitatis procedatur affectu, quatenus si fuerit grauis excessus, & si non degradetur ab ordine, ab administratione tamen amoueatur omninò, quod est secundùm sententiam Euangelicam â villicatione villicum amoueri, qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem, debet igitur esse præsens is, contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentauerit: & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi se ipsum, & non solùm dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei (vt quid, & â quo sit dictum

appa-

appareat) publicanda, necnon exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ: ne per suppressionem nominum infamandi, per exceptionum verò exclusionem deponendi falsum audacia præbeatur. Ad corrigendos itaq; subditorum excessus tantò diligentius debet Prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas deserere incorrectas. Contra quos, vt de notorijs excessibus taceatur, & si tribus modis possit procedi per accusationem, videlicet denuntiationem, & inquisitionem ipsorum, tamen vt diligens adhibeatur in omnibus cautela, ne fortè pro leue compendium, ad graue dispendium veniatur, sicut accusationem legitimam debet præcedere inscriptio, sic & denuntiationem charitatiua monitio, & inquisitionem clamosa insinuatio præuenire: illo semper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij, sententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem contra regulares personas non credimus vsque quaque seruandum (quæ cum causa requirit) facilius, & liberius â suis possint administrationibus amoueri.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, c. 5. de reform.

Minora crimina Episcoporum â Concilio Prouinciali debent iudicari, & diffiniri.

Hoc dicit.

CAPVT V.

¶ Minores criminales causæ Episcoporum, in Concilio tantùm Prouinciali, *h* cognoscantur, & terminentur, vel à deputandis *i* per Concilium Prouinciale.

SVPER CAPVT V.

h ¶ *In Concilio tantum Prouinciali.* Declar Cardinal. In Concilio Prouinciali possunt tractari, & diffiniri causæ criminales minores, non existentibus mihi duodecim Episcopis à Concilio requisitis: quia constat Concilia Prouincialia ex minori numero Episcoporum consistere. Neque obstat, quod in cognoscendis causis Episcoporum requirātur duodecim Episcopi, quia illud procedit in causis maioribus, vt censuit Congregatio.

i ¶ *Vel â deputandis.* Decl. Card. Nec est necesse quòd debeant esse Episcopi, qui deputandi sunt per Cōcilium Prouinciale: quia facultas est generalis. ¶ Item possunt deputati prædicti cognoscere, & determinare causas Concilio Prouinciali dissoluto, si causæ erant cœptæ ab istis deputatis ante dissolutionem dicti Concilij: quia in simili non expirat iurisdictio delegati; quādo verò causa non erat cœpta, dicti deputati tūc nōpossunt ampli⁹ illos terminare. Ita Cōgregatio cēsuit.

¶ Ea-

Eadem sessione vigesimaquarta, c. 20 de refor.

Ad locorum Ordinarios spectat in prima instantia iudicium causarum omnium Ecclesiasticarum, exceptis nonnullis causis, quarum in præsenti decreto fit mentio. Hoc dicit.

CAPVT VI.

¶ Causæ omnes [k] ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia *l* coram Ordinarijs locorum dumtaxat cognoscantur, atque omninò saltim infrà biennium *m* à die motæ litis terminentur: alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum iudices superiores, *n* aliàs tamen competentes adire, qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, & quam primum terminari curent, nec antea alijs committantur, nèc auocentur, nec appellationes ab eisdem interpositæ per superiores quoscunque recipiantur, eorumve commissio, aut inhibitio fiat, nisi à diffinitiua, vel diffinitiuæ vim habente, *o* & cuius grauamen, per appellationem *p* à diffinitiua reparari nequeat. *q* Ab his excipiantur causæ, quæ iuxta canonicas sanctiones in quibus apud Sedem Apostolicam [illegible] tractandæ, *r* vel quas ex vrgenti rationabilique causa iudicauerit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ, Sanctitatis suæ manupropria subscribendum, committere, aut auocare.

SVPER CAPVT VI.

[k] ¶ *Causæ omnes.* Declarat Cardin. Causæ omnes ad forum Ecclesiasticū pertinentes, & beneficiales in prima instancia nunquam per signaturā iustitiæ alijs committuntur. Etsi matrimoniales causæ fuerint, Episcopis vicinioribus: sed si vel de affectis, aut reseruatis beneficijs ageretur, tunc in Curia committuntur. ¶ Item prouisi per Sedem Apostolicam de beneficijs reseruatis, possunt virtute breuium in fauorem literarum, seu nomine Cameræ Apostolicæ ad accipiendam possessionem, & auditori eiusdem Cameræ directarum citare, & ad iudicium coram eodem A. C. vocare possessores talium beneficiorum occupantes, & detinentes, ac si coram Ordinario super possessorio tantùm causæ vētilarentur, & cum sententia super eodem possessorio prolata fuerit potest pars aduersa causam in Curia committere.

l ¶ *In prima instantia.* Declarat Cardin. Congregatio censuit, hoc

hoc non procedere in conſeruatorijs Vniuerſitatum, & aliorum de quib. in c. 5. & hac ſeſ. in fin.

m ¶ *Infra biennium.* Decl. Card. An hoc c. quo cauetur eas, à locorum Ordinarijs eſſe intrà biēniū terminandas, alioquin poſt id ſpatium liberum eſſe partibus, vel alteri illarum ſuperiores adire, habeat locum ſi nō ſteterit per iudicem, quominus in inf. d. tempus cauſā definiat, ſed vel ob qualitatem cauſæ, vel partium cauilationes? Congregatio cenſuit, ſi per iudicem non ſtetit, partes alios ſuperiores adire non poſſe, facit c. vener. de iud. vbi Abb. & alij in l. ad properandum. §. ſin autem. & § de illo. C. de iudicijs.

n ¶ *Iudices ſuperiores.* Decl. Car. Quādo ligitimè appellatur à ſententia Epiſcopi, qui eā tulit etiam tanquā Sedis Apoſtolicæ Delegatus, ex facultate decretorū huius Concilij, nihil eſt derogatum iuriſdictioni Metropolitanorū. cap. licet. de offic. Ordin.

o ¶ *A diffinitiuæ vim habente.* Decl. Car. Fuit reſolutum ſub die 4. Auguſti 1588. quod quādo fuit appellatum à diffinitiuæ vim habente, cuius grauamen per appellationem diffinitiuæ reparari nequeat, & grauamen fuerit iuſtificatum, tunc Concilium nō diſponere, an cauſſa principalis remittenda ſit Ordinario, ſed remanere in diſpoſitione iuris cōmunis.

p ¶ *Et cuius grauamen per appellationem.* Decl. Car. An iuſtificato coram Metropolitano grauāmine illato ab Ordinario per ſuam interlocutoriam, cauſa remaneat corā Metropolitano: nihil innouare Concilium Tridentinum.

q ¶ *A diffinitiua reparari nequeat.* Decl. Card. Intelligitur etiam de grauamine, indebitæ carcerationis, & Ordinarius teneatur huic appellationi deferre, & ſine reproceſſum interim tamen reo remanente in carceribus, donec iudex appellationis, cauſa cognita, aliud iuſſerit. Metropolitanus quando ad eum appellatur, in cauſis concernentibus excuſationem decretorum Concilij Tridētini, à cognitione earum abſtinere debet.

r ¶ *Iuxta canonicas ſanctiores.* Cōcordat tex. in cap. cauſæ Epiſcoporum, cum ſeq. ſup. eod. c. nec licuit, 17. dic. maiores. de bapt. Vigilius Papa in epiſt. ad Eleuterū. in fine. & Pelagius II. in prima epiſto. circa finem.

ſ ¶ *Sunt tractandæ.* Deciſ. Cardi. 183. Congregatio Concilij cenſuit, cauſam etiam criminalem aduerſus clericum, quamuis conſentientem non poſſe abſque ſpeciali commiſsione Papę ſignata in prima inſtantia à D. A. C. cognoſci, niſi Epiſcopus quoque conſentiat. ¶ Item deciſ. Card. 21. Congregatio Concilij

censuit,decreto eiusdem Concilij cap.20.vers.ad hæc sess.24.nõ esse sublatam immemorabilem consuetudinem secundùm quã inferiores Episcopo cognouerint causas matrimoniales,& criminales;ideòq;si huiusmodi immemorabilem consuetudinem tribus sententijs conformibus probauerint non esse impediendos eam exercere. Cæterùm antequam huiusmodi probationẽ per tres sententias conformes ad præscriptum iuris legitimè præstiterint Episcopum,intra cuius diœcesis fines is inferior existit,debere huiusmodi iurisdictionem exercere. Decis. Card. 223. Congregatio Concilij censuit,in causis nullitatis professionis, quæ infra biẽnium ab Ordinario,& superiore regulari non terminantur esse locum decreto Concilij,capit. 20. sessio. 25. in princ. versi. atque omninò. ¶ Item decis Car. 228. Congregatio Concilij censuit, iurisdictionem criminalem, quam N. Archipresbyter prætendit sibi ademptam esse, nisi probaret per tres sententias conformes, se ab immemorabili tempore eam iurisdictionem exercuisse: interim verò, quod huiusmodi probationem, per tres sententias conformes præstiterit, Archiepiscopum,intrà cuius diœceseos fines Archipresbyteratum existere proponitur,debere eam iurisdictionem exercere.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, c.20.de reform.

Iudicium causarum matrimonialium,& criminalium ad Episcopum duntaxat, non ad inferiores spectat:nec earum cognitionẽ potest quisquã Episcopo præcipere sub pœnis in decreto contentis. Hoc dicit.

CAPVT VII.

Causæ matrimoniales,*t* & criminales *u* non Decani, Archidiaconi, *a* aut aliorum inferiorum iudicio, *b* etiam visitando, sed Episcopi tantùm examini, & iurisdictioni relinquantur,etiam si in præsenti inter Episcopum, *c* & Decanum,seu Archidiaconũ, *d* aut alios inferiores super causarum istarum cognitione lis aliqua,in quacunque instantia pendeat,coram quo si pars verèpaupertatem probauerit,non cogatur extra Prouinciam, nec in secunda,nec in tertia, instantia in eadem causa matrimoniali litigare: nisi pars altera, & alimenta, & expensas litis velit subministrare. Legati quoque etiam de Latere Nuncij, Gubernatores Ecclesiastici, aut alij quarũcumque facultatũ vigore, non solùm Episcopos in prædictis

ctis cauſis impedire, aut aliquo modo eorum iuriſdictionem ijs præcipere, aut turbare non præſumant: ſed nec etiam contra clericos aliàſue perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo prius requiſito, eoque negligente procedant, aliàs eorum proceſſus, ordinationèſue nullius momenti ſint atque ad damni ſatisfactionē partibus illati teneantur.

SVPER CAPVT VII.

1 ¶ *Cauſæ matrimoniales.* Decla. Card. Hoc decretum non repugnat, quin Abbatibus habentibus iuriſdictionem pleno iure ſpiritualem, & temporalem cauſę matrimoniales & criminales cōmitti poſsint, & debeant. Dubitatur, an hoc decretum fuſtuleritetiam res iudicaras, quæ innitantur priuilegijs ante Concilium ipſum obtentis? Congregatio die 9. Aprilis. 1597. in vna Salmantina cē ſuit, negatiuè, nō ſuſtuliſſe: quia ſententia cum innititur priuilegio, non dat plus roboris priuilegijs, quam de ſe habeant, ſed ſolùm imponit finem liti. An conſtitutiones editæ in Synodo diœceſana Hiſpalenſi debeant executioni demandari, pendente iudicio in Rota ſuper earum nullitate, & prætenſis attentatis? Reſpondit Congregatio, non videntur poſſe executioni demandari prædictæ conſuetudines, quia regulariter nullitatis exceptio retardat executionem. l. ſi præter. §. Marcellus. ff. de iudicijs. l. contra maiores. C. de in officioſo teſtamen. latè Iaſ. inl. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata, & præſertim quando nullitas prætenditur proueniens ex defecto iuriſdictionis, & not. Iaſ. vbi ſup. nu. 2. quia donec pendet iudicium attentatorum, non poteſt procedi in cauſa principali, Afflict. deciſ. 19. n. 3. ſuſpendit enim cauſam tāpetitorij, quàm poſſeſſorij, Caſſad. deciſ. 4. de dilat. Tertiò, quia pēdente appellatione nihil eſt innouandum, toto. tit. ff. lit. pœn. nihil. innou. c. non ſolùm. de apell. in 6. c. appellatione inter poſita, in prin. 2. quæſt. 6. DD. l. 1. C. de bon. poſſ. Cod. in ſuis memor. ver. appellatio. Ita fuit reſolutum in Congregatione die Iouis. 26. Aprilis. 1589. ¶ Congregatio cenſuit, non ſuſtuliſſe Concilium immemorabilem conſuetudinem, & ideò ſi archipresbyter legitimè probauerit admittendus exercere hanc iuriſdictionem, exerceat. ¶ Item deciſ. Cardin. 245. Congregatio Concilij cenſuit archipresbytero, qui nulliusdiœceſeos exiſtat, & omnimodam iuriſdictionem Epiſcopalē habeat, diſpēſationes matrimoniales, atque literas in forma ſignificauit, prò

fuis subditis committendas esse.

s ¶ Et criminales. Declar. Card. Nisi essent in quasi possessione immemorabili, cui in hoc Concilium non derogauit. Item in exigendo pœnam ab obseruatoribus dierum festorum. Nec quasi possessio immemorabilis retinebanda coram eodem Episcopo, & interim Episcopus ipse, & solus iurisdictionem exerceat.

t ¶ Decani, Archidiaconi. Declaratio Cardinalium. Hoc de sectilibus voluit Congregatio intelligendum, non de Regularibus. Etsi in fuerint Decani capitulorum, ex quorunque priuilegio Apostolico: sed per hoc non intelligitur, qui isti Decani possint visitare subditos suos. Hoc decretum non se extendit ad illos, qui nullius dioeceseos sunt.

An hoc decretum se extendat ad Decanum, & capitulum aborum ordinaria iurisdictione exemptos, & quibus ex priuilegio Apostolico, & consuetudine etiam immemorabili cauetur, & contra verfiarium, contra & in ipsos, per sonsque ipsis subiectas ratione contractus, nec seruetur delictorum emergentium cognitio cum petitur? Congregatio censuit, nō se extendere, nec etiam ab eos, qui hinc immemorabilem consuetudinem habent. ... ¶ An comprehendantur super hoc capite Abbates, Præpositi, seu Archipresbiteri nullius dioeceseos, qui ordinariam iurisdictionem ab immemorabili tempore citra fungantur? Congregatio censuit, non comprehendi eos, qui nullius dioeceseos sunt.

Quando inferiores Ordinarij possunt procedere in criminalibus, si legitime conster de immemorabili quasi possessione archipresbyteri in cognoscendi decidendi que causis criminalibus suorum clericorum, decretum hoc non derogauit huic immemorabili quasi possessioni, vnde in ea archipresbyter conseruādus. Hoc decretum non tollit, vetuti si Archidiacono competat omnes oblationes, quæ ex benedictionibus nubentium percipiuntur, huiusmodi iurisdictiones, dummodo actus benedictionis relinquatur his, quibus ex decreto Concilij sess. 24. c. 1. de refor. matrimonij competit.

b ¶ Aut aliorum inferiorum inferiorum. Declaratio Card. Non cōprehenduntur inferiores Prælatis, qui sunt nullius dioeceseos. An facta visitatione, & seruatis de iure seruandis possit copi vnus ab innocentiam, & ex eadem causa co-

Digitized by Google

coram Episcopo denuo purgare, & an debitè punitus, ab eodem denuò possit puniri? Congregatio censuit, non posse.

e ¶ *Etiam si in præsenti inter Episcopum.* Declar. Cardin. Sepiusres ponsum est, hoc decretum Concilij non sustulisse immemorabilem consuetudinem, & idcircò si illi inferiores legitimè probauerint, sinendi sunt exercere huiusmodi iurisdictionem, interea tantum, dum illi immemorabilem consuetudinem probauerint. Episcopi soli hanc exercere debeant, cum pro Episcopo sunt; regula, mens, verba, & ratio Concilij, & legitimè probatur, quod per tres sententias probatum est.

d ¶ *Seu Archidiaconum.* Declar. Car. Hoc procedit in decanis, qui sunt in diœcesi Episcoporũ, non illius, qui nullius diœceseos. Et voluit Congregatio. Decani, & alij Dignitates obtinentes, qui ex aliqua immemorabili consuetudine causas matrimoniales, & criminales cognoscere solent, adhuc possunt, sicut prius, quia Concilium non sustulit immemorabilem Decretum huius capituli, non sustulit immemorabilem consuetudinem, & idcircò si Archidiacòni, & Abbates causa legitimè probauerint, sunt sinendi exercere iurisdictionem criminalem, & matrimonialem. ¶ Dum autem hæc immemorabilis, seu prædicta cognitio causarum ad Episcopum spectat. Quod Decani, & cæteri hic nominati, non possunt cognoscere causas matrimoniales, hoc etiam procedit, si essent exempti. ¶ Si autem illi Decani, Archidiaconi, & cæteri hic expressi, haberẽt aliquod emolumentum in benedictione annulorum pro matrimonijs, vel alijs similibus, Concilium nihil eis præiudicauit, remanere tamen salua dispositione Capituli sup. eadem sess. de refor. matrim.

Item sessione vigesima quinta, cap. 20. de reform.

Iudices quanta potuerint breuitate terminare debent causas. Hoc dixit.

CAPVT VIII.

Admonet sancta Synodus, tã Ordinarios, quàm alios quoscunque iudices, vt terminandis causis, quanta fieri poterit breuitate studeant, ac litigatorum artibus, seu in litis contestatione, seu alia parte iudicij differenda, modis omnibus, aut terminipræfixione, aut competente alia ratione occurrant.

De foro competenti.

TITVLVS VI.

In sessione decima quarta, Cõcil. Trident. cap. 5. de refor.

Per legitimos arbitros debet terminari controuersia orta, super suspicione iudicis, aut cõpetentia iurisdictionis. Hoc dicit.

CAPVT I.

SI in his causis, in quibus habens literas conseruatorias reus fuerit, contigerit, vt electus ab eo conseruator, ab actore suspectus esse dicatur, aut si qua inter ipsos iudices, conseruatorem, & ordinarium controuersia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros, in forma iuris electos super suspicione iurisdictionis fuerit iudicatum.

Item sessione vigesima tertia, cap. 6. de reform.

Non quicunque prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus pertinet ad fo-
rum Ecclesiasticum. Hoc dicit.

CAPVT II.

Prima tonsura initiatus, *a* aut etiam in minoribus ordinibus cõstitutus fori priuilegio non gaudeat, nisi beneficium *b* Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, *c* & tonsuram *d* deferens, alicui Ecclesiæ *e* ex mandato Episcopi inseruiat, vel inseminario clericorum, aut in aliqua schola, vel Vniuersitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur.

De foro competenti.

SVPER CAPVT II.

a ¶ *Prima tonsura initiatus*. Decis. Cardin. 81. licet clerici in minoribus dumtaxat ordinibus constituti, si beneficium Ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes, aliud Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiant, vel in seminario, aut aliqua Schola, vel Vniuersitate de licentia Episcopi versentur, fori iudicis laici declarari non possint, non tamen propterea Congregatio Concilij censuit, obstare Episcopo, quominus iure suo in huiusmodi clericos delinquentes, si adhuc clerici permanent, possit animaduertere. Item decis. Card. 144. Con-

gre-

gatio Concilij censuit, vt clericus fori priuilegio gaudeat, requiri, & sufficere ea, quæ aliquo ex infra prædictis capitibus sigillatim sunt annotata, quod obtineat beneficiũ Ecclesiasticum: quod clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiat: quod clericalem habitum, & tonsuram deferens in aliquo seminario de licentia Episcopi degat. Quod in habitu, & tonsura incedens in aliqua Schola de licentia Episcopi versetur. ¶ Quod habitum, & tonsuram gestans in aliqua Vniuersitate de licentia Episcopi versetur. ¶ Si verò, quæ in aliquo ex capitibus comprehensa sunt, in clerico concurrant, sed aliqua occasione habitum à se gestari solitum, ad breue tempus deposuerit nonideò fori priuilegium amittere. An verò habitus sit clericales ad iudicis Ecclesiastici cognitionem pertinere; quibus autem casibus clericus ex decreto Concilij fori priuilegio non gaudet, nullam requiri monitionem, vt illud ammittat.]

Item decisio Cardinalium 147. Congregatio Concilij censuit, clericum prima tonsura insignitum habitum clericalem, & tonsuram deferentem, nec alicuius Ecclesiæ seruitio de mandato Episcopi descriptum, licèt fori priuilegio hõgaudeat, gaudere tamen beneficio. c. Odoardus.

Item decis. Cardin. 148. Congregatio Concilij censuit, obtinentem pensionem haberi pro clerico beneficiato ad effectum priuilegij fori. ¶ Item decis. Cardin. 165. Congregatio Concilij censuit, clericum primæ tonsuræ, qui post dimissum habitum, & tonsuram clericalem deliquit, & pro eo delicto in Curia seculari citatus fuit, deinde reassumpto habitu, & tonsura Ecclesiæ sèruire cœpit, iuxta cap. 6. sess. 23. non posse iudicem laicum processui finem imponere, & contra illum realiter procedere.

b ¶ *Beneficium.* Declar. Cardin. Congregatio censuit, idem in pẽsione clerici, qui in decreto hoc Concilij priuilegio fori priuantur, priuilegio tamen Canonis non intelliguntur priuati.

c ¶ *Aut clericalem habitum.* Decl. Card. Prouisio in tertio decimo anno ætatis de canonicatu in Ecclesia collegiata, vbi vigore statuti Ecclesiæ prouisi ante realem possessionẽ, & fructuũ perceptionẽ tenẽtur portare habitũ, & tõsurã per bienniũ, obstat hoc decretum. Ita censuit Congregatio die 14. Augusti, anno 1586. clericus in minoribus non beneficiatus, nisi incedat in habitu quãuis sit adscriptus, nõ gaudet priuilegio fori, licèt non sit monitus.

d ¶ *Et tonſuram.* Decla. Cardin. Nec ſufficit corona, ſeu tonſura ſine habitu, ſed copulatiuè requiritur vtrunque, Geminia. in cap. ſi iudex, verſi. idem, de ſenten. ex cõmunicatio. in 6. Habitus quoque debet eſſe decens, & vſque ad talos hodie; ex huius decreti præſcripto, nec monitio requiritur, nec habitus, & tonſura ſufficiunt, niſi etiam alicui Eccleſiæ inſeruiant. Et ita Congregatio cenſuit, in vna Metropolitana, & altera adiacentium.

e ¶ *Alicui Eccleſiæ.* Decl. Cardi. Hæc verba important, vt clericus, qui diu ſine habitu, & tonſura incedẽs Eccleſiæ alicui, etiã de mandato Epiſcopi inſeruit ipſo facto, ſine aliqua monitione præcedente, amittat fori priuilegium, attenta mente Concilij, quæ ad tollendum penitus voluit hoc abolere, licèt hoc etiam approbetur à iure communi; vt tenuit Couar. lib. practic. quæſt. cap. 33. numero 2. & ita cenſuit Congregatio die 16. Nouembris, 1581. ¶ An clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, & in habitu, & tonſura incedens, ac de mandato Epiſcopi inſeruiens capellæ, quæ in Eccleſia exiſtit, & ab ipſo Epiſcopo confraternitati laicorum pro oratorio aſsignata eſt, gaudeat priuilegio fori ex hoc capite? Congregatio Concilij cenſuit, gaudere, & dato quòd gaudeat, an idem cenſendum ſit, ſi ſeruitium non continuatum, ſed aliquo impedimento neceſſario interpellatum præſtiterit? Congregatio Concilij cenſuit, gaudere. ¶ De iure communi fuit dubitatum, an clericus deferens habitum, vel tonſuram, vel ſimul vtrunque propter delicta priuetur priuilegio clericali? Tu diſtingue, ſi eſt in ſacris, retinet priuilegium, ſed punitur. Innocent. in cap. 1. de Apoſt. ſi eſt in minoribus ordinibus, & deliquit, non priuatur priuilegio fori, niſi poſt trinam monitionem, cap. ad audientiam, de ſententia excommunicationis, cap. vltim. de vita & honeſtate clericorum, Innocent. in dict. cap. 1. niſi ſe immiſceat enormitas, putà quòd ſit ſeditioſus, quo caſu ipſo facto priuatur priuilegio, per gloſſam in cap. perpendimus, eodem titulo. ¶ Clericus non beneficiatus, qui incedens in habitu, & tonſura inſeruit alicui Eccleſiæ, ſi fuerit cum armis deprehenſus, non caret fori priuilegio. Sic fuit deciſum anno 1586. ex cap. ad audientiam, de ſentent. excommunic. ¶ Cui rõ ſeruata fuit penſio, vt clerico, ſi non incedat in habitu, & tonſura, non gaudet priuilegio fori; fuit deciſum die ſupradicto

ex

ex eo, quòd Concilium Tridentinum corrigit ius commune, & tres casus excipit per dictionem (nisi.) ¶ An clericus primæ tonsuræ præsentatus ad capellam sacerdotalem, qui super tali præsentatione obtinuit à Papa nouam prouisionem, etiam in vim motus proprij, possit in suis causis ciuilibus gaudere priuilegio fori, quamuis possessionem beneficij non habeat propter intrusum contra quem litem mouit? Congregatio die 16. Iunij 1587. censuit, gaudere.

De accusationibus, inquisition. & denuntiat.

TITVLVS VII.

¶ In sessione sexta Concil. Trident. c. 3. de refor.

Ordinarij locorum corrigere conentur quoscunque Ecclesiasticos delinquentes, etiam Regulares extra Monasterium degentes. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Ecclesiarum Prælati *a* ad corrigendum subditorum excessus prudenter, ac diligenter intendãt; & nemo secularis clericus cuiuscuis personalis, vel Regularis extra Monasterium degens, *b* etiam sui Ordinis priuilegij prætextu, totius censeatur, quominus si deliquerit *c* ab Ordinario loci, *d* tanquam super hoc à Sede Apostolica Delegato secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat.

De accus. inquis. & denuntiat.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Ecclesiarum Prælati.* Concordat cap. cum propriè, sup. de vita, & honest. cum ibidem allegatis, c. omnes, infr. eod.

b ¶ *Extra Monasterium degens.* Decl. Card. Intellige de degente sine licentia superioris, vide c. 4. sess. 25. de Regul. Fuit dubitatũ, vtrum existens in aliqua domo ad erectionem Monasterij destinata, comprehendatur in hoc decreto? Et fuit resolutum sub die 24. Maij, 1588. quòd licet ibi existerent de licentia suorum superiorum: tamen si non haberent in dicta domo Priorem, seu Guardianum, & non viuerent iuxta institutum regulæ illius Religionis, comprehendantur in dicto decreto, & ab Ordinario puniri possunt. ¶ Episcopi in hoc decreto agere possunt contra omnes, professoribus Militiarum Hierosolymitanarum exceptis ob priuilegium Pij V. etiamsi dicti

Milites extra locum ſuorum Ordinum, cum licentia ſuorum ſuperiorum, degerent. Idem cenſuit Congregatio in omnibus aliis regularibus, qui degunt extra Monaſterium, etiam cum licentia ſuorum ſuperiorum, ſi deliquerint, poſſe puniri à locorum Ordinarijs, iuxta hoc decretum.

c ¶ *Si deliquerit.* Decl. Card. Regulares degentes de licentia ſuperioris in domo ad erectionem Monaſterij deſtinata, an comprehendantur ſub hoc cap. adeò, vt ſi deliquerint, ab Ordinario puniri, & corrigi valeant? Congregatio cenſuit anno 1588. non poſſe, ſi in ea domo ſub ſuperiore conuentualiter viuant.

d ¶ *Ab Ordinario loci.* Declaratio Cardi. Presbyter delinquens in ſua diœceſi, ſi in altero loco comperiatur, ad ſuum Ordinarium remitti debet.

¶ Eadem ſeſſione ſexta, c. 4. de reform.

Capitula maiorum Eccleſiarum omninò ſubijciuntur viſitationi Epiſcoporum; ſeruatis tamen concordijs ab autoribus eorum. Hoc decit.

CAPVT II.

¶ Capitula Cathedralium, *e* & aliarum maiorum Eccleſiarũ, *f* aliorumque perſonæ *g* nullis exemptionibus, *h* conſuetudinibus, ſententijs, iuramentis, concordijs, *i* quę tãtũ ſuos obligent autores, non etiam ſucceſſores, tueri ſe poſsint: quominùs à ſuis Epiſcopis, *k* & alijs maioribus Prælatis per ſe ipſos ſolos, *l* vel aliis, quibus ſibi videbitur adiungere, *m* iuxta Canonicas ſanctiones, toties quoties opus fuerit, viſitari, corrigi, & emendari, *n* etiam autoritate Apoſtolica, poſſint, & valeant. *o*

SVPER CAPVT II.

e ¶ *Capitula Cathedralium.* Declarat Card. Epiſcopus ſua Capitula viſitare poteſt, & corrigere, ſi non ſunt exempta: ſi verò exẽpta eſſent, ſeruanda eſt forma præſcripta à Concilio ſeſſ. 25. c. 6. de reformat. Item decis. Cardin. 117. Congregatio Concilij cenſuit, in viſitatione, quando fit inquiſitio, quæ præparatoria vocatur non licere Epiſcopo ad detegenda viſitandorum peccata per edicta publica monere homines ſub excommunicationis pœna ad reuelandum, neque in ea exigere iuramentum à viſitatis, cæterum cum viſitare voluerit illos, qui ſunt de capitulo, teneri ad locum Epiſcopum accedere, vbi Capitulares ſe congregare conſueuerunt, ſi id commo

dè

dẽ fieri poſsit, ſin minus, ad locũ congruum, non tamen teneri accedere ad locũ capituli, quoties proſequi voluerit viſitationem alicuius particularis perſonæ de capitulo, & ſi Epiſcopus viſitauerit ad morum correctionem, & emendationem, vtique non poſſe non compilato proceſſu, nec ſeruatis de iure ſeruandis pœnam ordinariam infligere.

f ¶ *Aliarum maiorum Eccleſiarum*. Decl. Card. Nec etiam Collegiatarum.

g ¶ *Illorumque perſonæ*. Declar. Card. Ita reſolutum à Congregatione nõ obſtantibus priuilegijs ex fundatione. ¶ Præſuppoſito, quòd res & bona capitulorum ſunt exempta à iuriſdictione Epiſcopi, an ſicut Epiſcopus viſitare poteſt capitula, ita etiam poſsit res & bona, rerumq́ue & bonorum adminiſtratores viſitare. Cõgregatio die 6. Iunij, 1587. cẽſuit, Epiſcopum in viſitatione formali poſſe res, rerumq́ue adminiſtratores viſitare, aliàs deluſoria eſſet viſitatio, ſi negligentes, & bonorum vſurpatores non caſtigaret. Archid. in cap. 1. de cenſibus in 6. Fuſ. in ſuo tracta. de viſita. libr. 1. cap. 15. n. 30. & alibi.

h ¶ *Nullis exemptionibus*. Decl. Card. Si capitula erunt exempta tenentur ſeruare decreta illius Concilij Prouincialis, cui interfuit eorum Epiſcopus.

i ¶ *Concordijs*. Decl. Car. Fuit reſolutũ à Rota, & à Congregatione Concilij ex mente Gregorij XIIJ. hunc textum non tollere concordias confirmatas à Sede Apoſtolica. Præſeruatæ tamen fuere concordiæ confirmatæ ex certa ſcientia, non autem illi in forma cõmuni, cum indiſtinctè concedãtur ab officio contradictarum citrà ſcientiam Pontificis. An per Cõcilium ſeſsione 6. cap. 4. & ſeſsione 25. cap. 6. derogatum ſit concordijs non cõfirmatis per Sedem Apoſtolicam? Congregatio cẽſuit, derogatum eſſe cõcordijs, præter quam confirmatis à Sede Apoſtolica: reliquos ſuos dũtaxat tenere autores gloſſa in capite veniens, de tranſactionibus. Alexand. conſilio 62. volumin. primo. ¶ Extat in Eccleſia Abulenſi ſtatutũ, quo datur forma procedendi in cauſis criminalibus, vbi agitur de corrigendo beneficiatos Eccleſiæ tãm in viſitatione, quâm extra, & in multis caſibus ſoli Epiſcopo iuriſdictio tribuitur. Iſtud ſtatutũ non eſt certa ſciẽtia à Sede Apoſtolica confirmatum, poſtquam nec Papa id exprimit, nec ſtatuti tenor, vel illius ſubſtantia ſaltem compendioſè in confirmatione refertur. Roman. latè conſ. 327. numero 7. & ſequenti. & conſi. 336. poſt numerum 2. Panormit. conſil. 102. num. 3. lib. 1.

maxi-

Digitized by Google

maximè, quia licita & honesta tã tũ confirmantur, quòd solùm fatis ostendit, confirmationem esse in forma cõmuni Panormita. in extrau. n. 6. de confir. vtil. vel inutil. Imol. in c. penult. ad fin. eod. tit. Alex. consil. 1. post nu. 11. lib. 5. & quod fortius est, nec etiam in ipsa confirmatione statutum istud aliquo modo designatur, nec quicquam exprimitur, quo Pontifex verisimiliter intelligere potuit in eo statuto de iurisdictione agi, sub nube, ac verborum inuolucro narrata prius substantia aliorũ quorundã statutorum alio pertinentiũ quod materiam iurisdictionis omnia statuta Ecclesiæ confirmantur. Vnde indubitatũ est confirmationẽ illã nõ esse ex certa scientia, vt in specie de statutis generaliter confirmatis tradit Alexand. consilio 59. num 8. libro 1. Bursatus consilio 108 nume. 25. lib. 1. Hisstantibus, credimus confirmationem illam non suffragari, quominus ex Concilio Tridentino fuerit sublatam statutum hoc, nam etsi sacra Congregatio iam resoluit statuta cõfirmata nõ esse à Cõcilio reuocata, quod aliter tenuit Rota in illa Palentinæ iurisdictionis, de qua per Achil. decisio prima de confirmation. vtil vel inutil. & passim seruatur, illud tamen non videtur recipiendum, vtquo libet statutorum confirmatio, etiam in forma communi, ad præseruanda statuta sufficiat: cum istius generis cõfirmatio parũ, vel nihil operetur. Cardina. consilio 44. nu. sexto. Imola dicto capite penulti. in fin. de confirmatio. vtil. & inutil. Curtius Iunior cõsilio 312. num. 6. multoque minus videtur illud recipiendum, quando (vt in casu nostro) sub inuolucro, & generaliter omnia statuta confirmãtur, ex eo, quod optimè in proposito scribit Bartolus in l. explicatio. col. 5. num. 12. in fin. C. de rerum permut. vbi ait, quod statuta non dicantur Papalia si illa generaliter fuerint confirmata: secus si aliquod statum in indiuiduo confirmetur, vt sequitur Aretinus consil. 8. post. num. 6. Hoc enim casu, cum nõ videatur concurrere duplex vinculum, saltem considerabile, cessat ratio, qua mota fuit Cõgregatio ex dictis Achil. descripta, & glos. in Clem. dudum. vers. pacta. de sepult. ibi, quod derogatio pactorum non trahitur ad cõfirmata: nã hoc intelligendum est de confirmatis in indiuiduo, & cũ causæ cognitione: quo casu vinculũ duplex videtur cõsiderabile vt glos. sentit, dum præsupponit sentẽtiã etiã fuisse latam pro validitate pacti, & in illa Palentinæ iurisdictionis totus tenor cõcordiæ erat insertus in confirmatione, prout etiam in confirmationibus tunc

tunc scriptis videre licet. Et cum materia ista, an decreta Concilij sustulerint, nec ne concordias cõfirmatas; fuit semper dubitabilis, nisi sacra Congregatio omnem controuersiam diluisset, & magna hinc inde argumenta adferri possint, maximèque vigeant verba Concilij presenti decreto ibi, nullis concordijs: quæ verba ad sui generalitatem trahuntur etiã ad concordias confirmatas secũdum Bonifacium in dict. Clem. dudum, §. nos etiam, num. 14. nõ debet tam facilè declaratio sacræ Congregationis trahi ad eas concordias, quarum confirmatio nõ solùm non fuit obtenta ex certa scientia, sed nec in individuo. Quare vt omnis disputandi materia tollatur, & clarius appareat, quid illustrissimi in hoc articulo sentiant, supplicamus in sacra Congregatione proponi. An cõfirmatio statutorum Ecclesiæ Abulen. sit talis, quæ præseruet statutum eiusdem Ecclesiæ, vt non includatur sub decreto Concilij sess. 6. cap. 4. & sess. 25. cap. 6. vel potius huic statuto ex decretis prædictis censeatur derogatum? ¶ Præsuppositò decreto sacræ Congregationis, quòd concordiæ à Sede Apostolica confirmatæ non censeantur sublatæ per Concilium præsenti cap. die Iouis, 3 Nouembris, 1586. Congregatio auditis vtrinque aduocatis, eorumque rationibus diligenter perpensis, censuit illas tãtum confirmatas intelligi præseruatas in decretis Concilij, quæ emanarunt ex certa scientia, & cum causæ cognitione.

k ¶ *A suis Episcopis*. Declarat Card. Non autem à Vicarijs etiã generalibus. Si Episcopus velit visitare ex hoc decreto, debet id personaliter agere: secùs si ex alijs Concilij decretis, cum per suum Vicarium id agere possit, aut Visitatorem, si modò legitimè impeditus fuerit, vt permissum est infr. sess. 25. cap. 6. etiam si de visitandis exemptis ageretur dict. cap. exemptiones tollat, etiamsi de visitandis Hospitalibus iuxta cap. 8. sess. 22 sub collectores, & alij officiales Sedis Apostolicæ minimè comprehenduntur, neque quoad ostensionem titulorum sub hoc decreto.

l ¶ *Per se ipsos solos*. Declar. Car. Quando solus Episcopus, cum quibus Notario, & Fiscali, quo in loco, & quæ crimina, vide infra sess. 25. cap 6.

m ¶ *Quibus sibi videbitur adiunctis*. Declar. Cadin. Episcopus potest in visitatione personarum sui capituli assumere adiunctos in actu visitationis, quos velit etiam extra gremium capituli. An Episcopi, incumbẽtes correctioni, & visitationi exemptorum, vigore facultatis eis, tanquam Sedis

fuis subditis committendas esse.

¶ *Et criminales.* Declar. Card. Nisi essent in quasi possessione immemorabili, cui in hoc Concilium non derogauit. Item in exigendo pœnam ab obseruatoribus dierum festorum. Nec quasi possessio immemorabilis retinenda coram eodem Episcopo, & interim Episcopus ipse, & suis iurisdictionem exerceat.

a ¶ *Decani, Archidiaconi,* Declaratio Cardinalis. Hoc de secularibus valuit Congregatio intelligendum, non de Regularibus. Etiam si fuerint Decani capitulorum, ex quocunque priuilegio Apostolico: sed per hoc non intelligitur, qui isti Decani possint visitare subditos suos. Hoc decretum non se extendit ad illos, qui nullius diœceseos sunt.

An hoc decretum se extendat ad Decanum, & capitulum ab ordinaria iurisdictione exemptos, & cuius ex priuilegio Apostolico, & consuetudine etiam immemorabili cauetur, & contra uerfiatur, contra & in ipsos, per sonasque ipsis subiectas ratione contractus, nec seruetur delictorum emergentium cognitio cum petitur? Congregatio censuit, nō se extendere, nec etiam ab eos, qui hinc immemorabilem consuetudinem habent. ¶ An comprehendantur super hoc capite Abbates, Præpositi, seu Archipresbiteri nullius diœceseos, qui ordinariam iurisdictionem ab immemorabili tempore citra funguntur? Congregatio censuit, non comprehendi eos, qui nullius diœceseos sunt.

Quando inferiores Ordinarii possunt procedere in criminalibus, si legitime conster de immemorabili quasi possessione archipresbyteri in cognoscendi decidendisque causis criminalibus suorum clericorum, decretum hoc non derogauit huic immemorabili quasi possessioni, archipresbyteri, in cognoscendis, deridendisque causis criminalibus suorum clericorum, decretum hoc non derogauit, huic immemorabili quasi possessioni, vnde in ea archipresbyter conseruādus. Hoc decretum non tollit, vetus ius Archidiacono competens omnes oblationes, quæ ex benedictionibus nubentium percipiuntur, huiusmodi iurisdictiones, dummodo actus benedictionis relinquatur his, quibus ex decreto Concilij sess. 24. c. 1. de refor. matrimonij competit.

b ¶ *Aut aliorum inferiorum iudicio* Declaratio Card. Non comprehenduntur inferiores Prælati, qui sunt nullius diœceseos. An facta visitatione, & seruatis de iure seruandis possit eorum visitatio innocentiam, & ex eadem causa co-

Digitized by Google

coram Epiſcopo denuò purgare, & an debitè punitus, ab eodem denuò poſsit puniri? Congregatio cenſuit, non poſſe.

c ¶ *Etiam ſi in præſenti inter Epiſcopum.* Declar. Cardin. Sepiùs reſponſum eſt, hoc decretum Concilij non ſuſtuliſſe immemorabilem conſuetudinem, & idcircò ſi iſti inferiores legitimè probauerint, ſinendi ſunt exercere huiuſmodi iuriſdictionem, interea tantum, dum illi immemorabilem conſuetudinem probauerint. Epiſcopi ſoli hanc exercere debeant, cum pro Epiſcopo ſunt; regula, mens, verba, & ratio Concilij, & legitimè probatur, quod per tres ſententias probatum eſt.

d ¶ *Seu Archidiaconum.* Declar. Car. Hoc procedit in decanis, qui ſunt in diœceſi Epiſcoporũ, non illius, qui nullius diœceſeos. Et voluit Congregatio. Decani, & alij Dignitates obtinentes, qui ex aliqua immemorabili conſuetudine cauſas matrimoniales, & criminales cognoſcere ſolent, adhuc poſſunt, ſicut prius, quia Concilium non ſuſtulit immemorabilem Decretum huius capituli, non ſuſtulit immemorabilem conſuetudinem, & idcircò ſi Archidiaconi, & Abbates cauſa legitimè probauerint, ſunt ſinendi exercere iuriſdictionem criminalem, & matrimonialem. ¶ Dum autem hæc immemorabilis, ſeu prędicta cognitio cauſarum ad Epiſcopum ſpectat. Quod Decani, & cæteri hic nominati, non poſſunt cognoſcere cauſas matrimoniales, hoc etiam procedit, ſi eſſent exempti. ¶ Si autem illi Decani, Archidiaconi, & cæteri hic expreſsi, haberẽt aliquod emolumentum in benedictione annulorum pro matrimonijs, vel alijs ſimilibus, Concilium nihil eis præiudicauit, remanere tamen ſalua diſpoſitione Capituli ſup. eadem ſeſ. de refor. matrim.

Item ſeſsione vigeſima quinta, cap. 20. de reform.

Iudices quanta potuerint breuitate terminare debent cauſas. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Admonet ſancta Synodus, tã Ordinarios, quâm alios quoſcunque iudices, vt terminandis cauſis, quanta fieri poterit breuitate ſtudeant, ac litigatorum artibus, ſeu in litis conteſtatione, ſeu alia parte iudicij differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competente alia ratione occurrant.

De foro competenti.

TITVLVS VI.

In sessione decima quarta, Cōcil. Trident. cap. 5. de refor.

Per legitimos arbitros debet terminari controuersia orta, super suspicione iudicis, aut cōpetentia iurisdictionis. Hoc dicit.

CAPVT I.

SI in his causis, in quibus habens literas conseruatorias reus fuerit, contigerit, vt electus ab eo conseruator, ab actore suspectus esse dicatur, aut si qua inter ipsos iudices, conseruatorem, & ordinarium controuersia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa proceda tur, donec per arbitros, in forma iuris electos super suspicione iurisdictionis fuerit iudicatum.

Item sessione vigesima tertia, cap. 6. de reform.

Non quicunque prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus pertinet ad fōrum Ecclesiasticum. Hoc dicit.

CAPVT II.

Prima tonsura initiatus, *a* aut etiam in minoribus ordinibus cōstitutus fori priuilegio non gaudeat, nisi beneficium *b* Ecclesiasti cum habeat, aut clericalem habitum, *c* & tonsuram *d* deferens, alicui Ecclesiæ *e* ex mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel Vniuersitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur.

De foro competenti.

SVPER CAPVT II.

a ¶ *Prima tonsura initiatus*. Decis. Cardin. 81. licet clerici in minoribus dumtaxat ordinibus constituti, si beneficium Ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes, aliud Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiant, vel in seminario, aut aliqua Schola, vel Vniuersitate de licentia Episcopi versentur, fori iudicis laici declarari non possint, non tamen propterea Congregatio Concilij censuit, obstare Episcopo, quo minus iure suo in huiusmodi clericos delinquentes, si adhuc clerici permanent, possit animaduertere. Item decis. Card. 144. Congre-

gatio Concilij cenſuit, vt clericus fori priuilegio gaudeat, requiri, & ſufficere ea, quæ aliquo ex infra præditis capitibus ſigillatim ſunt annotata, quod obtineat beneficiū Eccleſiaſticum: quod clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat: quod clericalem habitum, & tonſuram deferens in aliquo ſeminario de licentia Epiſcopi degat. Quod in habitu, & tonſura incedens in ali qua Schola de licentia Epiſcopi verſetur. ¶ Quod habitum, & tonſuram geſtans in aliqua Vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſetur. ¶ Si verò, quæ in aliquo ex capitibus comprehenſa ſunt, in clerico concurrant, ſed aliqua occaſione habitum, & ſe geſtum ſolitum, ad breue tempus depoſuerit, non ideo fori priuilegium amittere. An verò habitus ſit clericalis ad iudicis Eccleſiaſtici cognitionem pertinere; quibusuis tamen calibus clericus ex decreto Concilij fori priuilegio non gaudet, nullam requiri monitionem, vt illud amittat. 3

Item decſio Cardinalium 147. Congregatio Concilij cenſuit, clericum prima tonſura inſignitum habitum clericalem, & tonſuram deferentem, nec alicuius Eccleſiæ ſeruitio de mandato Epiſcopi deſcriptum, licèt fori priuilegio non gaudeat, gaudere tamen beneficio. c. O doardus.

Item decſi. Cardin. 148. Congregatio Concilij cenſuit, obtinentem penſionem haberi pro clerico beneficiato ad effectum priuilegij fori. ¶ Item decſi. Cardin. 167. Congregatio Concilij cenſuit, clericum primæ tonſuræ, qui poſt dimiſſum habitum, & tonſuram clericalem delinquit, & pro eo delicto in Curia ſeculari citatus fuit, deinde reaſſumpto habitu, & tonſura Eccleſiæ ſeruire cœpit, iuxta cap. 6. ſeſſ. 23. non poſſe iudicem laicum proceſſui finem imponere, & contra illum realiter procedere.

b ¶ Beneficium. Declar. Cardin. Congregatio cenſuit, idem in poſſione clerici, quin decreto hoc Concilij priuilegio fori priuantur, priuilegium tamen Canonis non intelliguntur priuati.

c ¶ Adnt clericalem habitum. Decl. Card. Prouiſio in tertio decimo anno ætatis de canonicatu in Eccleſia collegiata, vbi vigore ſtatuti Eccleſiæ prouiſi ante realem poſſeſſionē, & fructuū perceptio nē tenētur portare habitū, & tōſuram per bienniū, obſtat hoc decretum. Ita cenſuit Congregatio die 14. Auguſti, anno 1586. clericus in minoribus non beneficiatus, niſi incedat in habitu quāuis ſit adſcriptus, nō gaudet priuilegio fori, licèt non ſit monitus.

Digitized by Google

d ¶ *Et tonſuram.* Decl. Cardin. Nec ſufficit corona, ſeu tonſura ſine habitu, ſed copulatiuè requiritur vtrunque, Geminia. in cap. ſi iudex, verſi. idem, de ſenten. ex cõmunicatio. in 6. Habitus quoque debet eſſe decens, & vſque ad talos hodie; ex huius decreti præſcripto, nec monitio requiritur, nec habitus, & tonſura ſufficiunt, niſi etiam alicui Eccleſiæ inſeruiant. Et ita Congregatio cenſuit, in vna Metropolitana, & altera adiacentium.

e ¶ *Alicui Eccleſiæ.* Decl. Cardi. Hæc verba important, vt clericus, qui diù ſine habitu, & tonſura incedẽs Eccleſiæ alicui, etiã de mandato Epiſcopi inſeruit ipſo facto, ſine aliqua monitione præcedente, amittat fori priuilegium, attenta mente Concilij, quæ ad tollendum penitus voluit hoc abolere, licèt hoc etiam approbetur à iure communi; vt tenuit Couar. lib. practic. quæſt. cap. 33. numero 2. & ita cenſuit Congregatio die 16. Nouembris, 1581. ¶ An clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, & in habitu, & tonſura incedens, ac de mandato Epiſcopi inſeruiens capellæ, quæ in Eccleſia exiſtit, & ab ipſo Epiſcopo confraternitati laicorum pro oratorio aſsignata eſt, gaudeat priuilegio fori ex hoc capite? Congregatio Concilij cenſuit, gaudere, & dato quòd gaudeat, an idem cenſendum ſit, ſi ſeruitium non continuatum, ſed aliquo impedimento neceſſario interpellatum præſtiterit? Congregatio Concilij cenſuit, gaudere. ¶ De iure communi fuit dubitatum, an clericus deferens habitum, vel tonſuram, vel ſimul vtrunque propter delicta priuetur priuilegio clericali? Tu diſtingue, ſi eſt in ſacris, retinet priuilegium, ſed punitur. Innocent. in cap. 1. de Apoſt. ſi eſt in minoribus ordinibus, & deliquit, non priuatur priuilegio fori, niſi poſt trinam monitionem, cap. ad audientiam, de ſententia excommunicationis, cap. vltim. de vita & honeſtate clericorum, Innocent. in dict. cap. 1. niſi ſe immiſceat enormitas, putà quòd ſit ſeditioſus, quo caſu ipſo facto priuatur priuilegio, per gloſſam in cap. perpendimus, eodem titulo. ¶ Clericus non beneficiatus, qui incedens in habitu, & tonſura inſeruit alicui Eccleſiæ, ſi fuerit cum armis deprehenſus, non caret fori priuilegio. Sic fuit deciſum anno 1586. ex cap. ad audientiam, de ſentent. excommunic. ¶ Cui rè ſeruata fuit penſio, vt clerico, ſi non incedat in habitu, & tonſura, non gaudet priuilegio fori; fuit deciſum die ſupradicto

ex

ex eo, quòd Concilium Tridentinum corrigit ius commune, & tres casus excipit per dictionem (nisi.) ¶ An clericus primæ tonsuræ præsentatus ad capellam sacerdotalem, qui super tali præsentatione obtinuit à Papa nouam prouisionem, etiam in vim motus proprij, possit in suis causis ciuilibus gaudere priuilegio fori, quamuis possessionem beneficij non habeat propter intrusum contra quem litem mouit? Congregatio die 16. Iunij 1587. censuit, gaudere.

De accusationibus, inquisition. & denuntiat.

TITVLVS VII.

¶ In sessione sexta Concil. Trident. c. 3. de refor.

Ordinarij locorum corrigere tenentur quoscunque Ecclesiasticos delinquentes, etiam Regulares extra Monasterium degentes. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Ecclesiarum Prælati *a* ad corrigendum subditorum excessus prudenter, ac diligenter intendãt; & nemo secularis clericus cuiuscuis personalis, vel Regularis extra Monasterium degens, *b* etiam sui Ordinis priuilegij prætextu, totius censeatur, quominus si deliquerit *c* ab Ordinario loci, *d* tanquam super hoc à Sede Apostolica Delegato secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat.

De accus. inquis. & denuntiat.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Ecclesiarum Prælati.* Concordat cap. cum propriè, sup. de vita, & honest. cum ibidem allegatis, c. omnes, infr. eod.

b ¶ *Extra Monasterium degens.* Decl. Card. Intellige de degente sine licentia superioris, vide c. 4. sess. 25. de Regul. Fuit dubitatũ, vtrum existens in aliqua domo ad erectionem Monasterij destinata, comprehendatur in hoc decreto? Et fuit resolutum sub die 24. Maij, 1588. quòd licet ibi existerent de licentia suorum superiorum: tamen si non haberent in dicta domo Priorem, seu Guardianum, & non viuerent iuxta institutum regulæ illius Religionis, comprehendantur in dicto decreto, & ab Ordinario puniri possunt. ¶ Episcopi in hoc decreto agere possunt contra omnes, professoribus Militiarum Hierosolymitanarum exceptis ob priuilegium Pij V. etiamsi dicti

Milites extra locum suorum Ordinum, cum licentia suorum superiorum, degerent. Idem censuit Congregatio in omnibus aliis regularibus, qui degunt extra Monasterium, etiam cum licentia suorum superiorum, si deliquerint, posse puniri à locorum Ordinarijs, iuxta hoc decretum.

c ¶ *Si deliquerit.* Decl. Card. Regulares degentes de licentia superioris in domo ad erectionem Monasterij destinata, an comprehendantur sub hoc cap. adeo, vt si deliquerint, ab Ordinario puniri, & corrigi valeant? Congregatio censuit anno 1588. non posse, si in ea domo sub superiore conuentualiter viuant.

d ¶ *Ab Ordinario loci.* Declaratio Cardi. Presbyter delinquens in sua diœcesi, si in altero loco comperiatur, ad suum Ordinarium remitti debet.

¶ Eadem sessione sexta, c. 4. de reform.

Capitula maiorum Ecclesiarum omninò subijciuntur visitationi Episcoporum; seruatis tamen concordis ab autoribus eorum. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Capitula Cathedralium, e & aliarum maiorum Ecclesiarũ, f aliorumque personæ g nullis exemptionibus, h consuetudinibus, sententijs, iuramentis, concordijs, i quę tãtũ suos obligent autores, non etiam successores, tueri se possint: quominus à suis Episcopis, k & alijs maioribus Prælatis per se ipsos solos, l vel alios, quibus sibi videbitur adiungendis m iuxta Canonicas sanctiones, toties quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari, n etiam autoritate Apostolica, possint, & valeant. o

SVPER CAPVT II.

e ¶ *Capitula Cathedralium.* Declarat Card. Episcopus sua Capitula visitare potest, & corrigere, si non sunt exempta: si verò exẽpta essent, seruanda est forma præscripta à Concilio sess. 25. c. 6. de reformat. Item decis. Cardin. 117. Congregatio Concilij censuit, in visitatione, quando fit inquisitio, quæ præparatoria vocatur non licere Episcopo ad detegenda visitandorum peccata per edicta publica monere homines sub excommunicationis pœna ad reuelandum, neque in ea exigere iuramentum à visitatis, cæterum cum visitare voluerit illos, qui sunt de capitulo, teneri ad locum Episcopum accedere, vbi Capitulares se congregare consueuerunt, si id commo

dè

dē fieri poſsit, ſin minùs, ad locū congruum, non tamen teneri accedere ad locū capituli, quoties proſequi voluerit viſitationem alicuius particularis perſonæ de capitulo, & ſi Epiſcopus viſitauerit ad morum correctionem, & emendationem, vtique non poſſe non compilato proceſſu, nec ſeruatis de iure ſeruandis pœnam ordinariam infligere.

f ¶ *Aliarum maiorum Eccleſiarum*. Decl. Card. Nec etiam Collegiatarum.

g ¶ *Illorumque perſonæ*. Declar. Card. Ita reſolutum à Congregatione nō obſtantibus priuilegijs ex fundatione. ¶ Præſuppoſito, quòd res & bona capitulorum ſunt exempta à iuriſdictione Epiſcopi, an ſicut Epiſcopus viſitare poteſt capitula, ita etiam poſsit res & bona, rerumque & bonorum adminiſtratores viſitare. Cōgregatio die 6. Iunij, 1587. cēſuit, Epiſcopum in viſitatione formali poſſe res, rerumque adminiſtratores viſitare, aliàs deluſoria eſſet viſitatio, ſi negligentes, & bonorum vſurpatores non caſtigaret. Archid. in cap. 1. de cenſibus in 6. Fuſ. in ſuo tracta. de viſita. libr. 2. cap. 15. n. 30. & alibi.

h ¶ *Nullis exemptionibus*. Decl. Card. Si capitula erunt exempta tenentur ſeruare decreta illius Concilij Prouincialis, cui interfuit eorum Epiſcopus.

i ¶ *Concordijs*. Decl. Car. Fuit reſolutū à Rota, & à Congregatione Concilij ex mente Gregorij XIIJ. hunc textum non tollere concordias confirmatas à Sede Apoſtolica. Præſeruatæ tamen fuere concordiæ confirmatæ ex certa ſcientia, non autem illi in forma cōmuni, cum indiſtinctè concedātur ab officio contradictarum citrà ſcientiam Pontificis. An per Cōcilium ſeſsione 6. cap. 4. & ſeſsione 25. cap. 6. derogatum ſit concordijs non cōfirmatis per Sedem Apoſtolicam? Congregatio cēſuit, derogatum eſſe cōcordijs, præter quam confirmatis à Sede Apoſtolica: reliquos ſuos dūtaxat tenere autores gloſſa in capite veniens, de tranſactionibus. Alexand. conſilio 62. volumin. primo. ¶ Extat in Eccleſia Abulenſi ſtatutū, quo datur forma procedendi in cauſis criminalibus, vbi agitur de corrigendo beneficiatos Eccleſiæ tām in viſitatione, quām extra, & in multis caſibus ſoli Epiſcopo iuriſdictio tribuitur. Iſtud ſtatutū non eſt certa ſciētia à Sede Apoſtolica confirmatum, poſtquam nec Papa id exprimit, nec ſtatuti tenor, vel illius ſubſtantia ſaltem compendioſè in confirmatione refertur. Roman. latè conſ. 327. numero 7. & ſequenti. & conſi. 336. poſt numerum 2. Panormit. conſil. 102. num. 3. lib. 1. maxi-

Digitized by Google

fuit scriptis videre licet. Et cum materia ista, an decreta Concilij fuerint, nec ne concordias cõfirmatas, fuit semper dubitabilis, nisi facta Congregatio omnem controuersiam diluisset, & magna hinc inde argumenta adferri possint, maxime quæ vigeant ver ba Concilij presenti decreto ibi, nullis concordijs: quæ verba ad sui generalitatem trahuntur etiã ad concordias confirmatas secũdum Bonfacium in dict. Clem. dudum, 6. non etiam, num. 14. nõ debet tam facilè declaratio facræ Congregationis trahi ad eas concordias, quarum confirmatio nõ solùm non fuit obtenta ex certa scientia, sed nec in individuo. Quare vt omnis dilputandi materia tollatur, & clarius appareat, quid illustrissimi in hoc articulo sentiant, supplicamus in sacra Congregatione proponi. An eõ firmatio statutorum Ecclesiæ Abulen. sit talis, quæ præferuet ſta tutum eiusdem Ecclesiæ, vt non includatur sub decreto Concilij sess. 6. cap. 4. & sess. 25. cap. 6. vel potius huic statuto ex decretis prædictis censeatur derogatum?

¶ Præsupposito decreto sacræ Congregationis, quòd concordiæ à Sede Apostolica confirmatæ non censeantur sublatæ per Concilium præsenti cap. die Iulij, 7 Nouembris, 1586. Congregatio auditis vtrinque aduocatis, eorumque rationibus diligenter perpensis, censuit illas tã confirmatas intelligi præseruatas in decretis Concilij, quæ emanarunt ex certa scientia, & cum causæ cognitione.

k ¶ *A suis Episcopis*. Declarat Card. Non autem à Vicarijs etiã generalibus. Si Episcopus velit visitare ex hoc decreto, debet ipse personaliter agere: secus si ex aliis Concilij decretis, cum per suum Vicarium id agere possit, aut Visitatorem, si modò legitimè impeditus fuerit, vt permissum est infr. sess. 25. cap. 6. etiam si de visitandis exemptis ageretur dict. cap. exemptiones tollat, etiamsi de visitandis Hospitalibus iuxta cap. 8 sess. 22 sub colle ctores, & alij officiales Sedis Apostolicæ minimè comprehendantur, neque quoad ostensionem titulorum sub hoc decreto.

l ¶ *Per se ipsos solos*. Declar. Car. Quando solus Episcopus, cum quibus Notario, & Fiscali, quo in loco, & quæ crimina, vide infr. sess. 25. cap. 6.

m ¶ *Quibus sibi videbitur adiunctis*. Declar. Cadin. Episcopus potest in visitatione personarum sui capituli assumere adiunctos in actu visitationis, quos velit etiam extra gremium capituli. An Episcopi, incumbẽtes correctionis, & visitationi exemptorum, vigore facultatis eis, tanquam Sedis

Digitized by Google

dis Apoſtolicæ delegatis, à Concilio tributæ, procedere valeant contra conſeruatores impedientes, præſertim ſi illi extra diœceſim commorentur? Congregatio cenſuit die 16. Martij, 1589. Epiſcopum poſſe procedere.

n ¶ *Viſitari, corrigi, & emendari.* Declar. Cardin. An liceat Epiſcopo viſitari volenti ſuum capitulum in edictis publicis præſuppoſitis, etiam in conſtitutionibus promulgatis pronuntiare prouocando quoſcunque, etiam ſub pœna excommunicationis denuntiare, vt deponere debeāt, ſi aliqua ſciant, vel habeant contra capitulares, & eorum vitam, & mores? Congregatio cenſuit, Epiſcopo non licere. ¶ An Epiſcopus viſitans poſsit tanquam ſuſpectus recuſari? Congregatio cenſuit, non poſſe, niſi in viſitando modum exceſſerit. ¶ An Epiſcopus in ſpeciali viſitatione poſsit exigere iuramentum? Cōgregatio cenſuit, poſſe in ſpeciali.

o ¶ *Poßint, & valeant.* Declar. Cardin. Hæc facultas non eſt priuatiua ad illos, qui ius habent viſitandi, & corrigendi: vt ſunt Abbates, Decani, & ſimiles, quia iſtis licet viſitare, & corrigere ſeorſum ab Epiſcopis. ¶ In hoc decreto comprehenduntur capellæ, canonicatus, & alia beneficia non curata requirentia reſidentiam, ſi tamen alias ſunt incompatibilia, & temporis longitudo nō obſtat, quin ab Epiſcopo compelli poſsint ad diſpenſationes exhibendas. ¶ Et quia mens Cōcilij eſt tollere concordias, quæ tantùm ſuos obligant autores, & tantū eſt confirmatio in forma cōmuni, nō obligat ſucceſſores, gl. in c. veniens, de tranſactio. communis, tex. eſt Alexan. conſi. 62. num. 2. lib. 1. & quia qui dicunt, pacta cōfirmata non tolli per generales derogationes intelligūt, vt confirmationibus ex certa ſciētia, Alexand. conſil. 95. num. 12. & in ſtatutis eorum vult, Aret. conſ. 7. Rurſus fuit dubitatum tēpore Sixti Quinti, an intelligantur præſeruatæ concordiæ confirmatæ in forma communi? an verò illæ ex certa ſcientia tantū? Hinc inde multa fuerunt dicta tandem reſolutū fuit die 13. Nouembris 1586. à ſacra Congregatione fuiſſe præſeruatas tantū concordias confirmatas ex certa ſcientia, cum illæ in forma communi concedantur ab officio cōtradictarum, & officio pœnitentiæ citrà ſcientiam Pontificis.

¶ Item ſeſsione ſeptima, c. 7. de reform.

Ordinarij locorum viſitare debent ſingulis annis quæcunque beneficia curata perpetuò vnita. Hoc dicit.

CA-

Digitized by Google

CAPVT III.

¶ Beneficia Ecclesiastica curata, *p* quæ Cathedralibus, Collegiatis, *q* seu aliis Ecclesiis, *r* vel Monasteriis *f* beneficijs, seu Collegijs, aut pijs locis quibuscunque perpetuo vnita, & annexa reperiuntur, ab Ordinarijs locorum annis singulis visitentur, qui foliciti prouidere procurent, vt per idoneus Vicarios, etiam perpetuos, *s* nisi ipsis Ordinarijs *a* pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cū tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum, portione, *u* etiā super certa re assignanda, *b* ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur: ac appellationibus, priuilegijs, exemptionibus, etiam cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscunque in præmissis minimè sit fragantibus.

SVPER CAPVT III.

p ¶ *Beneficia Ecclesiastica curata.* Decis. Cardin. 132. Congregatio Concilij censuit, Episcopum posse ex cap. 7. sef. 7. visitare Ecclesias parochiales vnitas Monasterio Canonicorum Regularium, tamē si generalis in eo sedem ordinariam principalem non habeat. ¶ Item decisio Card. 276. An Canonici Regulares, qui de consensu, & mandato suorum superiorum Regularium aliquibus parochialibus Ecclesijs, suis Monasterijs vnitis, præficiunt, si delictum, curam animarum, aut administrationem non concernens Sacramentorum commissernt, possint ab Episcopo puniri, &c. ¶ Congregatio Concilij censuit, non posse ab Episcopo puniri, sed à suis superioribus regularibus tantum.

q ¶ *Collegiatis.* Declar. Cardin. Ordinariis tam ex auctoritate Cōcilij Tridentini, quām ex Bulla Pij V. quæ incipit, *Ad exequendum*, publicata Kal. Nouembris, 1567. de Vicarijs perpetuis, habet facultatem creandi Vicarios perpetuos in parochialibus Ecclesijs vnitis Collegiatæ Ecclesiæ, & Vicarij siue perpetui, siue tempōranei sint, debent ab eodem Ordinario examinari, & approbari: sic etiam in dicta Bulla Pius Quintus constituit.

r ¶ *Aliis Ecclesijs.* Declar. Card. Episcopus debet constituere Vicarium perpetuum, siue temporalem in prioratu, cui cura animarum incumbit.

f ¶ *Vel Monasterijs.* Declar. Cardin. In Monasterijs ab ipsorum primæua fundatione curationes possunt deputari Vicarij ibi, sed seruandum est caput 11. sessione 25. de Regularibus, quod exerce

Digitized by Google

tes curam sint assipso Ordinario approbati, secus si parochiales eligent Monasterijs vnitæ. ¶ An Episcopi habeant aliquam iurisdictionem in Ecclesijs exemptis, non obstante, quòd sint vnitæ, vel suppositæ Abbatibus Congregationis montis Oliueti, & quod exercere possint. Congregatio censuit, si huiusmodi Ecclesiæ curatæ sint, & vnitæ Monasterijs, posse Episcopos Ordinariorum loco visitare eas, & in eis Vicarios perpetuos, siue temporaneos constituere, secundum dispositionem Concilij Tridentini dict. cap. si verò Ecclesiæ huiusmodi sitæ sint in loco ipsorum Monachorum, eisque immineat cura animarum, posse Episcopos visitare personas exercentes in eis curam ipsarum animarum: iuxta tamen illam formam, quam præscripsit Concilium Tridentinū, capite 11. sessione 25. de Regularibus.

2 In parochialibus vnitis Monasterijs deputati possunt Vicarij perpetui, nisi essent in loco, in quo ipsa Monasteria: quo casu reseruandum est decretum capitis vndecimi, sessione vigesima quinta de Regularibus. ¶ Concessum tamen fuit aliquando ex gratia à Gregorio Decimoterti, vt etiam in parochialibus Monasterio vnitis non deputentur Vicarij, sed vt aliquis ex Regularibus, (ab Episcopo tamen approbatus) curam animarum exerceret possit, dummodò secundum habeat socium Ordinis eiusdem, imò Monachi non possunt præliberi, quominus curam exerceant.

1 ¶ *Vicarius etiam perpetuus.* Declar. Cardin. Vicarij perpetui nō possunt cōstituj absque erectionetitulj Vicariæ, non obstante Bulla Pij Quinti, & hoc decreto. ¶ Non enim prohibetur, quominus cura animarum exerceri possit per Vicarium amobilem, vel sessione 25. cap. 7. de Regular. dummodò sit certum, cui particulariter incumbit, vt cap. 13. sess. 24. ¶ Congregatio censuit nominationem Vicariorum ad beneficiatos pertinere, & hoc etiam ad eos, ad quos beneficia vnita spectant, sic etiam Pius Quintus dicta Bulla citata addens. Ordinarij, vel eius Vicarij nullo examine approbationem necessariā esse. ¶ Ex dicta Bulla Pij Quinti Kal. Nouembanno 2. nominatio Vicariorum, & perpetuo rum spectat Ecclesijs seu locis, quibus dictæ parochiales fuit vnitæ. ¶ Per dictam Bullam, non tollitur quominus Vicarij perpetui non possint institui ex declaratione Congregationis Concilij. ¶ Ad dictam nominationem faciendā potest Episcopus præ-

Digitized by Google

præfigere terminum decem dierum.

u ¶ *Nisi ipsis Ordinarijs.* Declar. Card. Vt possit dispensari cum senibus, infirmis, ac decrepitis, ita vt eorũ Ecclesijs, quę personalem residentiam requirũt, ab idoneis perpetuisq; Vicarijs inseruiatur. Item cum ijs, qui propter Monialium, vel Hospitalium curam, in Ecclesijs, quas in mensibus obtinent, non facilè possent residere seruandum est decretum c. primi de refor. sess. 13. quo decreto non amplius id permittitur, quod in isto casu relictum erat sub Paulo III. arbitrio Ordinariorum, sed non imponitur necessitas residẽdi.

a ¶ *Portione.* Decal. Card. In cõstituẽda mercede inseruientibus aliorum beneficijs curatis, obseruari debent Concilij Tridentini decreta. ¶ Quæ sit ista portio, declarat Bulla Pij Quinti, licet ad terminos Concilij fuerit redacta, in reuocatione priuilegiorum Mendicantibus concessorũ Bulla superius citata. Si hęc Bulla Pij V. fuit reuocata, quare ex ea aliqua, vt suprà sint notata. Licèt suprà dicta Bulla fuerit reuocata per Bullam Gregorij XIII. Kalẽdarum Martij anno primo, sub titulo, reductio literarum fœlicissimæ recordationis Pij Papæ Quinti pro Mendicantibus, postea ore idem Gregorius illam Pij Quinti reualidauit. Ex fructibus parochiæ vnitæ Monasterio, detrahere est merces Vicarij, qui ei inseruit, non ex fructibus Monasterij. Si non apparẽt certi reditus harum parochialium, censuit Concilij Congregatio, cogendos esse ad assignandum, de suo scuta quinquaginta dictis Vicarijs, nisi ipsi clarè, & cõcludenter probent, dictas parochiales, nullos prorsus habuisse redditus quando fuerunt Ecclesiæ, seu locis prædictis vnitæ.

b ¶ *Super certa re assignanda.* Decl. Car. In certa de quibus in Bulla Ordinarij taxabunt. In Ecclesijs curatis, vnitis Monasterijs, possint Episcopi Ordinarij locorum eas visitare, & ponere in eis Vicarios perpetuos, siue temporaneos, iuxta dispositionem huius decreti, prout eis expedire videbitur. ¶ Si verò huiusmodi Ecclesiæ curatæ sunt positæ in loco ipsorum Monasteriorum, eisque immineat curà animarum, possunt Episcopi visitare personas exercentes in eis curam animarum iuxta tamen illam formam, quam præscripsit Concilium cap. 12. sessio. 25. de Regular. In parochialibus autem Militiæ sancti Ioannis Hierosolymitani, seruandum est breue sanctæ memoriæ Pij Quinti editum 12. Septembris. 1571. Pontificatus sui anno sexto. Sanctissimus Do-

d ¶ *Et tonſuram.* Declar. Cardin. Nec ſufficit corona, ſeu tonſura ſine habitu, ſed copulatiuè requiritur vtrunque, Geminiá. in cap. ſi iudex, verſi. idem, de ſenten. ex cõmunicatio. in 6. Habitus quoque debet eſſe decens, & vſque ad talos hodie; ex huius decreti præſcripto, nec monitio requiritur, nec habitus, & tonſura ſufficiunt, niſi etiam alicui Eccleſiæ inſeruiant. Et ita Congregatio cenſuit, in vna Metropolitana, & altera adiacentium.

e ¶ *Alicui Eccleſiæ.* Decl. Cardi. Hæc verba important, vt clericus, qui diu ſine habitu, & tonſura incedès Eccleſiæ alicui, etiã de mandato Epiſcopi inſeruit ipſo facto, ſine aliqua monitione præcedente, amittat fori priuilegium, attenta mente Concilij, quæ ad tollendum penitus voluit hoc abolere, licèt hoc etiam approbetur à iure communi; vt tenuit Couar. lib. practic. quæſt. cap. 33. numero 2. & ita cenſuit Congregatio die 16. Nouembris, 1581. ¶ An clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, & in habitu, & tonſura incedens, ac de mandato Epiſcopi inſeruiens capellæ, quæ in Eccleſia exiſtit, & ab ipſo Epiſcopo confraternitati laicorum pro oratorio aſsignata eſt, gaudeat priuilegio fori ex hoc capite? Congregatio Concilij cenſuit, gaudere, & dato quòd gaudeat, an idem cenſendum ſit, ſi ſeruitium non continuatum, ſed aliquo impedimento neceſſario interpellatum præſtiterit? Congregatio Concilij cenſuit, gaudere. ¶ De iure communi fuit dubitatum, an clericus deferens habitum, vel tonſuram, vel ſimul vtrunque propter delicta priuetur priuilegio clericali? Tu diſtingue, ſi eſt in ſacris, retinet priuilegium, ſed punitur. Innocent. in cap. 1. de Apoſt. ſi eſt in minoribus ordinibus, & deliquit, non priuatur priuilegio fori, niſi poſt trinam monitionem; cap. ad audientiam, de ſententia excommunicationis, cap. vltim. de vita & honeſtate clericorum, Innocent. in dict. cap. 1. niſi ſe immiſceat enormitas, putà quòd ſit ſeditioſus, quo caſu ipſo facto priuatur priuilegio, per gloſſam in cap. perpendimus, eodem titulo. ¶ Clericus non beneficiatus, qui incedens in habitu, & tonſura inſeruit alicui Eccleſiæ, ſi fuerit cum armis deprehenſus, non caret fori priuilegio. Sic fuit deciſum anno 1586. ex cap. ad audientiam, de ſentent. excommunic. ¶ Cui re ſeruata fuit penſio, vt clerico, ſi non incedat in habitu, & tonſura, non gaudet priuilegio fori; fuit deciſum die ſupradicto

ex

ex eo, quòd Concilium Tridentinum corrigit ius commune, & tres casus excipit per dictionem (nisi.) ¶ An clericus primæ tonsuræ præsentatus ad capellam sacerdotalem, qui super tali præsentatione obtinuit à Papa novam provisionem, etiam in vim motus proprij, possit in suis causis civilibus gaudere privilegio fori, quamuis possessionem beneficij non habeat propter intrusum contra quem litem movit? Congregatio die 16. Junij 1587. censuit, gaudere.

De accusationibus, inquisition. & denuntiat.

TITVLVS VII.

¶ In sessione sexta Concil. Trident. c. 3. de refor.

Ordinarij locorum corrigere tenentur quoscunque Ecclesiasticos delinquentes, etiam Regulares extra Monasterium degentes. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Ecclesiarum Prælati *a* ad corrigendum subditorum excessus prudenter, ac diligenter intendãt; & nemo secularis clericus cuiuscuis personalis, vel Regularis extra Monasterium degens, *b* etiam sui Ordinis privilegij prætextu, totius censeatur, quominus si deliquerit *c* ab Ordinario loci, *d* tanquam super hoc à Sede Apostolica Delegato secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat.

De accus. inquis. & denuntiat.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Ecclesiarum Prælati.* Concordat cap. cum propriè, sup. de vita, & honest. cum ibidem allegatis, c. omnes, infr. eod.

b ¶ *Extra Monasterium degens.* Decl. Card. Intellige de degente sine licentia superioris, vide c. 4. sess. 25. de Regul. Fuit dubitatũ, vtrum existens in aliqua domo ad erectionem Monasterij destinata, comprehendatur in hoc decreto? Et fuit resolutum sub die 24. Maij, 1588. quòd licet ibi existerent de licentia suorum superiorum: tamen si non haberent in dicta domo Priorem, seu Guardianum, & non viuerent iuxta institutum regulæ illius Religionis, comprehendantur in dicto decreto, & ab Ordinario puniri possunt. ¶ Episcopi in hoc decreto agere possunt contra omnes, professoribus Militarum Hierosolymitanarum exceptis ob privilegium Pij V. etiamsi dicti

Milites extra locum suorum Ordinum, cum licentia suorum superiorum, degerent. Idem censuit Congregatio in omnibus aliis regularibus, qui degunt extra Monasterium, etiam cum licentia suorum superiorum, si deliquerint, posse puniri à locorum Ordinarijs, iuxta hoc decretum.

c ¶ *Si deliquerit.* Decl. Card. Regulares degentes de licentia superioris in domo ad erectionem Monasterij destinata, an comprehendantur sub hoc cap. adeò, vt si deliquerint, ab Ordinario puniri, & corrigi valeant? Congregatio censuit anno 1588. non posse, si in ea domo sub superiore conuentualiter viuant.

d ¶ *Ab Ordinario loci.* Declaratio Cardi. Presbyter delinquens in sua diœcesi, si in altero loco comperiatur, ad suum Ordinarium remitti debet.

¶ Eadem sessione sexta, c. 4. de reform.

Capitula maiorum Ecclesiarum omninò subijciuntur visitationi Episcoporum; seruatis tamen concordis ab antoribus eorum. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ Capitula Cathedralium, e & aliarum maiorum Ecclesiarũ, f aliorumque personæ g nullis exemptionibus, h consuetudinibus, sententijs, iuramentis, concordijs, i quę tãtũ suos obligent autores, non etiam successores, tueri se possint: quominus â suis Episcopis, k & alijs maioribus Prælatis per se ipsos solos, l vel alijs, quibus sibi videbitur adiungis m iuxta Canonicas sanctiones, toties quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari, n etiam autoritate Apostolica, possint, & valeant. o

SVPER CAPVT II.

e ¶ *Capitula Cathedralium.* Declarat Card. Episcopus sua Capitula visitare potest, & corrigere, si non sunt exempta: si verò exẽpta essent, seruanda est forma præscripta à Concilio sess. 25. c. 6. de reformat. Item decis. Cardin. 117. Congregatio Concilij censuit, in visitatione, quando fit inquisitio, quæ præparatoria vocatur non licere Episcopo ad detegenda visitandorum peccata per edicta publica monere homines sub excommunicationis pœna ad reuelandum, neque in ea exigere iuramentum à visitatis, cæterum cum visitare voluerit illos, qui sunt de capitulo, teneri ad locum Episcopum accedere, vbi Capitulares se congregare consueuerunt, si id commo

dè

dê fieri poſsit, ſin minus, ad locū congruum, non tamen teneri accedere ad locū capituli, quoties proſequi voluerit viſitationem alicuius particularis perſonæ de capitulo, & ſi Epiſcopus viſitauerit ad morum correctionem, & emendationem, vtique non poſſe non compilato proceſſu, nec ſeruatis de iure ſeruandis pœnam ordinariam infligere.

f ¶ *Aliarum maiorum Eccleſiarum*. Decl. Card. Nec etiam Collegiatarum.

g ¶ *Illorumque perſonæ*. Declar. Card. Ita reſolutum à Congregatione nō obſtantibus priuilegijs ex fundatione. ¶ Præſuppoſito, quòd res & bona capitulorum ſunt exempta à iuriſdictione Epiſcopi, an ſicut Epiſcopus viſitare poteſt capitula, ita etiam poſsit res & bona, rerumque & bonorum adminiſtratores viſitare. Cōgregatio die 6. Iunij, 1587. cēſuit, Epiſcopum in viſitatione formali poſſe res, rerumque adminiſtratores viſitare, aliàs deluſoria eſſet viſitatio, ſi negligentes, & bonorum vſurpatores non caſtigaret. Archid. in cap. 1. de cenſibus in 6. Fuſ. in ſuo tracta. de viſita. libr. 1. cap. 15. n. 30. & alibi.

h ¶ *Nullis exemptionibus*. Decl. Card. Si capitula erunt exempta tenentur ſeruare decreta illius Concilij Prouincialis, cui interfuit eorum Epiſcopus.

i ¶ *Concordijs*. Decl. Car. Fuit reſolutū à Rota, & à Congregatione Concilij ex mente Gregorij XIIJ. hunc textum non tollere concordias confirmatas à Sede Apoſtolica. Præſeruatæ tamen fuere concordiæ confirmatæ ex certa ſcientia, non autem illi in forma cōmuni, cum indiſtinctè concedātur ab officio contradictarum citrà ſcientiam Pontificis. An per Cōcilium ſeſsione 6. cap. 4. & ſeſsione 25. cap. 6. derogatum ſit concordijs non cōfirmatis per Sedem Apoſtolicam? Congregatio cēſuit, derogatum eſſe cōcordijs, præter quam confirmatis à Sede Apoſtolica: reliquos ſuos dūtaxat tenere autores gloſſa in capite veniens, de transactionibus. Alexand. conſilio 62. volumin. primo. ¶ Extat in Eccleſia Abulenſi ſtatutū, quo datur forma procedendi in cauſis criminalibus, vbi agitur de corrigendo beneficiatos Eccleſiæ tām in viſitatione, quàm extra, & in multis caſibus ſoli Epiſcopo iuriſdictio tribuitur. Iſtud ſtatutū non eſt certa ſciētia à Sede Apoſtolica confirmatum, poſtquam nec Papa id exprimit, nec ſtatuti tenor, vel illius ſubſtantia ſaltem compendioſè in confirmatione refertur. Roman. latè conſ. 327. numero 7. & ſequenti. & conſi. 336. poſt numerum 2. Panormit. conſil. 102. num. 3. lib. 1. maxi-

Digitized by Google

tunc ſcriptis videre licet. Et cum materia iſta, an decreta Concilij ſuſtulerint, nec ne concordias cõfirmatas; fuit ſemper dubitabilis, niſi ſacra Congregatio omnem controuerſiam diluiſſet, & magna hinc inde argumenta adferri poſsint, maximeque vigeant verba Concilij preſenti decreto ibi, nullis concordijs: quæ verba ad ſui generalitatem trahuntur etiã ad concordias confirmatas ſecũdum Bonifacium in dict. Clem. dudum, §. nos etiam, num. 14. nõ debet tam facilè declaratio ſacræ Congregationis trahi ad eas concordias, quarum confirmatio nõ ſolùm non fuit obtenta ex certa ſcientia, ſed nec in indiuiduo. Quare vt omnis diſputandi materia tollatur, & clarius appareat, quid illuſtriſsimi in hoc articulo ſentiant, ſupplicamus in ſacra Congregatione proponi. An cõfirmatio ſtatutorum Eccleſiæ Abulen. ſit talis, quæ præſeruet ſtatutum eiuſdem Eccleſiæ, vt non includatur ſub decreto Concilij ſeſ. 6. cap. 4. & ſeſ. 25. cap. 6. vel potius huic ſtatuto ex decretis prædictis cenſeatur derogatum? ¶ Præſuppoſito decreto ſacræ Congregationis, quòd concordiæ à Sede Apoſtolica confirmatæ non cenſeantur ſublatæ per Concilium præſenti cap. die Iouis, 3 Nouembris, 1586. Congregatio auditis vtrinque aduocatis, eorumque rationibus diligenter perpenſis, cenſuit illas tãtum confirmatas intelligi præſeruatas in decretis Concilij, quæ emanarunt ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione.

k ¶ *A ſuis Epiſcopis*. Declarat Card. Non autem à Vicarijs etiã generalibus. Si Epiſcopus velit viſitare ex hoc decreto, debet id perſonaliter agere: ſecus ſi ex alijs Concilij decretis, cum per ſuum Vicarium id agere poſsit, aut Viſitatorem, ſi modò legitimè impeditus fuerit, vt permiſſum eſt infr. ſeſſ. 25. cap. 6. etiam ſi de viſitandis exemptis ageretur dict. cap. exemptiones tollat, etiamſi de viſitandis Hoſpitalibus iuxta cap. 8. ſeſſ. 22 ſub collectores, & alij officiales Sedis Apoſtolicæ minimè comprehenduntur, neque quoad oſtenſionem titulorum ſub hoc decreto.

l ¶ *Per ſe ipſos ſolos*. Declar. Car. Quando ſolus Epiſcopus, cum quibus Notario, & Fiſcali, quo in loco, & quæ crimina, vide infra ſeſſ. 25. cap 6.

m ¶ *Quibus ſibi videbitur adiunctis*. Declar. Cadin. Epiſcopus poteſt in viſitatione perſonarum ſui capituli aſſumere adiunctos in actu viſitationis, quos velit etiam extra gremium capituli. An Epiſcopi, incumbẽtes correctioni, & viſitationi exemptorum, vigore facultatis eis, tanquam Sedis

dis Apostolicæ delegatis, à Concilio tributæ, procedere valeant contra conseruatores impedientes, præsertim si illi extra diœcesim commorentur? Congregatio censuit die 16. Martij, 1589. Episcopum posse procedere.

n ¶ *Visitari, corrigi, & emendari.* Declar. Cardin. An liceat Episcopo visitari volenti suum capitulum in edictis publicis præfuppositis, etiam in constitutionibus promulgatis pronuntiare prouocando quoscunque, etiam sub pœna excommunicationis denuntiare, vt deponere debeat, si aliqua sciant, vel habeant contra capitularres, & eorum vitam, & mores? Congregatio censuit, Episcopo non licere. ¶ An Episcopus visitans possit tanquam suspectus recusari? Congregatio censuit, non posse, nisi in visitando modum excellerit. ¶ An Episcopus in speciali visitatione possit exigere iuramentum? Congregatio censuit, posse in speciali.

o ¶ *Possint, & valeant.* Declar. Cardin. Hæc facultas non est priuatiua ad illos, qui ius habent visitandi, & corrigendi vt sunt Abbates, Decani, & similes, qu ia istis licet visitare, & corrigere secundum ab Episcopis. ¶ In hoc decreto comprehenduntur capellæ, canonicatus, & alia beneficia non curata requirentia residentiam, sitamen alias sunt incompatibilia, & temporis longitudo non obstat, quin ab Episcopo compelli possint ad dispensationes exhibendas. ¶ Et quia mens Concilij est tollere concordias, quæ tantum suos obligant autores, & tantū est confirmatio informacō muni, nō obligat successores, gl. in c. vensens, de translatio. communis, tex. est Alexan. consil. 62. num. 2. lib. 1. & quia qui dicunt, pacta cōfirmata non tolli per generales derogationes intelligūt, vt confirmationibus ex certa scientia, tio, Alexand. consil. 95. num. 12. & in statutis eorum vult, Aret. consi. 7. Rursus fuit dubitatum te pore Sixti Quinti, an intelligantur præseruatæ concordiæ confirmatæ in forma communi? an vero illæ ex certa scientia tantū? Hinc inde multa fuerunt dicta tandem resoluti fuit die 13. Nouembris 1586. à sacra Congregatione fuisse præseruatas tantū concordias confirmatas ex certa scientia, cum illæ in forma communi concedantur ab officio cō tradictarum, & officio pœnitentiæ citrà scientiam Pontificis.

¶ Item sessione septima, c. 7. de reform.

Ordinarij locorum visitare debent singulis annis quatenus beneficia curata perpetuò vnita, &c. liceat.

CA-

Digitized by Google

CAPVT III.

¶ Beneficia Eccleſiaſtica curata, *p* quæ Cathedralibus, Collegiatis, *q* ſeu alijs Eccleſijs, *r* vel Monaſterijs *ſ* beneficijs, ſeu Collegijs, aut pijs locis quibuſcũque perpetuò vnita, & annexa reperiuntur, ab Ordinarijs locorum annis ſingulis viſitentur; qui ſolicitè prouidere procurent, vt per idoneus Vicarios, etiam perpetuos, *t* niſi ipſis Ordinarijs *u* pro bono Eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cũ tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipſorum Ordinariorum, portione, *a* etiã ſuper certa re aſsignanda, *b* ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur: *c* appellationibus, priuillegijs, exemptionibus, etiam cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſcunque in præmiſsis minimè ſuffragantibus.

SVPER CAPVT III.

p ¶ *Beneficia Eccleſiaſtica curata.* Deciſ. Cardin. 132. Congregatio Concilij cenſuit, Epiſcopum poſſe ex cap. 7. ſeſ. 7. viſitare Eccleſias parochiales vnitas Monaſterio Canonicorum Regulariũ, tamẽ ſi generalis in eo ſedem ordinariam principalem non habeat. ¶ Item deciſio Card. 276. An Canonici Regulares, qui de conſenſu, & mandato ſuorum ſuperiorum Regularium aliquibus parochialibus Eccleſijs, ſuis Monaſterijs vnitis, præficiunt, ſi delictum, curam animarum, aut adminiſtrationem non concernens Sacramentorum commiſerint, poſsint ab Epiſcopo puniri, &c? ¶ Congregatio Concilij cenſuit, non poſſe ab Epiſcopo puniri, ſed à ſuis ſuperioribus regularibus tantum.

q ¶ *Collegiatis*. Declar. Cardin. Ordinarius tam ex autoritate Cõcilij Tridentini, quàm ex Bulla Pij V. quæ incipit, *Ad exequendum*, publicata Kal. Nouembris, 1567. de Vicarijs perpetuis, habet facultatem creandi Vicarios perpetuos in parochialibus Eccleſijs vnitis Collegiatæ Eccleſię, & Vicarij ſiue perpetui, ſiue temporanei ſint, debent ab eodem Ordinario examinari, & approbari: ſic etiam in dicta Bulla Pius Quintus conſtituit.

r ¶ *Alijs Eccleſijs*. Declar. Card. Epiſcopus debet conſtituere Vicarium perpetuum, ſiue temporalem in prioratu, cui cura animarum incumbit.

ſ ¶ *Vel Monaſterijs*. Declar. Cardin. In Monaſterijs ab ipſorum primæua fundatione curatis non poſſunt deputari Vicarij iſti, ſed ſeruandum eſt caput 11. ſeſsione 25. de Regularibus, quod exercẽ

tes

Digitized by Google

præfigere terminum decem dierum.

u ¶ *Nisi ipsis Ordinarijs.* Declar. Card. Vt possit dispensari cum senibus, infirmis, ac decrepitis, ita vt eorũ Ecclesijs, quę personalem residentiam requirũt, ab idoneis perpetuisq; Vicarijs inseruiatur. Item cum ijs, qui propter Monialium, vel Hospitalium curam, in Ecclesijs, quas in mensibus obtinent, non facilè possent residere seruandum est decretum c. primi de refor. sess. 13. quo decreto non amplius id permittitur, quod in isto casu relictum erat sub Paulo III. arbitrio Ordinariorum, sed non imponitur necessitas residẽdi.

a ¶ *Portione.* Decal. Card. In cõstituẽda mercede inseruientibus aliorum beneficijs curatis, obseruari debent Concilij Tridentini decreta. ¶ Quæ sit ista portio, declarat Bulla Pij Quinti, licet ad terminos Concilij fuerit redacta, in reuocatione priuilegiorum Mendicantibus concessorũ Bulla superius citata. Si hęc Bulla Pij V. fuit reuocata, quare ex ea aliqua, vt suprà sint notata. Licèt suprà dicta Bulla fuerit reuocata per Bullam Gregorij XIII. Kalẽdarum Martij anno primo, sub titulo, reductio literarum fœliciſsimæ recordationis Pij Papæ Quinti pro Mendicantibus, postea ore idem Gregorius illam Pij Quinti reualidauit. Ex fructibus parochiæ vnitæ Monasterio, detrahere est merces Vicarij, qui ei inseruit, non ex fructibus Monasterij. Si non apparẽt certi reditus harum parochialium, censuit Concilij Congregatio, cogendos esse ad assignandum, de suo scuta quinquaginta dictis Vicarijs, nisi ipsi clarè, & cõcludenter probent, dictas parochiales, nullos prorsus habuisse redditus quando fuerunt Ecclesiæ, seu locis prædictis vnitæ.

b ¶ *Super certa re assignanda.* Decl. Car. In certa de quibus in Bulla Ordinarij taxabunt. In Ecclesijs curatis, vnitis Monasterijs, possint Episcopi Ordinarij loco rum eas visitare, & ponere in eis Vicarios perpetuos, siue temporaneos, iuxta dispositionem huius decreti, prout eis expedire videbitur. ¶ Si verò huiusmodi Ecclesiæ curatæ sunt positæ in loco ipsorum Monasteriorum, eisque immineat cura animarum, possunt Episcopi visitare personas exercentes in eis curam animarum iuxta tamen illam formam, quam præscripsit Concilium cap. 12. sessio. 25. de Regular. In parochialibus autem Militiæ sancti Ioannis Hierosolymitani, seruandum est breue sanctæ memoriæ Pij Quinti editum 12. Septembris. 1571. Pontificatus sui anno sexto. Sanctissimus Do

minus noſter Gregorius Decimus tertius non habet pro reuocata Bullam Pij Quinti, de Vicarijs perpetuis, cum hac limitatione, in fauorem Monaſterij, vt Epiſcopus ad nominationem Monachorum deputet vnum ex ipſis pręuio examine approbatum, & ad nutum ipſorum amouibilem: & cum Vicario ſic deputato debet habitare vnus dumtaxat alius Monachus, nec plures extra claustrum maneant. Sed non ita cenſendum, ſi vellent deputare capellanum ſecularem, ad nutū amouibilē, hoc enim pertinet ad Epiſcopum.

c ¶ *Laudabiliter exerceatur.* Concordat cap. Epiſcopis ſupr. de cler. non reſid. cum ibid. allegatis.

Eadem ſeſſion ſeptima, cap. 8. de reform.

Ordinarij locorum quaſcunque Eccleſias quomodolibet exemptas ſingulis annis viſitare tenentur. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Locorum Ordinarij, *d* Eccleſias quaſcunque, *e* quomodolibet exemptas *f* autoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneantur, & opportunis iuris remedijs prouidere, vt, quæ reparatione indigent, reparentur, & cū ra animarum, g ſi qua illis immineat, alijſque debitis obſequijs minimè defraudētur; appellationibus, priuilegijs, conſuetudinibus, *h* etiam ab immemorabilitē pore præſcriptis, iudicū deputationibus, & illorum inhibitionibus *i* penitus excluſis.

SVPER CAPVT IIII.

d ¶ *Locorum Ordinarij.* Concordat c. quæcunque. c. quę aliās inf. eodem. Conci. IIII. Tolet. c. 35. Brachar. c. 1. & 2. Arelat. c. 17. c. decernimus. c. Epiſcopum. c. placuit. 10. q. 1.

e ¶ *Eccleſias quaſcunque.* Deciſ. Cardin. 152. Congregatio Concilij cenſuit, poſſe Epiſcopum viſitare quaſcunque Eccleſias ſeculares intrà fines ſuæ diœceſeos exiſtentes, vigore cap. 8. ſeſ. 7. etiamſi ad Regulares pertineant, & ab eis dependeant, dum tamen per ſeculares eis deſeruiatur. Itē Monaſteria quæcunque commendata, in quibus non viget regularis obſeruantia, ac beneficia, tam curata, quàm non curata ſecularia, & regularia qualitercunque commēdata vigore c. 8. ſeſſione vigeſima prima; præterea tam beneficia curata vnita quibuſcunque Monaſterijs, & locis pijs ex cap. 7. ſeſſione ſeptima, quàm etiam perſonas exercentes curam

curam animarum in Monasterijs Regularium, quibus etiam cura imminet iuxta cap 3. sessione vigesima quinta de Regul. Ecclesias à Militibus Hierosolymitanorum esse exemptas priuilegijs Summi Pontif. à visitatione Episcopi, præter quàm si fuerint curata, tunc enim cum huiusmodi priuilegia excipiant ea, quæ respiciunt curam animarum, & Sacramentorum administrationem, quoad hoc, posse vtique visitari ab Episcopis, &c.

f ¶ *Quomodolibet exemptas.* Declar. Cardin. Episcopus visitat Ecclesias exemptas, etiam inferioribus Prælatis subiectas. An Episcopus visitare possit Ecclesias, quas Abbas sancti Benedicti in eius diœcesi sitas habet? Cõgregatio cẽsuit, posse ex hoc decreto, si modò in eis cura animarum exerceatur per Sacerdotes seculares. ¶ An Episcopus visitare possit Ecclesias, & diœcesis castra, vbi Moniales prætendunt habere iurisdictionem spiritualem à tempore immemorabili, visitandi per deputatos, etiam eligendo Episcopum extraneum confirmationem, & ordines conferendi, ac alia Pontificalia exercendi, etiam inuito Episcopo loci? Congregatio censuit, Episcopum posse visitare eos, ex facultate sibi tributa à Concilio hoc. Episcopus potest visitare omnes parochiales suæ diœcesis, in quibus sunt Sacerdotes seculares, licet Ecclesiæ sint Regularibus subiectæ.

Episcopus non habet ius visitandi sacellum, vel altare, quod cura caret animarum, & membrum sit Religionis sancti Antonij Viennensis. Congregatio censuit, hoc non habere locum in Ecclesijs Regularium, vbi à Regularibus inseruitur, & terminis c. 11. sess. 25. de Regularibus, vbi excipiuntur Abbates, Generales, & Capita Ordinum: sed limita, nisi per Regulares inseruiant. Episcopi tanquam Apostolicæ Sedis Delegati sunt in possessione visitandi omnes suæ diœcesis Ecclesias Collegiatas, eis tamen remanente saluo iure in petitorio.

g ¶ *Cura animarum.* Declar. Cardin. Etiam si Ecclesiæ sint Regularium, quando cura exerceatur per Sacerdotes seculares. ¶ Comprehenduntur Ecclesiæ seculares, tametsi ad Regulares illæ pertineant, & ab eis dependeant, dum per seculares illis deseruiatur. ¶ Non autem comprehenduntur Monasteria, & Ecclesiæ Regularium, hæc autem procedunt quando Ecclesiæ sunt in diœcesi.

h ¶ *Priuilegijs, consuetudinibus.* Decl. Card. Quid si adderetur sententia, & priuilegium. ¶ An illis videatur Concilium hic de-

rogare? Congregatio censuit, negatiuè, quia cùm hoc cap. faciat diuersas derogationes, non videtur aliis ab eo expressis derogare, & ita Rota in vna Legionensis iurisdictionis. ¶ Archidiaconus Mercurij die 13. Nouembris 1587. coram R. D. Blanchetto firmat dictam decisionem, videlicèt, vt hic Concilium non comprehendat casus per sententias determinatos, idemque confirmauit Rota secundo Decembris, 1585. vt Cõcilium non tollat sentẽtias, & res iudicatas, vt infra cap. 20. versic. ad hæc, sessione 24. Vbi Equites Hierosolymitani habent iurisdictionem spiritualem, & temporalem, ibi, Ordinarij se non interponant ad visitandum, vide Bullam Pij Quinti pastoralis officij die vigesimo secundo Septembris 1571. ¶ Item Equites Hierosolymitani, quatenus beneficia curata non obtinent, non possunt ab Ordinarijs visitari. ¶ Lucensis Collegiata sancti Michaelis iuris patronatus, exempta à fundatione, & dotatione visitari potest ab Ordinario, sed tanquã Apostolicæ Sedis Delegato. Parochiales Ecclesiæ vnitæ Monasterijs, etiam si quæ sunt capita Ordinum, ab Ordinarijs visitari debent. Regulares inseruientes de licentia suorum superiorum beneficijs simplicibus, quæ sunt tamen membra Monasterjorum, seu Religionis, nõ poterunt visitari ab Ordinarijs, nec comprehendũtur sub hoc decreto capitis decimi quarti, sessione septima de reformatione. Qui pacificè per triennium beneficiũ aliquod possedit, non tenetur ostendere titulum, vel docere de titulo.

i ¶ *Et illorum inhibitionibus.* Decis. Card. 153. Cõgregatio Cõcilij censuit, non posse Episcopum in visitatione recusari, tanquam suspectum, dum tamen in ea processum non compilet, & se intra visitationis terminos contineat. Item decis. Card. 272. Congregatio Concilij censuit, Episcopum visitationem aggredientẽ, atque etiam in præparatoria inquisitione non posse vti suspecto maecusari, nec probatione, vel allegatione suspicionis, quominus pœna extraordinaria, quę morum correctionem, & emendationem respiciat, visitatos afficere possit impedire.

¶ Item sessione decima tertia, c. 1. de refor.

In correctione sub litorum maximè seruanda est benignitas, & benevolentia. Hoc dicit.

CAPVT V.

Sacrosancta Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè cõgrega-

gregata, presidētibus in ea sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nūtijs, intendens non nulla statuere, quæ ad iurisdictionem pertinēt Episcopum, vt iuxta proximæ sessionis decretum, illi incommissis sibi Ecclesijs eo libentius resideant, quo facilius, & cōmodius sibi subiectos regere, & in vitæ, at morum honestate cōtinere potuerint, illud primum eos admonendos censet, vt se pastores non percussores [k] esse meminerint, atque ita præesse sibi subditis oportere, vt non in eis dominentur, sed illos tanquam filios, & fratres diligant, elaborentque vthortando, & monendo ab illicitis deterreant, ne vbi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur. Quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis seruāda præceptio, vt illos arguāt, obsecrent, increpent in omni bonitate, & patientia, [l] cum sæpè plus erga erigendos agat beneuolentia, quam austeritas, plus exhortatio, quàm comminatio plus charitas, quàm potestas.

SVPER CAPVT V.

[k] ¶ *Vt se pastores non percussores.* Concordat Apost. 1. Timoth. 3. nu. 2. & Tit. 1. num. 6. & 1. Pet. 5. num. 3. & dist. 45. in princ. & ca. vlt. distin. 94. cap. isto subiectos dist. 95.

[l] ¶ *In omni bonitate, & patientia.* Decl. Card. Seu in omni patientia & doctrina. Ita 2. Timoth. 4. num. 2. Item decis. Card. 178. Cōgregatio Concilij censuit, Episcopum non posse in visitatione imponere pœnas ordinarias delictorum, sed tantùm ordinarias, quæ magis morum emendationem, ac correctionem, quam ordinariam delicti vindictam respiciant. Item decis. Car. 264. Congregatio Concilij censuit, non licere Episcopo visitationem aggredienti proponere edicta, quibus subdicti iubeantur crimina detegere, multoque minus proposita pœna excōmunicationis.

Eadem sessione decima tertia, cap. 1. de reform.

Vbi suauis medicina non prodest, acrior adhibenda est. Hoc dicit.

CAPVT VI.

Si ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum leuitate seueritas adhibēda est: vt sine asperitate disciplina populis salutaris, ac necessaria cōseruetur: & qui correpti fuerint, emendentur, aut si resipiscere noluerint, cæteri salubri in eos

animadnersionis exẽplo, à vitijs deterreantur; cum sit diligentis, pij simul pastoris officium, morbis ouium leuia primum adhibere fomenta; post vbi morbi grauitas ita postulet, ad acriora & grauiora remedia descendere: *m* sin autem ne ea quidẽ proficiãt illis submouendis, cæteras saltẽ oues â contagionis periculo liberare.

SVPER CAPVT VI.

m ¶ *Et grauiora remedia descendere.* Concordat text. in cap. resecandæ. cap. corripiantur. 24. q. 3.

Item sessione decima quarta, cap. 4. de reform.

Prælati in suis Ecclesijs residentes quoscunque seculares clericos quoties, & quando opus fuerit, corrigendi, & castigandi facultatem habent. Hoc dicit.

CAPVT VII.

Omnes ecclesiarum Prælati, *n* qui ad corrigendos subditorum excessus diligenter intendere debent & â quibus nullus clericus, per huius sanctæ Synodi statuta; cuiusuis priuilegij præ textu, tutus censetur, quominus iuxta Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi possit, si in Ecclesijs suis resederint quoscunque seculares clericos qualitercunque exẽptos, *o* qui alias suæ iurisdictioni sub essent, de eorum excessibus, criminibus, & delictis, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem tanquam ad hoc Apostolicæ Sedis Delegati corrigendi, & castigandi facultatẽ habeant: quibuscunque exemptionibus, declarationibus, consuetudinibus, sentẽtijs, iuramentis, cõcordijs, quæ suos tantum obligẽt autores, ipsis clericis, ac eorum consanguineis, capellanis, familiaribus, procuratoribus, & alijs quibuslibet ipsorum exemptorum contemplatione, & intuitu minimè suffragantibus.

SVPER CAPVT VII.

n ¶ *Omnes Ecclesiarum Prælati.* Concordat c. cum prõpriè supr. de vita, & honestate. cum ibidem allegatis.

o ¶ *Qualitercunque exemptos.* Decis. Cardin. 158. Congregatio Concilij censuit, nõ posse ex decreto Concilij, c. 4. sessione decima quarta, etiam extra visitationem corrigere, & punire clericos seculares exemptos ab Episcopo, & alteri inferiori Ordinario seculares intra diœcesim existentes subiectos, quam sentẽtiam Sanctissimus ad se relatam approbauit.

p ¶ *Tan-*

p ¶ *Tanquam ad hoc Apostolicæ Sedis Delegati.* Declara. Cardin. Quando Episcopi proceduntex Concilo, vti Apostolicæ Sedis Delegati, in causis, quæ sub eorũ iurisdictione ordinaria noncomprehẽdũtur, nõ potest ab ijs, nisi ad Sedem Apostolicam prouocari, neque ex hoc inferioribus iudicibus vllumfit præiudicium. At quando iurisdictio delegata cumulatur cum ordinaria, Episcopus non potest huiusmodi delegationis prætextu declinare iurisdictionem Metropolitani in casibus illis, in quibus ante Concilium ordinatum poterat vti eodem iure, eademque potestate.

Item sessione vigesimaprima, c. 8. de reform.

Episcopi singulis annis visitare tenentur Monasteria commendata, inquibus non viget regularis obseruantia, & etiam beneficia qualitercunque commendata. Hoc dicit.

CAPVT VIII.

Quæcũque in diœcesi ad Deicultum spectant, ab Ordinario diligenter curari, atque his, vbi oportet, prouideri, æquum est: propterea commendata Monasteria, q etiam Abbatiæ, Prioratus, r & Præposituræ nuncupatæ, in quibus non viget regularisobseruantia, necnon beneficia tam curata, s secularia, & regularia, qualitercunque, commendata, etiam exempta ab Episcopis, etiam tanquam Apostolicæ Sedis Delegatis, annis singulis visitentur: curentque ijdem Episcopi congruentibus remedijs, etiam per sequestrationem fructuum, t vt quæ renouatione indigent, aut restauratione, reficiantur: & cura animarum, si qua illis, vel eorum annexis immineat, aliaque debita obsequia u rectè exercẽtur, appellationibus quibuscunque, priuilegijs, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis, cõseruatorijs, iudicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus,

SVPER CAPVT VIII.

q ¶ *Commendatæ Monasteria.* Declarat Cardinal. Quæsitum fuit, à quo visitari possint commendatarij? Dicebatur Concilium, videri subiecisse commendatarios Ordinarijs in materia residentiæ præsenti decreto. Itemque cum de incompatibilitate agitur, sess. 7. c. 4. aut de cura animarum sacramentali, quam ipsimet cõmendatarij exercent, sess. 25. cap. 11. de Regul. extra istos casus Concilium nihil in specie de-

decreuiſſe, à quo commendatarij poſsint viſitari,& corrigi: confiderandum autem eſſe, cum ea hodie opinio recepta ſit, commẽdatarios perpetuos pro veris titularibus haberi,& iura de Abbatibus,& Prioribus loquentia habere etiam locum in hiſce commẽdatarijs probatur d.cap.nemo,de electio.in 6.Caſſad.incõſuet.Burgund.rubr.9.§.9.Rebuf.de nominatio.q.8.num.29.& de pacif. poſſeſsio.nu.96.& 43.Gomez. in form.reſigna.q.4.nu.2.& de idioma.q.5.nu.6.Conſequens videtur,vt quemadmodum Abbates à ſuis ſuperioribus Regularibus viſitari debent, etiamſi commendatarij viſitari poſsint. Quod ſi hoc omnino conuenire,aut decere videtur;rurſus aduertendũ, nullo expreſſo iure,nullaque clara conceſsione Apoſtolica ab ijs viſitentur,& quamquam ſe exẽtos probarent,poſſe tamen ab ordinarijs iudicari ratione rei,contractus,aut delicti,vt ſanxit conſtitutio Innocentij IIII.cap.1. de priuileg.in 6.quam Concilij innouauit,atque etiam ampliauit,in cauſis mercedum,& miſerabilium perſonarum, etiam ſi certus iudex à Sede Apoſtolica in partibus deputatus eſſet,& generaliter quoque in alijs cauſis, ſi certus delegatus non adeſſet, ſeſ 7.cap.14. Quo tamen ad materiam viſitationis viſum eſt plerique non poſſe commendatarios nomine commendę viſitari, nec corrigi,niſi à Delegatis Sedis Apoſtolicæ:ſed quia aliqui Ordinarij hanc facultatem ſibi competere credunt,& ob id vrgent aliquos commendatarios,Sanctitas ſua iuſsit, vt audiantur commendatarij, quibuſnam rationibus, ſe ab hac viſitatione tueantur, ideò eis auditis amplius erit deliberandum. ¶ Item an commendatarij eorum Monaſteriorum,quæ habent conuentum, à ſuis ſuperioribus Regularibus viſitatum, ab Ordinarijs locorũ viſitari,& corrigi poſsint? Licèt Concilium Tridentinum ſeſ.24. cap.11.de commendatarijs, non meminerit in illa commemoratione perſonarum,quæ ab Ordinarijs viſitare debent,non obſtãtibus quibuſcunque priuilegijs eis conceſsis. Congregatio cenſuit.ſi nullius ſint, ad Epiſcopos nullum ius pertinere, ſed ad Sedem Apoſtolicam:ſi incerta diœceſi ſunt, quoad reſidentiam ſubiacere Epiſcopo Ordinario loci per cap.2.ſeſ.6.& eidem, quoad incompatibilia ſeſ.7.cap.14 ponderando,quod cap.14. loquitur de commendatis,cap.5.dat iuriſdictionem Epiſcopis. Quod verò ſpectat ad viſitationem,& correctionem non poſſe ratione commendæ viſitari,aut corrigi, niſi à Summo Pontifice,aut eius Delegato,

legato, licèt Alciat. qui aduersaba tur, dicebat visitator est Delegatus, ratione autem delicti, rei, con tractus, ad ius commune se remisse runt, prout Concilium se remisit, illudque ampliauit, vt sup. c. 14. sess. 7. quod est notandum, cũ Concilium per d. cap. innouaue rit, cap. 1. de priuil. in 6. ¶ Ex hoc decreto licet Episcopo visitare omnes Ecclesias, etiam Regũlari bus subiectas, dummodò illarum ministri sint seculares. ¶ Episco pus non debet se interponere Monasterijs, in quibus viget re gularis obseruantia. ¶ Non ha bet locum hõc decretum, vbi vi get obseruantia Regularis, licèt Monasterium sit commendatũ. ¶ Comprehenduntur in hoc de creto etiam illa Monasteria com mendata perpetuo vnita alijs Ec clesijs, vel pijs locis, etiamsi ipsa locà essent sub regulari protectione, vt infrà cap. 8. sess. 22. Fuit declaratum à Sanctissimo, quod Milites Hierosolymitani non sint ab Ordinarijs visitandi, nisi prout præsunt alij Religiosi, ha bentes suos superiores iuxta de creta Cõcilij Tridẽtini, cum ipsi etiam sint professi, & præcepto res non commendatarij, & ha beant suum procuratorem, seu superiorem totius Ordinis, iuxta decretum c. 20. sess. 25. de Reg.

s ¶ *Prioratus.* Decl. Car. Priora tus Militum Hierosolymitano rum Ordinarius visitare non po test, cum illi sint præceptores, nõ autẽ cõmendatarij, & visitari de beant à capitulis sui Ordinis, vt sess. 7. cap. 8.

t ¶ *Tam curata, quàm non curata.* Declar. Carel. Episcopus Eccle siam parochialem visitare debet, eique de parocho prouidere, qui Sacramenta, & alia populo admi nistret. ¶ Ecclesiæ, vbi cura ani marum exercetur, visitare pos sunt ab Ordinarijs etiamsi illæ es sent Militum Hierosolymitano rum, adhibita tamen moderatione, quam in sua Bullà Pius Quin tus expressit, quæ est, & illas dũ taxat visitent, quæ animarum cu ra illiusque exercitium, vt Sacra mentorum administrationem respiciunt, quæ Bulla incipit, *Ex posnit pastoralis*, publicata 22. Septembris, 1571.

v ¶ *Etiam persequestrationem fru ctuum.* Declarat. Cardin. Fructus Ecclesiarum, quæ renouatione indigent, ab Ordinarijs sequestra ri possunt, vt Ecclesiæ reparen tur, etiamsi illæ essent Militum Hierosolymitanorum.

u ¶ *Aliaque debita obsequia.* De clar. Card Per vocem (debita) in hoc decreto positam, non licet maius seruitium, aut onus impo nere ben fi ijs, quàm illis ex anti quissima consuetudine, vel illo rum fundatione, vel institutione debetur.

¶ Eadem sessione vigesima prima, c. 8. de refor.

Episcopi possunt visitare Monasteria commendata obseruantia, si eorum Superiores ab Episcopo admoniti intra sex menses illa non visitauerint. Hoc dicit.

CAPVT IX.

¶ Si in commendatis Monasterijs vigeat obseruantia regularis, prouideant Episcopi paternis admonitionibus, vt eorum Regularium superiores, iuxta eorum regularia instituta debitam viuendi rationem obseruent, & obseruari faciant, & sibi subditos in officio contineant, ac moderentur. Quod si admoniti, intra sex menses eos non visitauerint, vel correxerint: tunc ijdem Episcopi, etiam, vt Delegati Sedis Apostolicæ, eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi superiores possent, iuxta eorum instituta; quibuscunque appellationibus, priuilegijs, & exemptionibus penitus remotis, & non obstantibus.

¶ Eadem sessione vigesima secunda, cap. 11. de refor.

Episcopus quorumcunque notariorum sufficientiam inquirere potest, & de ea iudicare. Hoc dicit.

CAPVT X.

¶ CVM ex notariorum imperitia plurima damna, & multarum occasio litium oriatur, possit Episcopus quoscunque notarios, etiamsi Apostolica, Imperiali, aut Regia autoritate creati fuerint, etiam tanquam Delegatus Sedis Apostolicæ examinatione adhibita, *a* eorum sufficientiam scrutari, illisque non idoneis repertis, *b* aut quandocunque in officio delinquentibus, officij eius in negotijs, litibus, & causis Ecclesiasticis, ac spiritualibus exercendi vsum perpetuo, aut ad tempus prohibere, nec appellatio eorum interdictionem ordinarij suspendat.

SVPER CAPVT X.

a ¶ *Examinatione adhibita.* Declar. Card. Fuit decisum prima Decembris, 1588. hoc habere locum etiam respectu contractuũ, qui fiunt a Notarijs super bonis Hospitalium, & super bonis patrimonialibus clericorum.

b ¶ *Illisque non idoneis repertis.* Declar. Card. An facultas prohibendi Notarijs minus idoneis repertis, ne in negotijs Ecclesiasticis, ac spiritualibus eorum officium exerceant, hoc decreto etiã quoad negotia, & lites piorum locorum à laicis administratoribus attribu-

attributa intelligatur? Congregatio censuit, intelligi. ¶ Item an eadem facultas extendatur ad cõtractus personarum Ecclesiasticarum, qui de eorum patrimonialibus bonis conficiuntur, præsertim stante consuetudine, quod causæ earum ratione bonorum ad forũ Ecclesiasticum spectãt? Congregatio censuit, extendi.

Item sessione vigesima quarta, c. 3. de refor.

Prælati superiores tenentur quot annis, vel saltim biennio proprias diœceses per se, vel Visitatores suos visitare. Hoc dicit.

CAPVT XI.

¶ Patriarchæ, Primates, & Metropolitani, & Episcopi suã diœcesim per se ipsos, aut si legitimè impediti fuerint, per suum generalem Vicarium aut visitationem [b] si quot annis totam propter eius latitudinem visitare non poterunt, saltem maiorem eius partem, ita tamen, vt tota biennio per se, vel Visitatores suos compleatur, visitare non prætermittant.

SVPER CAPVT XI.

[c] ¶ *Patriarchæ, Primates.* Concordat Concil. V. Aurelia. c. 18. Tarrac. 7 Conc. IIII. Tolet. c. 35. fere tota 18. dist.

[d] ¶ *Propriam diœcesim.* Declara. Cardin. Etiamsi Ecclesiæ sint exemptæ, sed tunc per se ipsum tantum, ex cap. 4. sess. 6. ¶ Fuit dubitatum, an liceret Episcopo in visitatione homines monere per edicta super excommunicationis pœna ad reuelanda ea, quæ scirent contra Capitulares, & alios, qui correctione, & emendatione indigeant? Et fuit resolutum die vlt. Martij, 1588. non licere, & fuit allegatus in terminis Socin. in tract. de visitatione.

[e] ¶ *Per suum Vicarium, aut Visitatorem.* Declar. Card. Comprehenduntur etiam exempti, qui visitandi essent ab Episcopis, vt possint ipsis legitimè impeditis visitari à Vicarijs, vt hic, secùs si Episcopus vellet, ex cap. 4. sess. 6. visitare, tunc enim non potest, nisi personaliter id agere.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, cap. 3. de refor.

Metropolitani nequeunt visitare Ecclesias suffraganeas, nisi in certo casu. Hoc dicit.

CAPVT XII.

¶ Metropolitanis, etiam post plene visitatam propriam diœcesim, non visitentur Cathedrales Ecclesiæ, neque diœceses

ceſes ſuorum comprouincialiū, niſi cauſa cognita, & probata in Concilio Prouinciali.

SVPER CAPVT XII.

f ¶ *Non viſitentur Cathedrales Eccleſiæ.* Concordat tex. in cap. 1. cap. nullus Primas. 9. quæſt. 2.

Eadem ſeſsione viſigema quarta, cap. 3. de refor.

Ius viſitandi, quod habere ſolent, Archidiaconi, Decani, vel alij inferiores, non prohibet quominus Epiſcopus ſeorſum poſsit viſitare, cuiuſcunque integra acta viſitationis per alios facta exhiberi debent. Hoc dixit.

CAPVT XIII.

Archidiaconi, g Decani, & alij inferiores in ijs Eccleſijs, vbi hactenus viſitationē *h* exercere legitimè cōſueuerunt, debeāt quidem aſſumpto Notario, *i* de conſenſu Epiſcopi deinceps per ſeipſos tantùm *k* ibidem viſitare. Viſitatores etiam, *l* à Capitulo deputandi, vbi Capitulum ius viſitandi habet, prius ab Epiſcopo approbentur: ſed non ideò Epiſcopus, *m* vel eo impedito eius viſitator caſdē Eccleſias ſeorſum ab his viſitare prohibeatur: cui ipſi Archidiaconi, vel alij inferiores, viſitationis factæ infra menſem rationem reddere, & depoſitiones teſtium, ac integra acta ei exhibere teneātur: non obſtantibus quacunque conſuetudine, etiam immemorabili, atque exemptionibus, & priuilegijs quibuſcunque.

SVPER CAPVT XIII.

g ¶ *Archidiaconi.* Decl. Car. Ordinarius vel debet dare beneficium eccleſiaſticum Archidiacono, de conſuetudine iuriſdictionem exercendi, vel permittere exercere iuriſdictionem Archidiaconatus, ſicut erat ſolitus, cui tamen Archidiacono, cùm prouiſum fuerit de aliquo beneficio, vel Archidiaconatus ipſius Archidiaconi ceſsione, vel morte vacauerit Archidiaconatus, in perpetuum poſtcà ſublatus eſſe intelligitur. Interim verò dū Archidiaconatus iuriſdictionem exercet, ſi ipſe, vel eius miniſtri, quicquam iniuſtè, vel perperam egerint, Ordinarius in eos animaduertere debet.

h ¶ *Viſitationem.* Declarat Cardin. Congregatio cenſuit, Archidiaconum dum viſitet, percipere fructus Archidiaconatus, cum ſit abſens pro ſeruitio Eccleſiæ, & ex præſcripto Papæ.

i ¶ *Aſ-*

i ¶ *Assumpto Notario.* Declarat Card. Verba hæc, quibus dicitur, quod Archidiaconi, Subdiaconi, & alij inferiores in sua visitatione debeant assumere Notariũ de Episcopi consensu, locum nõ habent in Abbate seculari.

k ¶ *Per seipsos tantùm.* Declarat Cardin. Si iurisdictio istorum inferiorum versaretur solùm in videndis rationibus, & computis Ecclesiarum, per substitutos possunt adimplere.

l ¶ *Visitatores etiam.* Declarat Cardin. An hoc decretum, quo cauetur, Visitatores à capitulo deputatos, esse approbandos ab Ordinario, vendicet sibi locum, vbi soli capitulo absque Episcopo competit facultas visitandi? Congregatio die 30. Aprilis, 1587. censuit, vendicare sibi locum, etiam vbi soli capitulo competit ius visitandi.

m ¶ *Sed non ideò Episcopus.* Declar. Card. Licet Episcopus possit iterum visitare Ecclesias visitatas ab inferioribus, vt hic; nõ potest tamen iterum punire punitas ab eis, nec ab eis absolutos cogere ad innocentiam suam demonstrandam.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, c. 3. de refor.

Finis & scopus Ecclesiasticæ visitationis, disciplina etiã à visitatoribus seruanda in præsenti capitulo demonstratur. Hoc dicit.

CAPVT XIIII.

¶ Visitationum omnium *n* præcipuus sit scopus, sanam, orthodoxamque doctrinam, expulsis hæresibus, inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, *o* populum cohortationibus & admonitionibus ad religionẽ, pacem, innocentiamque accendere: cætera, prout, locus, tempus, & occasio feret ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere. Quæ vt facilius, *p* fœliciusque succedant; monentur omnes, & singuli ad quos visitatio spectat, vt paterna charitate, Christianoque zelo omnes amplectantur: ideòque modesto contenti equitatu, famulatuque studeant quàm celerrime, q. debita tamen cum diligentia, visitationem ipsam absoluere. *r*

SVPER CAPVT XIIII.

n ¶ *Visitationum omnium.* Concordat tex. in cap. 1. §. sanè, de cẽsibus, in 6. §. Florentinum, d. 85.

o ¶ *Prauos corrigere* Decl. Card. An Episcopus visitando possit aliquod crimen corrigere, aut punire, aut solũ mouere, & reprehẽdere? Congregatio cẽsuit, posse.

p ¶ *Quæ vt facilius.* Decl. Cardi. An Episcopus teneatur visitationem concludere intra certum, & determinatum tempus, iuxta latitudinem suæ diœcesis, & particulariter, quoad suam Ecclesiam Cathe-

Cathedralem, & ſuos Capitulares iuxta numerum clericorum, qui paruus eſt? & ſimiliter ciuitas? Congregatio Concilij cenſuit, nullum certum tempus fuiſſe præfixum, ſed id relictum arbitrio Epiſcopi, quod tamen debet eſſe moderatum, & diſcretum. Item cenſuit, in viſitatione ſeruandum eſſe cum ordinem, quē præſcribit decretum Concilij, ſeſſione ſexta, cap. 4. & ſeſſione 25. de reform. cap. 6. Si modò capitulum ſit exemptum ab Ordinario: quod ſi illi ſubiectum ſit, tunc ſeruandum ordinem poſitum, ſeſſione vigeſima tertia, cap. 3. vbi eis de notario, & depoſitionibus teſtium, ac de actis expreſſè depoſitum eſt.

q ¶ *Quàm celerrimè.* Nullum certum tempus ab Epiſcopo obſeruandum ad viſitationem eſt præſcriptum, ſed relictum eſt arbitrio Epiſcopi, quod debet eſſe moderatum, & diſcretum. ¶ Item vt Epiſcopus, dum viſitat debeat conuenienter viſitationem proſequi, nec ad extraneos actus diuertere, ſed quā primū, legitimo impedimēto ceſſante, vt perficiatur incumbere ad viſitationem.

¶ Eadem ſeſſione vigeſima quarta, cap. 3. de reform.

Pro viſitatione, nil vltra id, quod iure permittitur accip. ēdum eſt, ſub pœnis in præſenti decreto conſtitutis. Hoc dicit.

CAPVT XV.

¶ Caueant Epiſcopi, *ſ* & Viſitatores, ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues, oneroſiue ſint; nè ve ipſi, aut quiſquam ſuorum *t* quidquam procurationis cauſa *u* pro viſitatione, etiam teſtamentorum ad pios vſus, præter id, quod ex relictis pijs iure debetur, *x* aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcunque ſit, etiam qualitercunque offeratūr, accipiant non obſtante quacunque conſuetudine etiā immemorabili: exceptis tamen victualibus, *b* quæ ſibi, ac ſuis frugaliter, moderateque protempore tamen neceſsitate, & non vltra erunt miniſtrāda. Sit tamen in optione eorū qui viſitantur, ſi malint ſoluere idquod erat ab ipſis antea ſolui, certa pecunia taxata, cōſuetū: an verò prædicta victualia ſubminiſtrare: *c* ſaluo itē iure cōuentionū antiquarū cum Monaſterijs alijſq; pijs locis, aut Eccleſijs nō parochialibus inito, quod illæſum permaneat. In ijs verò locis, ſeu Prouincijs, vbi cōſuetudo eſt, vt nec victualia, nec pecunia, nec quidquā aliud à Viſitatoribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant, ibi id obſeruetur. Quod ſi quiſquam (quod abſit) aliquid amplius in ſupra dictis omnibus caſibus accipere præſumpſerit, is præter dupli reſtitutionem,

tionem, intra menſem faciẽdam, alijs etiam pœnis iuxta conſtitutionem Concilij Generalis Lugdunenſis, *d* quæ incipit, *Exigit*, nec non & alijs pœnis in Synodo Prouinciali arbitrio Synodi abſque illa ſpe veniæ mulctetur.

SVPER CAPVT XV.

f ¶ *Caueant Epiſcopi.* Decl. Car. Per decretum hoc, interimque quo prohibetur Epiſcopis, præter victualia quicquam accipiant procurationis cauſa, pro viſitatione, etiam teſtamentorum ad pios vſus, aut alio quouis nomine nõ cenſetur ſublatum cathedratiuũ, quod ſingulis annis exigi ſolet, ab Ordinario tam in viſitatione, quam extra. Ita cenſuit Congregatio Concilij die 8. Octobris, 1587 facit gloſ. in ver. viſitationis, c. 2. de conſt. in 6. & gloſſ. in Summa circa fin. & cap. inter cætera, 10. q. 3. & cap. cõſequenter, de offic. Ordin. melius tamen facerent ſi cathedratiuum ex viſitatione exigerent.

t ¶ *Neque ipſi, aut quiſquam ſuorum.* Declaratio Cardin. nec poteſt quicquam ab eis, qui viſitantur pro decretis, & ordinationibus ſpectantibus viſitationẽ, pro rogiitu, ſeu ſcriptura laboreve ſuo percipere.

u ¶ *Quicquam procurationis cauſa.* Declarat Cardin. Epiſcopus re ipſa non viſitans, nihil procurationis cauſa exigere poteſt.

a ¶ *Præter id, quod ex relictis pijs iure debetur.* Declarat Cardin. Epiſcopus poteſt ex conſuetudine exigere, veluti trigeſimam, ex relictis pijs ratione viſitationis teſtamentorum: ſecùs verò ſi in teſtamentis nullũ eſſet relictum pium.

b ¶ *Exceptis tamen victualibus.* Declar. Cardi. Quæ debentur ab ijs, qui conſueuerunt procuratorem præſtare, quod quandoque conſtingit à communitatibus locorum. ¶ Stante conſuetudine, vt Epiſcopo diœceſeos viſitante, à laicis, ei victualia miniſtrentur: Vicario autem viſitante ab Eccleſiarum Rectoribus, an huiuſmodi conſuetudo attendenda ſit? Ad primum Congregatio cenſuit, ſi laici ſpontè perſeuerent, in iſta conſuetudine, eam ſeruandam eſſe. Ad ſecundùm debere præſtari ab ijs clericis, qui viſitantur iuxta formam huius decreti.

c ¶ *Victualia ſubminiſtrare.* Declaratio Cardin Si ex conſuetudine populus ſubminiſtrat, Epiſcopo viſitante, poteſt ſeruare conſuetudinem Eccleſiæ vtilem, ſi populus non conqueritur: laudabile tamen, vt Epiſcopus illum minus grauet. Si verò populus ſubminiſtrabat ante Cõ

cilium

cilium singulis triennijs Episcopus non debet exigere si singulis annis visitauerit, nisi pro tempore, quo ante præstabat. ¶ Victualia, seu procurationes tãtùm præstanda sunt. Quod si consuetudo esset, vt communitates procurẽt Episcopum visitantem, ea seruãda est quandiù ipsi voluerint, quod si ipsi recusarent, cogendi non sunt. Episcopus exiens per villas, & oppida, vt Sacramentũ confirmationis tantùm conferat, â nemine est procurandus. ¶ Episcopo chrismatis tantùm cõferendi causa ad loca suæ diœcesis accedente, laici, vel Ecclesiarum Rectores, ad illius impensas non tenentur.

d ¶ *Iuxta constitutionem Concilij generalis Lugdunensis.* Hæc cõstitutio refertur in c. 2. de censibus, lib. 6. cuius tenor talis est.

Exigit peruersorum audacia, vt non simus sola prohibitione delictorum contenti, sed etiam pœnam delinquentibus imponamus. Constitutionem itaque fœlicis record. Innocentij Papæ Quarti prædecessoris nostri, editam super non recipiendis in pecunia procurationibus, ac super receptione munerum visitantibus eorumquè familiaribus interdicta: quam multorum fertur temeritas præterire: volentes inuiolabiliter obseruari cãdem decernimus pœnæ adiectione iuuandam. Statuentes, vt vniuersi, & singuli, qui ob procurationem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam; vel etiam â volente recipere, vel aliâs constitutionem ipsam recipiendo munera, siue visitationis officio, non impenso procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione violare præsumpserit: duplum ejus quod receperint Ecclesiæ â qua id receptum fuerit infrâ mensem reddere teneantur. Alioquin ex tunc Patriarchæ, Arch. episcopi, Episcopi duplum ipsum vltra prædictum tempus restituere differentes: ingressum sibi Ecclesiæ censeant interdictum: inferiores verò ab officio, & beneficio nouerint se suspensos, quousque de duplo huiusmodi grauatis Ecclesijs plenariam satisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remissione liberalitate, seu gratia valitura.

¶ Eadem sessione vigesima quarta, c. 9. de reform.

Ecclesiæ seculares nullius diœcesis eo modo, quo beneficia exempta, debent â proximiori Episcopo, vel â quocunque alio visitari. Hoc dicit.

CAPVT XVI.

¶ Quæ alias e sub fœlic. record. Paulo III. & nuper sub beatissimo Domino nostro Pio IIII. in hoc eodem Concilio de adhibenda ab Ordinarijs diligentia in beneficiorum etiam exemptorum, f visitatione g cõstituta sunt,

sunt, eadem etiam in ijs Ecclesijs secularibus *h* obseruentur, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur, vt ab Episcopo, cuius Cathedralis Ecclesia est proximior, *i* si id possit: alioquin ab eo, qui semel in Concilio Prouinciali à Prælato loci illius electus fuerit, *l* tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, visitentur: *m* non obstantibus priuilegijs, & consuetudinibus quibuscunque, etiam immemorabilibus.

SVPER CAPVT XVI.

e ¶ *Quæ alias.* Videlicet in cap. 2. c. locorum, c. quæcunque, c. si in commendatis, sup. hoc tit.

f ¶ *Beneficiorum etiam exemptorum.* Decl Car. Beneficia nullius diœcesis visitari debent ab Episcopo viciniori, & id ab eodē faciendum est solùm in capite, nō in membris. Collegiatæ nullius diœcesis visitari debent à vicinio ri Episcopo.

g ¶ *Visitatione.* Decl. Card. Visitator vigore huius capituli eligendus est à Prælato illius loci, qui visitandus est, non autem ab alio.

h Etiam in ijs Ecclesijs secularibus. Declar. Card. Hoc decretum habet locum in alijs secularibus nō Regularibus, nisi ab ijs subessent beneficia secularia, vt solent esse in Abbatijs, quia illa beneficia secularia possunt visitari. Abbates Regulares possunt parochiales Ecclesias visitare, & etiam alij inferiores vna cū viciniori Episcopo cumulatiuè S. D. N. Gregorius XIII. dixit, quoad parochiales, quibus inseruitur per presbyteros seculares, non regulares, licèt vnitæ, ac dependentes à regularibus, & ideò hoc decreto comprehendi, tamen dedit Sanctitas sua pro illa vice breue, propter abusus, Episcopo Sarsinatensi, saluis iuribus vtriusque, contra Abbatem de balneo Camaldulensium. ¶ Beneficia secularia exempta tantùm non autem regularia in vim huius decreti ab Ordinarijs visitari possunt. ¶ Congregatio censuit, personas Ecclesijs, etiam non inseruientes, etiam cōprehendi.

i ¶ *Cuius Cathedralis Ecclesia proximior.* Declar. Cardin. Ab ipsa met Cathedrali distantia est mensuranda. ¶ Ad Episcopum spectat, vt concedat literas dimissorias ijs, qui sunt nullius diœcesis, quando non constat, quod sit intra fines alicuius diœcesis, item in visitatione poterit monere, & corrigere, prout in sessi. quinta, cap. 2. vt plebem commissam vnusquisque salutaribus verbis pascat. Item Episcopus vicinior poterit in visitatione eius, qui est, nullius diœcesis, illum si non residet, vel si indiscretas licentias nō residendi suis subditis concesserit,

rit, monere, & corrigere. ¶ Ad ipsum autem Episcopum tanquã viciniorem non spectat Sacramẽtum Confirmationis his, qui nullius diœcesis sunt, ministrare cum possint accersire, quẽ maluerint Catholicum Episcopum, qui est nullius diœcesis, saluo tamen maiore iure Episcopi, si aliunde id sibi competit, & non modò Ecclesiam visitabit, sed etiam Prælatum illius, aliosque ministros. Poterit idem Episcopus vicinior visitare Ecclesias huic subiectas: cumulate enim cum Ordinario loci intelligendum est.

k ¶ *Si id possit*. Declar. Cardin. In hoc cap. vbi dicitur, Ecclesias seculares, quæ nullius diœcesis esse dicuntur visitãdas, ab Episcopo, cuius Ecclesia Cathedralis est vicinior, si id possit, legendum est (si id constet) & non si id possit.

l ¶ *Electus fueri*. Declaratio Cardinalium. Et talis electio ligat successores.

m ¶ *Visitentur*. Decis. Car. 203. Congregatio Concilij censuit, sæpius Ecclesias seculares nullius diœceseos, quantumcunque exẽptas, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectas, earumque Prælatum secularem habentem in eas iurisdictionem quasi Episcopalem, posse ab Episcopo, cuius Cathedralis Ecclesia est proximior, visitari vigore decreti cap. noni sess. vigesimæ quartæ.

Eadem sessione vigesimaquarta, cap. 10. de reform.

Executionem eorum, quæ ad visitationem, seu morum correctionem spectant, nulla interposita inhibitio, aut appellatio impedire potest. Hoc dicit.

CAPVT XVII.

Episcopi, vt aptiùs, quem regunt populum, possint in officio, atque obedientia continere, *n* in omnibus ijs, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, ius & potestatem habeant, etiam tanquã Apostolicæ Sedis Delegati, eã ordinãdi, moderãdi, puniẽdi, & exequendi, iuxta Canonũ sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac diœcesi suæ vtilitate necessaria videbuntur. Nec in his, vbi de visitatione, *o* aut morum correctione agitur, exempto, aut vlla inhibitio, *p* appellatio, *q* seu querela, etiam ad Sedem Apostolicam interposita, executionem eorũ, quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint: quoquo modo impediat, aut suspendat. *r*

S V-

SVPER CAPVT XVII.

n ¶ *Quæ ad visitationē, ac morum correctionem.* Decl. Card. Ea, quæ ad visitationem, & morum correctionem subditorum spectant, non possunt per appellationem impediri, vel suspendi. Congregatio Concilij censuit, Episcopum solum visitando posse, non tātum monere, sed etiam aliquod crimen corrigere, etiam si c. statuit. sess. 25. dicatur, debere duos capitulares assumere, quod fit, cū procedendum est ad pœnam ad dictam punitionem respicientem, sed si ad eam pœnam, quæ magis emēdationem morum respiciat, contra non recitantes horas, non incedentes in habitu honesto, & similia, id solus efficere potest, quia decretum Concilij corrigere, & emēdare Episcopo visitanti permittit. ¶ Non potest Episcopus prætextu, quod sit Sedis Apostolicæ Delegatus, declinare iurisdictionem Metropolitani in casibus illis in quibus ante Concilium tanquam Ordinarius poterat vti eodem iure, eadē que potestate.

o ¶ *Nec in his, vbi de visitatione.* Decl. Car. Congregatio censuit, hoc habere locū, quando nō fuit processum iudicialiter. Fuit dubitatū an Episcopus possit allegari suspectus? Et fuit resolutū subdie 6. Oct. 1588, quod nō possit, sivo lueritvisitare ad correctionē, etiā non cōpilato processu, & imponere pœnā ordinariā, fuit dictū, quod sicut meo casu dabatur appellatio de iure, ita etiā poterit allegari suspectus, nam capitulum istud habebit locum in tali casu, nempè, quando non compilato processu, & ad pœnam ordinariā Episcopus procedat.

p ¶ *Aut vlla inhibitio.* Decl. Car. Metropolitanus, qui in causis visitationis suis suffraganeis inhibet.

q ¶ *Appellatio.* Decl. Car. Interposita appellatio ad Metropolitanum ab Episcopo vigore huius decreti tanquam Delegato Apostolico visitante licēt deuoluat causam, non tamen eam suspendit, quare acta sunt transportanda, & danda copia iuxta præscriptionem, cap. 1. sessio. 13. & cap. 20. huius sess. Caput hoc decimū non sustulit appellationem deuolutiuam, sed suspensiuam tantum licet Episcopus id faciat, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, prout dicitur hoc, c. 10. cū tamen hæc iurisdictio iure suo ordinario, etiam ante Concilium Tridentinū competeret, nec impedit deuolutionē appellationis ad Metropolitanum. Quo autem ad dandam copiam autorūat tinet, Congregatio censuit, seruāda esse decreta Cōcilij sess. 25. c. 3. & cap. 10. huius sessio. eo. quæ ad visitationem, & morū correctionem

nem subditorum, non possunt per appellationem impediri, vel suspendi.

r ¶ Quoquo modo impediat, aut suspēdat. Decl. Card. In casibus visitationis, & correctionis appellari potest post diffinitiuam, ita tamē vt appellatio non suspendat executionem, prout sancitū est sup. c. 1. sess. 22. quod si Episcopus compilato processu, firmato iudicio, seruatis seruandis prout iuris fuerit, procedat, veluti ex causa blasphemiæ, & adulterij, aut restitutionis fructuum beneficiorum ob non recitatum diuinum officium, & similium nō habent locum hæc decreta.

Item sessione vigesima quinta, cap. 11. de regul.

Exercentes curam animarum personarum secularium, inquibus Monasterijs, seu domibus Regularium subsunt correctioni, & approbationi Episcopi, exceptis, quibusdam quorum hic fit mentio. Hoc dicit.

CAPVT XVIII.

IN Monasterijs, *s* seu domibus virorū, seu mulierū, quibus imminet animarū cura *t* personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorū Monasteriorum, seu locorum familia personę, tā regulares, quām seculares, huiusmodi curam exercentes, subsint immediate in ijs, quæ addictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi in cuius dioecesi sunt sita. Nec ibi aliqui etiam ad nutum amouibiles, deputantur, *a* nisi de eiusdem consensu, ac præuio examine *b* per eum, aut eius Vicarium faciendo, excepto Monasterio Cluniacensium cum suis limitibus, & exceptis etiam ijs Monasterijs, seu locis, in quibus Abbates, Generales, aut capita Ordinum *d* sedem ordinariam principalem habent, atque alijs Monasterijs, seu domibus, *e* in quibus Abbates, aut alij regulariū superiores iurisdictionem Episcopalem, *f* & temporalem in parochos, & parochianos exercent: saluo tamen eorum Episcoporum iure, qui maiorem in prædicta loca, vel personas iurisdictionem exercent.

SVPER CAPVT XVIII.

s ¶ In Monasterijs. Declar. Card. S. D. N. Pius V. dixit, quidquid Concilium videtur disposuisse in hoc decreto, excipiendas eas Ecclesias in quibus Regentē habent spiritualem, & temporalē iurisdictionē, velle tamē, vt in omnibus Ecclesijs parochialibus, in quibus

quibus cura animarum etiam laicorum exercetur, habeant Ordinarij facultatem, eas Ecclesias, & personas in ijsdem curam exercentes visitandi, & corrigendi, in his dumtaxat, quæ ad dictam curam, & sacrorum administrationem spectant, & ab hoc decreto nullus censeatur exemptus.

t ¶ *Quibus imminet animarum cura.* Decl. Card. Non intelligit hoc decretum priuilegijs derogare, nisi his tantum, quæ ad curam animarum, & actualem sacrorum administrationem concernunt.

u ¶ *Iurisdictioni visitationis.* Declar. Card. Episcopus habet ius visitandi parochiam, sitam in diœcesi, in ijs, quæ spectant ad curam animarum, licèt dicta parochia sit sub cura canonicorum Regularium, Vicariumque ex ipsis Canonicis Regularibus, ab eorum superioribus nominatum, & prævio examine per Episcopum, ipsum, vel eius Vicarium faciendo idoneum, & approbatum: ad nutum tamen huius superioris amouibilem, deputare debet, non obstantibus quibuscunque Equites Hierosolymitani, quatenus beneficia curata non obtinent ab Ordinarijs, visitare non possunt.

a ¶ *Ad nutum amouibiles deputentur.* An in omnibus Monasterijs tã illis, quibus à primæua eorũ cõstitutione cura animarũ immineat, quã ijs quibus posteà annexa fuit, possint ab Ordinarijs vicarijs in huiusmodi Monasterijs poni. Congregatio censuit, neque temporaneos Vicarios posse ab Ordinarijs, in huiusmodi Monasterijs poni, sed tantum à superioribus eorum, prævio tamen examine ipsorum Ordinariorũ iuxta præscriptum huius decreti. Petentibus Iesuitis, an parochia Toletana, in Monasterium erecta, & vnita eorum Collegio, gubernari possit à deputato ab ipsis? Modò sit approbatus ab Ordinario, censuerunt, posse, sicut etiam Monachi possint si ad id approbarentur. Concilium Colonense Prouinciale. p. 4. c. 18. tom. 4.

b ¶ *Ac prævio examine.* Decla. Card. Etiam si essent in possessione immemorabilem aliter faciendi. Et hoc decretum habet etiam locum in capitulis Ecclesiarum, in quibus exercetur cura animarum, licet sint in possessione præ dicta deputandi capellanos amouibiles, aut per se ipsos curam animarum exercere absque examine per eum, aut eius Vicarium faciendo, seu electio spectat ad Rectorem, siue Abbatem, approbatio ad Episcopum, de eius cõsensu Vicarius amouibilis est deputandus.

c ¶ *Exceptis etiã ijs Monasterijs.* Decis. Card. 25. Congregatio Cõ-

cilij censuit, ea verba, Generales Abbates, posita in cap. 11. sess. 25. de regul. esse coniunctim intelligenda, ita vt ea exceptio loquatur de Abbatibus, qui idem sint Generales. Item decis. Card. 251. Congregatio Concilij censuit, exceptionem positam in c. 11. sess. 25. de Regul. vers. & exceptis procedere, quoad regulares Ecclesias, in quibus duo autores regulares commorantur, & quæ dependent à Monasterijs, in quibus Abbates generales aut capita Ordinum, sedem ordinariam principalem habent, etiam si in illis Ecclesijs regularibus dependentibus non vigeat regularis obseruantia; ideoque Episcopum ab huiusmodi Ecclesiarum visitatione debere omnino abstinere.

d ¶ *Aut capita Ordinum.* Declarat Cardina. In Monasterio, in quo Generalis alicuius Religionis Regularium Sedem Apostolicam pirncipalem habet, licèt personæ seculares sint in eodem Monasterio, curam animarum exercentes, quantum ad curam ipsam administrandorum Sacramentorum spectat, nulli visitationi suæ iurisdictionem Episcopi ordinarij diœcesis, in qua Monasterium est subiectum. ¶ Ordinarius verò habet ius visitandi capita Ordinum licèt annexam habeant curam animarum, nec membra proxima capiti.

e ¶ *Atque aliis Monasterijs, seu domibus.* Decla. Cardin. Habet locum hoc decretum etiam in Ecclesijs secularibus illius oppidi, seu loci, in quo Abbates, & alij regulares superiores eandem iurisdictionem habent! Parochiales vnitas Monasterijs, quæ habent iurisdictionem, Ordinarij visitare possunt personas tantum, quoad ea, quæ ad curam animarum pertinent. In ijs quoque parochialibus possunt visitari à superioribus regularibus capellani ad nutum amouibiles, dummodò approbati sint ab Ordinarijs.

f ¶ *Iurisdictionem Episcopalem.* Decis. Card. 27. Congregatio Cõcilij censuit, iurisdictionem tributam Episcopo decreto Concilij c. 11. sess. 25. de reg. in personas exercentes curam animarũ, & administrationem Sacramentorum, in Monasterijs regularium, quibus incumbit animarum cura, competere etiã Præpositis iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus. Item eam iurisdictionem, competere superioribus Regularibus, cæterum si Præpositi decreta, hac in re à superioribus Regularium decretis discrepent, ea valere vtique, & obseruanda esse decreta Præpositi. ¶ Item decis. Card. 244. Congregatio Concilij censuit,

censuit. Episcopos non posse visitare Ecclesias parochiales, in quibus Abbates iurisdictionē Episcopalem, & temporalem in parochianos exercent, nisi Episcopus maiorem in illis locis & personis iurisdictionē exerceat.

Eadem sessione vigesima quinta, cap. 20. de regul.

Monasteria subiecta ijs Prælatis, qui sunt Ordinum capita, etiam si cōmendata existant, non subiacent dispositioni c. quæcunque, & c. Si mōmendatis à Capitulis Generalibus, vel Visitatoribus Ordinum debent de Rectoribus prouidere. Hoc dicit.

CAPVT XIX.

Abbattes, qui sunt Ordinum capita, ac cæteri prædictorū Ordinum superiores, Episcopis nō subiecti, quibus est in alia inferiora Monasteria, & Prioratus, suo quisque loco, atque Ordine ex officio visitent, etiam si commēdata existant. Quæcumordinum suorum capitibus subsint, g declarat sancta Synodus, in ijs, quæ aliàs de visitatione Monasteriorum definita sunt, non esse comprehensa: teneanturque quicunque prædictorum Ordinum Monasterijs præsunt, prędictos Visitatores recipere, & illorū ordinationes exequi. Ipsaquoque Monasteria, quæ sunt Ordinum capita, iuxta sanctæ Sedis Apostolicæ, & cuiuscunque Ordinis constitutiones visitentur. Et quandiu durabunt huiusmodi commendæ, Priores claustrales, aut in Prioribus Conuentum habentibus, subpriores, qui correctiones, & spirituale regimē exercent, à capitulis Generalibus vel ipsorum Ordinum visitatoribus instituantur. In cæteris omnibus præfatorum ordinum priuilegia, & facultates, h quæ ipsorum personas, loca, & iura cōcernunt, firma, sint, & illæsa.

SVPER CAPVT XIX.

g ¶ *Quæcunque Ordinum suorum Capitibus subsit.* Decl. Card. Prioratus quibuslibet capitibus subsunt, etiam Ordinis Hierosolymitani ab Episcopis visitari nō possunt.

h ¶ *Priuilegia & facultates.* Decl. Car. Hodie ex Bulla Pij Quinti in fauorē Mendicantiū edita, Moniales omnes pleno iure Episcopo nō subsunt, etiā Regulares sunt exēpti, & liberati à superioritate, dominio, iurisdictione Episcoporū, iuxta ipsorū Regulariū priuilegia Apostolica, sed hęc Bulla fuit reducta ad metā iuris, & terminos Cōcilij Tridētini per Gregorium Decimum tertium.

men non aliter ea vti planè debet, aut potest, quam cum consilio, & assensu duorum Canonicorum à capitulo ad præscriptū eiusdem concilij electorum.

k ¶ *Capitula Cathedralium.* Declar. Card. Congregatio censuit, hoc procedere in capitulis exemptis tantùm. Hoc decretum non pertinet ad Ecclesiam Cathedralem tanquam Cathedralem, sed tanquam exemptam, vnde Collegiata, quæ prius non erat exempta, sed in omnibus Episcopo subiecta erecta in Cathedralem non cōprehenditur in hoc decreto. ¶ Si capitula, de quibus hoc decretum, & suprà sess. 6. c. 4. sunt exempta à iurisdictione Episcoporum, tenentur seruare decretum illius concilij Prouincialis, cui interfuit Episcopus. An capitula vnicuique Ecclesiæ Collegiatæ ea omnia obseruare debēt, quæ decreta sunt hoc capitulo à Concilio Tridentino, & sub nomine processus, etiam intelligatur prima citatio.

l ¶ *Quando Episcopus visitauerit.* Decl. Car. Et ita obseruari, & esse exequendum. Congregatio Cōcilij censuit, vide, quæ supra nota ta sunt, sess. 6. c. 14. ¶ Illustrissimi & Reuerendissimi Domini, quia D. Episcopus Abulensis virtute executorialium desuper à Rota decretatum, & aliorum iurium sibi ad hoc competentium, Cathedralem Ecclesiam Abulensem, & illius personas capitulares visitare, corrigere, punire, & castigare potest, & debet iuxta formam Concilij Tridentini, & negotiū hoc, qua decet, pace, & æquitate expedire valeat, supplicatur humiliter Illustrissimis & Reuerē. D. D. V. V. infra scripta dubia declinare. ¶ Primū, an in visitatione dictæ Ecclesiæ personarum, & Episcopus necessario debeat assumere Notarium, & Secretarium Capituli, vel potiùs vnum ex suis Notarijs, quē ipse ad hoc elegerit, cum in Concilio Tridētino hoc c. 6. expresè sit dispositum, quod acta fiant coram Notario Episcopi. ¶ Secundum, an Episcopus visitando possit solus sine adiunctis Capitularibus peccata excessus Capitulariū, quos correctione, & punitione dignos repererit, corrigere, punire, & emendare. ¶ Tertium, an Episcopus, vel eius Vicarius, quando simul cum adiunctis Capitularibus extra visitationem, contra aliquem ex Capitularibus ad punitionem delictorum procedāt, iuxta formam Concilij Tridentini hoc capite 6. debeat eis seruire Fiscalis ipsius Episcopi, qui crimina accusēt, & prosequatur, vel potiùs ad hoc munus sit assumendus, & nominandus alius ex seruitoribus, vel capellanis dictæ Ecclesiæ Abulensis, quod absur-

Digitized by Google

dum videtur, quia famulus non potest, qua decet libertate, & solicitudine accusare, & prosequi D.D. crimina. ¶ Reuerendissime Domine ad tres dubitationes quæ in libello ijs literis adiuncto contentæ sacræ Congregationi Cardinalium ex autoritate Sancti Domini nostri, Concilij Tridentini interpretum propositæ fuerunt, sic ab eadem Congregatione responsum fuit, nempe. ¶ Ad primum, in visitatione, de qua agitur, proprium Notarium ab Episcopo esse assumendum, non illi tamen Capitulo suspectum. ¶ Ad secundum, non teneri Episcopum in prafata visitatione adhibere adiunctos Capitulares, & aliquod crimen posse corrigere, & punire: non tamè pœna ordinaria, sed ea, quæ ad morum magis emendationem, quàm punitionem respiciunt. ¶ Ad tertium, de Fiscali posse eundem Episcopum assumere Fiscalem, vel alium, quem in sede putare maluerit, quam ad singula Congregationis prædictæ sententiam voluit ad amplitudinem tuam præscribere, vt ipsius Ecclesiæ, & personarū visitatio, quod ipsa cupit, quoties transigatur. Interea cum benè valere, & diuinæ gratiæ donis in dies magis augeri [illegible] optamus, Romæ [illegible]. ¶ Illustrissimi & Reuerendissimi Domini, inter Episcopum Abulensem de pluribus dubitari cōtigit, quę Episcopus petit à sacra Congregatione declarari. ¶ Primum est, an Episcopus solus absque adiunctis Capitularibus possit Capitulum visitare. ¶ Secundum, an hæc visitandi facultas extendatur etiam ad res & bona Capituli, eiusque administratores. ¶ Tertium, an huiusmodi decisio habeat locum etiam, cum administratio rerum, & bonorum inter Episcopum, & Capitulum est communis. ¶ Quartum, quatenus Episcopo competat facultas visitandi, etiam cum administratio est communis, an præscribendus sit modus Episcopo ne immutet, aut tollat decreta ab administratoribus facta, ne eorum potestas, aut autoritas labefactetur. ¶ Quintum, an Episcopo exigere iuramentum à visitatis. ¶ Sextum, an de rebus scandalosis tantùm, & publicis, vel etiam secretis, & occultis in visitando possit inquirere. ¶ Septimum, an sit danda transumptà eorum, quæ Episcopus visitando punitione digna repererit. ¶ Octauū, an Capitulum possit visitari ab Episcopo in suis domibus ipsis Episcopalibus; vel in loco Capitulari tantùm. ¶ Nonum, an Episcopus visitando possit recusari, tanquam suspectus. ¶ Decimum, an Episcopus visitans iu-

ra-

ramentum, & acta visitationis in scripturâ redigere possit, præsertim si respiciũt personas capitulâ res, cõtra quas nõ nisi cũ adiũctis est procedendũ iuxtâ hoc caput. Reuerẽdissime Dñe vti frater de cẽ sunt dubitationes libellis his literis adiũctis cõprehẽse, & amplitudinis tuę nomine sacræ Cõgregationi Cardinaliũ, qui Cõcilij Tridentini interpretãtur à S. D. N. propositi, sunt oblatæ, quarũ singulis sacræ Cõgregatio respõdendum duxit, nempè. Ad primum de visitatione. Amplitudinem tuã posse, quod si vt prætenditur, capitulum habet statutum ab Apostolica Sede confirmatũ. Hunc articulũ Congregatio reijcit ad Rotam, dummodò inter ea non retardetur visitatio.

Ad secũdum respondit facultatem visitandi, etiam ad res, & bona Capituli, eiusque administratores, vt in bello, extendi, aliàs luforia esset visitatio si negligentes, & bonorum vsurpatores non castigaret, Archidiaconus de cons. in 6. Fusius de visitat. libr. 1. c. 15. n. 3. Ad tertium respondit, amplitudinem tuam etiam eo casu, de quo in libello visitare posse, non excedendo tamen terminos visitationi præscriptos. Ad quartũ, nullum Episcopo præscribendũ modum, nisi quod iuxta limitationes limites se contineat. Ad quintum, de iuramento non licere in visitatione præparatoria, secùs in Capitulo; An autem depositiones testium sint redigendæ in scripturam? Congregatiuè dixit maturius vtraque parte informante se deliberaturam. Ad sextum, de inquisitione respondit, posse. Ad septimum, de manu scriptis dãdis posse itidem in præparatoria: secus verò in Episcopali. Ad octauum, amplitudinem tuam non posse visitare in eius domibus Episcopalibus, sed cum visitare voluerit capitulum, accedere debere ad locum suum, quo liceàt Capitulares congregari, & eorum actus expedire consueuerunt, si tamen id congruè fieri possit: sin minus ad locum congruum, & communem: sed tenetur accedere ad locum capitularẽ, quoties prosequi velit visitationẽ alicuius particularis personæ de Capitulo. Ad nonum respondit, amplitudinẽ tuam recusari nõ posse, cũ generalẽ visitationẽ aggreditur, nec cum ad specialẽ descendit, si modò sine strepitu, & figura iudicij procedens pœnas imponit delictorũ non ordinarias, sed eas tantũ, quæ morum emendationẽ respiciunt, & modum corrigendi nõ excedat. Ad decimum, & vltimum, de redigẽdis in scripturam iuramẽto actis visitationis, respondit, amplitudinem tuam non posse. De quibus omnibus, cum teneat Congregatio-

gationis ſententia, ea omninò obſeruabit, quod reliquum eſt, eam in domino valere gratiæque ſuæ donis cumulari optamus, Romæ, die 25. Ianuarij. 1580. Congregatio cenſuit de voto Rotæ hoc decretum non ſolùm comprehendere capitula exẽpta, ſed omnia alia prætendentia, Rota ſe poſſe teneri, non modò aduerſus viſitationem, vt c. 4. ſeſ. 6. ſed aduerſus ea, quæ hic diſponuntur, quæ agenda ſunt extra viſitationem, ſiue vigore priuilegiorum, etiã ex fundatione competentium, nec non conſuetudinem etiamimmemorabilium ſententiarum, iuramentorum, concordiarum, quæ tantùm ſuos obligent autores. Fuit dubitatum, an portionarij, qui habent vocẽ in capitulo poſſent viſitari ab Epiſcopo abſque adiũctis, & fuit reſolutum, quod ſic, quia etiam, quod habeant vocẽ in capitulo, nõ propterea erũt de capitulo, cũ de capitulo ſunt Canonici tantùm, Felin. in prooem. decretal. in 5. & habere vocẽ in capitulo nõ operatur quod quis ſit de Capitulo, gloſ. & Docto. in clement. 2. de ætate, & qualitate.

m ¶ *Contra aliquem ex contentis.* Decl. Card. An facultas procedẽdi contra aliquem ex Capitularibus exemptis pertinens ad Epiſcopum & adiũctos, iuxta hoc c. tota deuoluatur ad Epiſcopũ, ſi adiuncti requiſiti cum eo procedere negligant, vel recuſent? Cõgregatio cenſuit, non deuolui ad Epiſcopum.

n ¶ *In dicto decreto procedat,* Declar. Card. Hæc facultas non eſt priuatoria ad alios, qui ius habẽt viſitandi, & corrigendi, quia ijs licebit viſitare ſeorſum ab Epiſcopo, & correptos ab iſtis nõ poterit Epiſcopus de nouo corrigere. Etiam ſi Capitulum ipſum deliquerit, vel aliquem ex Canonicis de mandato capituli, etiam ſi Canonicus extra ciuitatẽ delinquat, maximè degens in aliquo loco, vt putà in loco beneficij, etiam ſi deliquerit intra corpus ſuæ Eccleſiæ. ¶ An ſi collectores Cameræ Apoſtolicæ ad nudum miniſterium exigendi cæteris caſibus deputatus ſi ſunt Canonici, vel alias beneficiati, ab Epiſcopo viſitari & corrigi poſſunt? Congregatio cenſuit, Epiſcopum non poſſe. Sic reſponſum fuit Epiſcopo Segobienſi, &c. Vt capitulum initio, quando exemptum eſt â iuriſdictione Epiſcopi, & ſic, quæ diſpoſita in hoc capitulo, habent locum tãtùm in Capitulis à iuriſdictione Epiſcoporum exemptis. Portionarij autem non ſunt de Capitulo. An cap. 4. ſeſ. 6. & cap. hoc procedant in Capitulis tãtũ? Congregatio cenſuit, procedere in exemptis. ¶ Illuſtriſsimi,

&

& Reuerendissimi Domini, an ad Episcopum, vel ad alium superiorem pertineat facultas procedendi contra capitulares, quando vniuersum capitulū deliquit, & dato, quod ad Episcopum pertineat, an de consilio & assensu duorum ex capitulo procedere teneatur, iuxta hoc cap. ¶ Reuerendissime Domine vti frater ad duas dubitationes libello his literis adiuncto comprehensas, sacra Congregatio Cardinalium Concilium Tridentinum interpretum, cui propositæ fuerunt, sic respondendum censuit, nempe, quoad primum, huiusmodi facultatem procedentem pertinere ad Episcopum, etiam absq; adiunctis, quando totum Capitulum deliquit, modò delictum non sit in personam Episcopi, vel in contemptum eius, vel vbi Episcopus habeat interesse, tunc enim facultas contra Capitulares deuoluitur ad proximum superiorem. ¶ Ad secundum verò respondit, Episcopum de consilio, & assensu duorum de capitulo procedere nō teneri, quam Congregationis sententiam amplitudo tua curabit obseruandā, & bene valebit in Domino, cuius gratiæ donis in dies magis augeri optamus, Romæ 13. Nouembris, 1587. ¶ An Capitulum possit singulis annis eligere duos de Capitulo, cum quibus teneatur Ordinarius procedere, & firmare processum vsque ad diffinitiuam inclusiue contra dignitates, & illos de Capitulo tantum? Cōgregatio censuit, hoc cap. non habere locum, nisi quando capitulum exemptum est.

o ¶ *Eligat ex Capitulo duos.* Declar. Cardin. In forma procedendi Episcopo hic præscripta, & sic licèat secum adhibere duos de Capitulo, quando procedere voluerit contra aliquem ex ipsis, in quibus videtur habere locum in capitulis exemptis tamen debeāt seruare in capitulis, quæ non sunt exempta? Congregatio censuit, non debere. ¶ An ex hoc decreto possit solus Episcopus sine adiunctis Capitularibus ad correctionem, & punitionem portionariorum procedere, & etiā casu, quo portionarij de consuetudine, aut ex priuilegio Apostolico, vel Ecclesiæ statuto in capitulo habent, vel semper, vel plurimum vocem? Congregatio cēsuit, Episcopum posse. ¶ Capitulo licèt eligere duos Canonicos, qui cum Episcopo procedant in casibus Canonicorum: nullum tamen ius habent in electione Fiscalis, qui interuenire solet in criminibus Canonicorum reorum, sed eius electio ad Episcopum pertinet.

p ¶ *Vel eius Vicarius.* Declarat. Cardin. An Vicarius ex decreto huius

huius capituli electus contra Capitulares cum adiunctis ab ipso Capitulo deputatis teneatur, quamuis Capitulum exemptum non sit, nec aliquo modo se tueatur à iurisdictione Episcopi? Congregatio censuit Vicariũ nõtenere, nisi prout tenetur Episcopus.

q ¶ *In formando processum.* Decl. Card. Aliter tamen censuit Congregatio, quando à Capitulo vniuscuiusque Ecclesiæ Collegiatæ ea omnia obseruari debeant, quæ decreta sunt hoc cap.

r ¶ *Coram Notario tamen ipsius Episcopi.* Decl. Card. Etiam in visitatione, quando esset adhibendus Notarius, nec ad electionem Vicarij cum adiunctis, ac id seruãdum tam in extraiudicialibus, quam in iudicialibus correctionibus. ¶ Excluso Notario Capituli electio Fiscalis ad Episcopum solum pertinet: Episcopus potest assumere suum Fiscalem, vel alium, quem voluerit deputare. ¶ Quando Episcopus, vel eius Vicarius iunctis Capitularibus cõtra Capituli personas procedit, vtrum Fiscalis ordinarius Episcopi possit interuenire, vel debeat assumere Fiscalem, aliquẽ capellanum de choro? Congregatio censuit, posse Fiscalem Episcopi interuenire, & Episcopum, vel eius Vicarium non teneri ad sumendum capellanum de choro.

s ¶ *Aut consueto tribunali.* Decl. Card. Ad electionem Episcopi, vel eius Vicarij, dummodò nec in Ecclesia, Vicarius Episcopi debet conuenire in consueto tribunali, eo casu, quo procedit cũ adiunctis, quod erat in Ecclesia Salmantina in claustro, dummodò sit extra corpus Ecclesiæ. ¶ Data optione Episcopo, vel Vicario, quo magis in loco velint procedant, quia actio competit ei, qui ad aliquid faciendum est obligatus. ¶ Sic Congregatio die 19. Februarij 1574. censuit, præsertim, quia Episcopus possit sedere pro tribunali quocunque diœcesis, vbi malueric, sic c. cum Episcopus, & ibi Doctores de officio Ordinarij in 6.

¶ Eadem sessione vigesima quinta, cap. 6. de refor.

Vbi de fuga timetur solus Episcopus potest contra quoscunque Capitulares ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere. Hoc dicit.

CAPVT XXI.

In criminibus ex incontinentia prouenientibus, de qua in decreto de concubinarijs, & in atrocioribus delictis depositionem, aut degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur, ne iudicium

cium eludatur, & ideò opus sit personali detentione, *u* possit initio solus Episcopus, ad summariam informationem, *a* & necessariam detentionem procedere: *b* seruato tamen in reliquis ordine præmisso. In omnibus autem talibus ea ratio habeatur, vt iuxta qualitatem delicti, ac personarum, delinquentes ipsi in loco decenti custodiantur.

SVPER CAPVT XXI.

t ¶ *In criminibus ex continentia.* Declarat. Cardin. In crimine cõcubinatus potest Episcopus solus ad informationes, & carcerationẽ procedere, vbi de fuga timetur, idq; absq; monitione, & forma hic præscriptis. ¶ Congregatio censuit, in crimine concubinatus posse Episcopum solùm ex hoc decreto ad informationes summarias, & carcerationem procedere, idque absque forma illa, & nominationẽ, quæ præscripta est in hac eadem sessione, c. 14.

u ¶ *Personali detentioni.* Declar. Cardin. Carceres de Capitularibus delinquentibus in domo Episcopi esse debent.

a ¶ *Ad summariã informationẽ.* Declar. Card. Ibique monitione illa, de qua infr. c. 14. ¶ An Episcopus visitans teneatur dare trãs sumptum, si repererit aliquod delictum carcerationẽ, vel castigatione dignum? Congregatio Cõcil. censuit, teneri. ¶ Mulctæ, quæ exiguntur de Capitularibus non sunt aliquibus eorum functionibus applicandæ, veluti processio, sed pijs locis. ¶ Episcopi reuocare capitulum adhibitum possunt, dummodò non proponant de re ad commodum suum, vel suorum spectantes capitulum autem ipsum posse, quãdoque vult, se congregare.

b ¶ *Procedere.* Concordat tex. in cap. qualiter, 2. ext. eod. titu. cap. extra, de cohabitatione.

Eadem sessione vigesimaquinta, cap. 6. de refor.

Qui Capitulares non sunt, neque Dignitates obtinent, in causis Ecclesiasticis, Episcopo subijciuntur: seruatis tamẽ concordijs ab earum autoribus, saluis etiam studiorum generalium priuilegijs. Hoc dicit.

CAPVT XXII.

Qui non obtinet Dignitates, e nec sunt de capitulo, *d* hi omnes in causis Ecclesiasticis Episcopo subijciantur, non obstantibus quoad suprà dicta, priuilegijs, etiã ex fundatione cõpetentibus, necnon cõsuetudinibus, etiã immemorabilibus, *e* sentẽtijs, iuramentis, concordijs, *f* quæ tãtùm suos

ſuos obligent autores: ſaluis tamen in omnibus priuilegijs, quæ Vniuerſitatibus, Studiorum generalium, ſeu earum perſonis ſunt conceſſa.

SVPER CAPVT XXII.

c ¶ *Qui non obtinent dignitates.* Declar. Card. Qui non obtinent dignitates, nec ſunt de Capitulo Portionarij in Cathedrali habẽt ſtallum in choro veſtem canonicalem, & votum conſultiuum, ſint de Capitulo, & comprehenduntur hoc decreto. ¶ Dubium faciebat doctrina Innocen. in c. 2. ad finem, de iuſtitia, vbi requirit, quod quis habeat ius Canonici, & per ea quæ cumulat Felin. Sed ſecus viſum fuit ſacræ Congregationi illuſtriſsimorũ Cardinalium propter votum conſultiuum quod habent illi Portionarij, per quod omninò dicuntur eſſe de capitulo, nam qui habet vocem in capitulo habet ius Canonici. Felin. in cap. cum M. num. 34. de conſtit. quod autem de dignitatibus, ſicut per eum ibidem. ¶ Item deciſ. Cardinal. 55. Congregatio Concilij cenſuit, non ex eo, quod Portionarij integri, & dimidij habent votem in capitulo illos eſſe Capitulares, ſed tunc inter Capitulares cenſeri debere, cũ ex Apoſtolico priuilegio, vel ex conſuetudine, aut Eccleſiæ ſtatuto inter Capitulares connumerẽtur: ideoque ſi ipſi talibus facultatibus nõ potiantur, Epiſcopus poterit contra illos non cum adiunctis ſolus procedere. ¶ Item deciſ. Card. 103. Congregatio Concilij cenſuit, concordiæ confirmatæ à Papa in forma communi cum qua concurrat conſuetudo immemorabilis, fuiſſe à Concilio Tridentino, cap. 6. ſeſſione 25. de reform. derogatum. ¶ Deciſ. Car. 160. Item cenſuit Congregatio Concilij decretum, cap. 6. qui V. non obtinent dignitates, ſeſ. 25. præſeruaſe nedum, quæ habent adminiſtrationem cum iuriſdictione, ſed etiam illas dignitates, quæ pro talibus habentur in Eccleſia, quam ſententiam Sanctiſſimus ad ſe relatam approbauit. ¶ Item deciſ. Cardin. 249. Congregatio Concilij cenſuit eos, qui non obtinent dignitates, nec ſunt de capitulo, & in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſijs beneficia obtinent, propriè comprehendi decreto eiuſdem Concilij, cap. 6. ſeſſione 25. verſicul. qui verò.

d ¶ *Neque ſunt de Capitulo.* Declar. Card. Et ſi ſubſint capitulis, vel illis inſeruiant, aut ſimulentur feris, & intus Eccleſiam in diuinis, & non alter. ¶ An ex decreto Concilij Tridentini ex hoc cap. poſſit ſolus Epiſcopus ſine adiun-

adiunctis Capitularibus, ad correctionem, & punitionem portionarij de consuetudine, aut priuilegio Apostolico, vel Ecclesiæ habeant in capitulo semper, vel vt plurimum, vocem? Congregatio censuit, huiusmodi Portionarios non comprehendi hoc cap. si solum vocem in capitulo habeant facta Congregatione Concilij Tridendini die Iouis prima Setembris, 1588. Cum Magister capellæ, cæteriquè cantores, & organistæ sint de capitulo, an istos Episcopus punire sine adiũctis possit? Congregatio censuit, nisi hæ personæ comprehendantur in confirmationibus Apostolicis, & Concilio, & hoc cap. omnes, qui non obtinent dignitates, neque sint de capitulo, in causis Ecclesiasticis Episcopo subijci.

e ¶ *Etiam immemorabilibus.* Declar. Card. An derogatio immemorabilis, de qua hoc cap. extendatur ad dispositа in d. c. 4. sess. 6. Congregatio censuit, extendi.

f ¶ *Concordijs.* Declar. Card. Ne tandem proposita à Rota ad Illustrissimos Cardinales, & in Congregatione maturata Illustrissimi censuerunt, derogationẽ, de qua in præsenti textu, concordias etiam à Sede Apostolica cõfirmatas comprehendere, & attẽdenda potiùs mens, quam verba legis, & ita fuit resolutum die 15. Aprilis 1574. Sed iterum excitãtibus Dominis de Rota S. D. N. hunc textum declarauit ex Congregationis sententia, cum suis derogationibus non comprehendere concordias à Sede Apostolica cõfirmatas ¶ Fuit propositũ in Cõgregatione, an intelligatur de concordijs in forma communi, an verò de illis tantum, quæ ex certa scientia die 19. Nouembris, 1586. Congregatio censuit esse præseruatas ex hoc tex. & ex cap. 4. sess. 6. concordias confirmatas ex scientia cum causæ cognitione dumtaxat. ¶ Super interpretatione cap. 4. sessione 6. & cap. 6. sessione vigesima quinta Concilij Tridentini facta per Dominos de Rota, instante sacra Congregatione Illustrissimorũ Cardinalium eiusdem Concilij. Reuer. Pater Dñs Decanus de ordine sacræ Congregationis Illustrissimorum Cardinalium Cõcilij Tridentini fuit propositum in Rota dubium, quod erat inter D. Episcopum Gadicensem, & Decanum, & capitulum eiusdẽ Ecclesiæ super interpretatione, tam c. 4. sess. 6. quam huius cap. & partibus, hinc inde de informantibus fuimus omnes sine difficultate in voto, quod vigore harum constitutionum possit per Episcopos, & alios maiores Prælatos, Capitula Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum, illarumque personæ visitari, corrigi,

rigi, & emendari, etiam autoritate Apoſtolica, non ſolùm ſi capitula huiuſmodi, ac perſonæ vellent ſe tueri exemptionibus, ſed etiam conſuetudinibus, ſententijs, iuramentis, & concordijs, quæ tantùm ſuos obligent autores, non etiam ſucceſſores. Itaque ſacra Synodus comprehenditnon ſolùm capitula exempta, ſed omnia alia prætendentia, ſe poſſe tueri aduerſus viſitationē, ſeuvigore inſtitutionum: notiſſimumenim eſt indefinitum in l. æquipollere vniuerſali. Preterea ſatis dixiſſe nullis exemptionibus, ſi nihil vltra impedimentum exemptionis ſancta Synodus tollere voluiſſet, quod non eſt dicendum ſtantibus ſubſequentibus verbis, ſcilicèt, conſuetudinibus ſententijs, iuramentis, concordijs, &c. ¶ Quam interpretationem clariſsimè comprobant verba huius cap. ibi ſita ſancta Synodus, vt in omnibus Eccleſijs Cathedralibus. Nam qui omne dixit, nihil excludit, & agendum ſit extra viſitationem, derogaturque priuilegijs, etiam ex fundatione competentibus, necnon conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ſententijs, iuramentis, concordijs, quæ tantùm ſuos obligent autores. Addit inſuper ſancta Synodus in fauorem Epiſcoporum, omnia, & ſingula, in quibus Epiſcopi, aut eorum Vicarij ex conſtitutionibus vel priuilegijs, aut conſuetudinibus, siue concordijs, ſeu quocunque alio iure maiorem habent poteſtatem, autoritatem, & iuriſdictionem, quàm prædicto decreto ſit comprehenſum, quibus ſancta Synodus derogare non intendit. ¶ Ex illis verbis tollitur vnum motiuum deductum per informantes pro parte capituli, quod licèt decreta huiuſmodi non contineant derogationem ſtatutorum capituli, quia ex verbis proximè relatis conſtat de contrario cum ſolùm præſeruentur conſtitutiones in fauorem Epiſcoporum, ex quibus infertur prædicta omnia multo fortius habere locum, ſi capitulum nec exemptum, aut conſuetudinem non haberet, aut ſententias, aut iuramenta, aut cōcordias.

Eadem ſeſsione vigeſimaquinta, cap. 6. de refor.

Maior autoritas in ſubditorum correctione, ſi quocunque iure Epiſcopis competat, non derogatur per præmiſſa. Hoc dicit.

CAPVT XXIII.

¶ PRÆDICTA omnia, & ſingula in ijs Eccleſijs locum non habeant, in quibus Epiſcopi, aut eorum Vicarij ex conſti-

constitutionibus, *h* vel priuilegijs, aut consuetudinibus, siue concordijs, seu quocunque alio iure maiorem habent potestatem, autoritatem, ac iurisdictionem, quam præsenti decreto sit comprehensum: quibus sancta Synodus derogare non intendit.

SVPER CAPVT XXIII.

g ¶ *Prædicta omnia & singula.* Scilicèt, quæ habentur in tribus proximè præcedentibus capitulis.

h ¶ *Ex constitutionibus.* Declar. Cardin. Congregatio censuit, non obstare, quamuis Vicarius Archiepiscopi possit interuenire in capitulo, & in eo præsidere, si talis facultas ei ante Concilium ex constitutionibus, aut consuetudine, vel alio quocunque iure legitimè competebat iuxta decretum eiusdem Concilij in fine, præsertim si illud capitulum nullo exemptionis, aut speciali iure iuuetur aduersus omnimodam subiectionē: in his tamen, in quibus esset agendum in capitulo, de re spectante ad Archiepiscopum, seu suorum commodum, Congregatio æquum censuit, vt ne eius Vicarius interesset.

De pœnis.

TITVLVS VIII.

In sessione decima tertia Concil. Trid. cap. 4. de refor.

In solemni clericorum degradatione, tot Abbates, seu personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ assistant Episcopo degradanti, quot Episcopi antea ad eundem actum præsentes esse oportebat. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ CVM tam grauia nonnũ quam sint delicta, ab Ecclesiasticis cõmissa personis, vt ob eorũ atrocitatem è sacris ordinibus deponendæ, & curiæ sint tradẽdæ seculari: in quo secundùm sacros Canones *a* certus Episcoporum numerus requiritur, quos si omnes adhibere difficile esset, debita iuris executio differretur: si quando autem interuenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit, & decreuit sancta Synodus: Episcopo per se, seu illius Vicariũ in spiritualibus generalẽ, contra clericum, in sacris etiam præsbyteratus ordinibus cõstitutum, etiam ad illius condemnationem, nec-

non verbalem depositionem, & per se ipsum etiam ad actualem, atque solemnem degradationem ab ipsis ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis in casibus, in quibus aliorum Episcoporum præsentia in numero à Canonibus definito, requiritur, etiam absque illis procedere liceat: adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus, totidem Abbatibus, vsum mitræ, & baculi ex priuilegio Apostoli eo habentibus, si in ciuitate, aut diœcesi reperiri, & commodè interesse possint, alioquin alijs personis in ecclesiastica dignitate cõstitutis, quæ ætate graues, ac iuris scientia commendabiles existant.

De pœnis.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Secundum sacros Canones.* Cõcordat Concilium II. Hispalense. cap. 6. & text. in cap. fin. 15. q. 7. cap. de gradatio, eodem titulo, libro sexto.

¶ Eadem sessione decima tertia cãp 5. de reform.

Episcopus residens potest cognoscere de subreptione, & obreptione gratiæ obtentæ super absolutione delicti, aut super remissione pœnæ, ad quam criminosus fuerat per eum condemnatus, Hoc dicit.

CAPVT II.

Quoniam per fictas causas, quæ tamen satis probabiles videntur, interdum accidit, vt nonnulli eiusmodi gratias extorqueant, per quas pœnæ illis Episcoporũ iusta seueritate, *c* inflictæ, aut remittũtur omninò, aut minuuntur: cum non ferendum sit, vt mẽdacium, quod tantopere Deo displicet, *b* non modò ipsum impunitum sit, verùm etiam alterius delicti veniam impetret mentiendi: idcircò, vt sequitur, statuit, & decreuit: Episcopus, apud Ecclesiam suam residens, de surreptione, & obreptione gratiæ, quæ super absolutione alicuius publici criminis, vel delicti, de quo ipse inquirere cœperat, aut remissione pœnæ, ad quam criminosus per eum condemnatus fuerit; falsis precibus impetratur, per se ipsum tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, etiam summariè cognoscat, *c* ipsamque gratiam, postquam per falsi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam esse, legitimè constiterit, non admittat. *d*

SVPER CAPVT II.

b ¶ *Quod tantopere Deo displicet.* Concordant sacræ literæ, Exod. 23. Leu. 19. Prouerb. 6. 8. 10. 12. & 19. & tex. in c. si quis dixerit cũ seq. & c. nemo peritorũ 11. q. 3.

c ¶ *Etiam*

c ¶ *Etiam summariè cognoscat.* Cõcordat tex. in cap. super literis. c. cum dilecta. ext. de rescrip.

d ¶ *Non admittat.* Decis. Card. 4. Congregatio Concilij censuit subditum Episcopi excommunicatum ab eo & à Vicario vrbis, & delegatione Papæ absolutum, posse appellare ab ipsius Episcopi pronuntiatione, qui vigore decreti Concilij, cap. 5. sess. 13. absolutionem obtentam subreptitã, & obreptitiam declarauit.

Item sessione decima quarta, cap. 1. de reform.

Pœna suspensionis, vel interdicti sacrorum ordinum nunquam contra punientis voluntatem censetur remissa. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ CVM honestius, ac tutius sit subiecto, e debitam Præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deseruire, quam cum Præpositorum scandalo graduum altiorum appetere dignitatem: ei cui ascensus ad sacros ordines à suo Prælato, f ex quacunque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet etiam extra iudicialiter fuerit interdictus: aut qui à suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspẽsus: nulla contra ipsius Prælati g voluntatem concessa licentia de se promoueri faciendo, aut ad priores ordines, gradus, & dignitates, siue honores, restitutio suffragetur. h

SVPER CAPVT III.

e ¶ *Cum honestius, ac tutius sit subiecto.* Decla. Card. Congregatio Concilij censuit, per hoc decretum correctum esse c. ex tenore, & c. ad aures. de tempor. ordin. Ampliatum ita, vt comprehendat, quoque clericos seculares, & dignitates, & beneficia, quibus annexus sit ordo, obtinẽtes tã quoad facultatem prohibendi assensum ad ordines, quàm etiam suscipiendi, in ipsisque potestatem appellandi adẽptam esse, fuitque etiam dictum arctatũ ad ordines suscipiendos, ex hoc decreto nõ incidere in pœnã licet canon. de electio. in 6. iuxta c. extrõmiss. de elect. eod. lib. ac etiã quod si adimat appellationem non recursus. Congregatio cẽsuit, hoc caput habere locum in suspensionibus, & prohibitionibus tãm tẽporanei, quàm perpetuis, & temporalem prohibitionem, & suspẽsionẽ dicit eam, vbi ex delicto occulto extra iudicialiter processit Episcopus ad suum beneplacitum, prohibendo, vel suspendendo, quæ demum tempus suæ administrationis non excedunt,

gationis ſententia, ea omninò obſeruabit, quod reliquum eſt, eam in domino valere gratiæque ſuæ donis cumulari optamus, Romę, die 25. Ianuarij. 1580. Congregatio cenſuit de voto Rotæ hoc decretum non ſolùm comprehendere capitula exẽpta, ſed omnia alia prætendentia, Rota ſe poſſe teneri, non modò aduerſus viſitationem, vt c. 4. ſeſ. 6. ſed aduerſus ea, quæ hic diſponuntur, quæ agenda ſunt extra viſitationem, ſiue vigore priuilegiorum, etiã ex fundatione competentium, nec non conſuetudinem etiamimmemorabilium ſententiarum, iuramentorum, concordiarum, quæ tantùm ſuos obligent autores. Fuit dubitatum, an portionarij, qui habent vocẽ in capitulo poſſent viſitari ab Epiſcopo abſque adiũctis, & fuit reſolutum, quod ſic, quia etiam, quod habeant vocẽ in capitulo, nõ propterea erũt de capitulo, cũ de capitulo ſunt Canonici tantùm, Felin. in proœm. decretal. in 5. & habere vocẽ in capitulo nõ operatur quod quis ſit de Capitulo, gloſ. & Docto. in clement. 2. de ætate, & qualitate.

m ¶ *Contra aliquem ex contentis.* Decl. Card. An facultas procedẽdi contra aliquem ex Capitularibus exemptis pertinens ad Epiſcopum & adiũctos, iuxta hoc c. tota deuoluatur ad Epiſcopũ, ſi adiuncti requiſiti cum eo procedere negligant, vel recuſent? Cõgregatio cenſuit, non deuolui ad Epiſcopum.

n ¶ *In dicto decreto procedat,* Declar. Card. Hæc facultas non eſt priuatoria ad alios, qui ius habẽt viſitandi, & corrigendi, quia ijs licebit viſitare ſeorſum ab Epiſcopo, & correptos ab iſtis nõ poterit Epiſcopus de nouo corrigere. Etiam ſi Capitulum ipſum deliquerit, vel aliquem ex Canonicis de mandato capituli, etiam ſi Canonicus extra ciuitatẽ delinquat, maximè degens in aliquo loco, vt putà in loco beneficij, etiam ſi deliquerit intra corpus ſuæ Eccleſiæ. ¶ An ſi collectores Cameræ Apoſtolicæ ad nudum miniſterium exigendi cæteris caſibus deputatus ſi ſunt Canonici, vel alias beneficiati, ab Epiſcopo viſitari & corrigi poſſunt? Congregatio cenſuit, Epiſcopum non poſſe. Sic reſponſum fuit Epiſcopo Segobienſi, &c. Vt capitulum initio, quando exemptum eſt â iuriſdictione Epiſcopi, & ſic, quæ diſpoſita in hoc capitulo, habent locum tãtùm in Capitulis à iuriſdictione Epiſcoporum exemptis. Portionarij autem non ſunt de Capitulo. An cap. 4. ſeſ. 6. & cap. hoc procedant in Capitulis tãtũ? Congregatio cenſuit, procedere in exemptis. ¶ Illuſtriſſimi, &

& Reuerendiſsimi Domini, an ad Epiſcopum, vel ad alium ſuperiorem pertineat facultas procedendi contra capitulares, quando vniuerſum capitulũ deliquit, & dato, quod ad Epiſcopum pertineat, an de conſilio & aſſenſu duorum ex capitulo procedere teneatur, iuxta hoc cap. ¶ Reuerendiſsime Domine vti frater ad duas dubitationes libello his literis adiuncto comprehenſas, ſacra Congregatio Cardinalium Concilium Tridentinum interpretum, cui propoſitæ fuerunt, ſic reſpondendum cenſuit, nempè, quoad primum, huiuſmodi facultatem procedentem pertinere ad Epiſcopum, etiam abſq; adiunctis, quando totum Capitulum deliquit, modò delictum non ſit in perſonam Epiſcopi, vel in contemptum eius, vel vbi Epiſcopus habeat intereſſe, tunc enim facultas contra Capitulares deuoluitur ad proximum ſuperiorem. ¶ Ad ſecundùm verò reſpondit Epiſcopum de conſilio, & aſſenſu duorum de capitulo procedere nõ teneri, quam Congregationis ſententiam amplitudo tua curabit obſeruandã, & bene valebit in Domino, cuius gratiæ donis in dies magis augeri optamus, Romæ 13. Nouẽbris, 1587. ¶ An Capitulum poſſit ſingulis annis eligere duos de Capitulo, cum quibus teneatur Ordinarius procedere, & firmare proceſſum vſque ad diffinitiuam ineluſiue contra dignitates, & illos de Capitulo tantum? Cõgregatio cenſuit, hoc cap. non habere locum, niſi quando capitulum exemptum eſt.

o ¶ *Eligat ex Capitulo duos.* Declar. Cardin. In forma procedendi Epiſcopo hic præſcripta, & ſic liceat ſecum adhibere duos de Capitulo, quando procedere voluerit contra aliquem ex ipſis, in quibus videtur habere locum in capitulis exemptis tamen debeat ſeruare in capitulis, quæ non ſunt exempta? Congregatio cenſuit, non debere. ¶ An ex hoc decreto poſsit ſolus Epiſcopus ſine adiunctis Capitularibus ad correctionem, & punitionem portionariorum procedere, & etiã caſu, quo portionarij de conſuetudine, aut ex priuilegio Apoſtolico, vel Eccleſiæ ſtatuto in capitulo habent, vel ſemper, vel plurimum vocem? Congregatio cẽſuit, Epiſcopum poſſe. ¶ Capitulo licèt eligere duos Canonicos, qui cum Epiſcopo procedant in caſibus Canonicorum: nullum tamen ius habent in electione Fiſcalis, qui interuenire ſolet in criminibus Canonicorum reorum, ſed eius electio ad Epiſcopum pertinet.

p ¶ *Vel eius Vicarius.* Declarat. Cardin. An Vicarius ex decreto huius

huius capituli electus contra Capitulares cum adiunctis ab ipso Capitulo deputatis teneatur, quamuis Capitulum exemptum non sit, nec aliquo modo se tueatur à iurisdictione Episcopi? Congregatio censuit Vicariũ nõtenere, nisi prout tenetur Episcopus.

q ¶ *In formando processum.* Decl. Card. Aliter tamen censuit Congregatio, quando à Capitulo vniuscuiusque Ecclesiæ Collegiatæ ea omnia obseruari debeant, quæ decreta sunt hoc cap.

r ¶ *Coram Notario tamen ipsius Episcopi.* Decl. Card. Etiam in visitatione, quando esset adhibendus Notarius, nec ad electionem Vicarij cum adiunctis, ac id seruãdum tam in extraiudicialibus, quam in iudicialibus correctionibus. ¶ Excluso Notario Capituli electio Fiscalis ad Episcopum solum pertinet: Episcopus potest assumere suum Fiscalem, vel alium, quem voluerit deputare. ¶ Quando Episcopus, vel eius Vicarius iunctis Capitularibus cõtra Capituli personas procedit, vtrum Fiscalis ordinarius Episcopi possit interuenire, vel debeat assumere Fiscalem, aliquẽ capellanum de choro? Congregatio censuit, posse Fiscalem Episcopi interuenire, & Episcopum, vel eius Vicarium non teneri ad sumendum capellanum de choro.

s ¶ *Aut consueto tribunali.* Decl. Card. Ad electionem Episcopi, vel eius Vicarij, dummodò nec in Ecclesia, Vicarius Episcopi debet conuenire in consueto tribunali, eo casu, quo procedit cũ adiunctis, quod erat in Ecclesia Salmantina in claustro, dummodò sit extra corpus Ecclesiæ. ¶ Data optione Episcopo, vel Vicario, quo magis in loco velint procedant, quia actio competit ei, qui ad aliquid faciendum est obligatus. ¶ Sic Congregatio die 19. Februarij 1574. censuit, præsertim, quia Episcopus possit sedere pro tribunali quocunque diœcesis, vbi malueri, sic c. cum Episcopus, & ibi Doctores de officio Ordinarij in 6.

¶ Eadem sessione vigesima quinta, cap. 6. de refor.

Vbi de fuga timetur solus Episcopus potest contra quoscunque Capitulares ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere. Hoc dicit.

CAPVT XXI.

In criminibus ex incontinentia prouenientibus, de qua in decreto de concubinarijs, & in atrocioribus delictis depositionem, aut degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur, ne iudicium

Digitized by Google

cium eludatur, & ideò opus sit personali detentione, *u* possit initio solus Episcopus, ad summariam informationem, *a* & necessariam detentionem procedere: *b* seruato tamen in reliquis ordine præmisso. In omnibus autem casibus ea ratio habeatur, vt iuxta qualitatem delicti, ac personarum, delinquentes ipsi in loco decenti custodiantur.

SVPER CAPVT XXI.

t ¶ *In criminibus ex continentia.* Declarat. Cardin. In crimine cõcubinatus potest Episcopus solus ad informationes, & carcerationẽ procedere, vbi de fuga timetur, idq; absq; monitione, & forma hic præscriptis. ¶ Congregatio censuit, in crimine concubinatus posse Episcopum solùm ex hoc decreto ad informationes summarias, & carcerationem procedere, idque absque forma illa, & nominationẽ, quæ præscripta est in hac eadem sessione, c. 14.

u ¶ *Personali detentioni.* Declar. Cardin. Carceres de Capitularibus delinquentibus in domo Episcopi esse debent.

a ¶ *Ad summariã informationẽ.* Declar. Card. Ibique monitione illa, de qua infr. c. 14. ¶ An Episcopus visitans teneatur dare trãs sumptum, si repererit aliquod delictum carcerationẽ, vel castigatione dignum? Congregatio Cõcil. censuit, teneri. ¶ Mulctæ, quæ exiguntur de Capitularibus non sunt aliquibus eorum functionibus applicandæ, veluti processio, sed pijs locis. ¶ Episcopi reuocare capitulum adhibitum possunt, dummodò non proponant de re ad commodum suum, vel suorum spectantes capitulum autem ipsum posse, quãdoque vult, se congregare.

b ¶ *Procedere.* Concordat tex. in cap. qualiter, 2. ext. eod. titu. cap. extra, de cohabitatione.

Eadem sessione vigesimaquinta, cap. 6. de refor.

Qui Capitulares non sunt, neque Dignitates obtinent, in causis Ecclesiasticis, Episcopo subijciuntur: seruatis tamẽ concordijs ab earum autoribus, saluis etiam studiorum generalium priuilegijs. Hoc dicit.

CAPVT XXII.

Qui non obtinet Dignitates, e nec sunt de capitulo, *d* hi omnes in causis Ecclesiasticis Episcopo subijciantur, non obstantibus quoad suprà dicta, priuilegijs, etiã ex fundatione cõpetentibus, necnon cõsuetudinibus, etiã immemorabilibus, e sentẽtijs, iuramentis, concordijs, *f* quæ tãtùm suos

ſuos obligent autores: ſaluis tamen in omnibus priuilegijs, quæ Vniuerſitatibus, Studiorum generalium, ſeu earum perſonis ſunt conceſſa.

SVPER CAPVT XXII.

c ¶ *Qui non obtinent dignitates.* Declar. Card. Qui non obtinent dignitates, nec ſunt de Capitulo Portionarij in Cathedrali habēt ſtallum in choro veſtem canonicalem, & votum conſultiuum, ſint de Capitulo, & comprehenduntur hoc decreto. ¶ Dubium faciebat doctrina Innocen. in c. 2. ad finem, de iuſtitia, vbi requirit, quod quis habeat ius Canonici, & per ea quæ cumulat Felin. Sed ſecus viſum fuit ſacræ Congregationi illuſtriſsimorū Cardinalium propter votum conſultiuum quod habent illi Portionarij, per quod omninò dicuntur eſſe de capitulo, nam qui habet vocem in capitulo habet ius Canonici. Felin. in cap. cum M. num. 34. de conſtit. quod autem de dignitatibus, ſicut per eum ibidem. ¶ Item deciſ. Cardinal. 55. Congregatio Concilij cenſuit, non ex eo, quod Portionarij integri & dimidij habent votem in capitulo illos eſſe Capitulares, ſed tunc inter Capitulares cenſeri debere, cū ex Apoſtolico priuilegio, vel ex conſuetudine, aut Eccleſiæ ſtatuto inter Capitulares connumerētur: ideoque ſi ipſi talibus facultatibus nō potiantur, Epiſcopus poterit contra illos non cum adiunctis ſolus procedere. ¶ Item deciſ Card. 103. Congregatio Concilij cenſuit, concordiæ confirmatæ à Papa in forma communi cum qua concurrat conſuetudo immemorabilis, fuiſſe à Concilio Tridentino, cap. 6. ſeſſione 25. de reform. derogatum. ¶ Deciſ. Car. 160. Item cenſuit Congregatio Concilij decretum, cap. 6. qui V. non obtinent dignitates, ſeſ. 25. præſeruaſe nedum, quæ habent adminiſtrationem cum iuriſdictione, ſed etiam illas dignitates, quæ pro talibus habentur in Eccleſia, quam ſententiam Sanctiſſimus ad ſe relatam approbauit. ¶ Item deciſ. Cardin. 249. Congregatio Concilij cenſuit eos, qui non obtinent dignitates, nec ſunt de capitulo, & in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſijs beneficia obtinent, propriè comprehendi decreto eiuſdem Concilij, cap. 6. ſeſſione 25. verſicul. qui verò.

d ¶ *Neque ſunt de Capitulo.* Declar. Card. Et ſi ſubſint capitulis, vel illis inſeruiant, aut famulentur foris, & intus Eccleſiam in diuinis, & non alibi. ¶ An ex decreto Concilij Tridētini ex hoc cap. poſsit ſolus Epiſcopus ſine adiun-

adiunctis Capitularibus, ad correctionem, & punitionem portionarij de consuetudine, aut priuilegio Apostolico, vel Ecclesiæ habeant in capitulo semper, vel vt plurimum, vocem? Congregatio censuit, huiusmodi Portionarios non comprehendi hoc cap. si solum vocem in capitulo habeant facta Congregatione Concilij Tridendini die Iouis prima Setembris, 1588. Cum Magister capellæ, cæteriquè cantores, & organistæ sint de capitulo, an istos Episcopus punire sine adiũctis possit? Congregatio censuit, nisi hæ personæ comprehendantur in confirmationibus Apostolicis, & Concilio, & hoc cap. omnes, qui non obtinent dignitates, neque sint de capitulo, in causis Ecclesiasticis Episcopo subijci.

e ¶ *Etiam immemorabilibus.* Declar. Card. An derogatio immemorabilis, de qua hoc cap. extendatur ad disposita in d. c. 4. sess. 6. Congregatio censuit, extendi.

f ¶ *Concordijs.* Declar. Card. Ne tandem proposita à Rota ad Illustrissimos Cardinales, & in Congregatione maturata Illustrissimi censuerunt, derogationẽ, de qua in præsenti textu, concordias etiam à Sede Apostolica cõfirmatas comprehendere, & attẽdenda potiùs mens, quam verba legis, & ita fuit resolutum die 15. Aprilis 1574. Sed iterum excitãtibus Dominis de Rota S. D. N. hunc textum declarauit ex Congregationis sententia, cum suis derogationibus non comprehendere concordias à Sede Apostolica cõfirmatas ¶ Fuit propositũ in Cõgregatione, an intelligatur de concordijs in forma communi, an verò de illis tantùm, quæ ex certa scientia die 19. Nouembris, 1586. Congregatio censuit esse præseruatas ex hoc tex. & ex cap. 4. sess. 6. concordias confirmatas ex scientia cum causæ cognitione dumtaxat. ¶ Super interpretatione cap. 4. sessione 6. & cap. 6. sessione vigesima quinta Concilij Tridentini facta per Dominos de Rota, instante sacra Congregatione Illustrissimorũ Cardinalium eiusdem Concilij. Reuer. Pater Dñs Decanus de ordine sacræ Congregationis Illustrissimorum Cardinalium Cõcilij Tridentini fuit propositum in Rota dubium, quod erat inter D. Episcopum Gadicensem, & Decanum, & capitulum eiusdẽ Ecclesiæ super interpretatione, tam c. 4. sess. 6. quam huius cap. & partibus, hinc inde de informantibus fuimus omnes sine difficultate in voto, quod vigore harum constitutionum possit per Episcopos, & alios maiores Prælatos, Capitula Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum, illarumque personæ visitari, corrigi,

rigi, & emendari, etiam autoritate Apoſtolica, non ſolum ſi capitula huiuſmodi, ac perſonæ vellent ſe tueri exemptionibus, ſed etiam conſuetudinibus, ſententijs, iuramentis, & concordijs, quæ tantùm ſuos obligent autores, non etiam ſucceſſores. Itaque ſacra Synodus comprehenditnon ſolùm capitula exempta, ſed omnia alia prætendentia, ſe poſſe tueri aduerſus viſitationē, ſeuvigore inſtitutionum: notiſſimum enim eſt indefinitum in l. æquipollere vniuerſali. Preterea ſatis dixiſſe nullis exemptionibus, ſi nihil vltra impedimentum exemptionis ſancta Synodus tollere voluiſſet, quod non eſt dicendum ſtantibus ſubſequentibus verbis, ſcilicèt, conſuetudinibus, ſententijs, iuramentis, concordijs, &c. ¶ Quam interpretationem clariſsimè comprobant verba huius cap. ibi ſita ſancta Synodus, vt in omnibus Eccleſijs Cathedralibus. Nam qui omne dixit, nihil excludit, & agendum ſit extra viſitationem, derogaturque priuilegijs, etiam ex fundatione competentibus, necnon conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ſententijs, iuramentis, concordijs, quæ tantùm ſuos obligent autores. Addit inſuper ſancta Synodus in fauorem Epiſcoporum, omnia, & ſingula, in quibus Epiſcopi, aut eorum Vicarij ex conſtitutionibus vel priuilegijs, aut conſuetudinibus, ſiue concordijs, ſeu quocunque alio iure maiorem habent poteſtatem, autoritatem, & iuriſdictionem, quàm prædicto decreto ſit comprehenſum, quibus ſancta Synodus derogare non intendit. ¶ Ex illis verbis tollitur vnum motiuum deductum per informantes pro parte capituli, quod licèt decreta huiuſmodi non contineant derogationem ſtatutorum capituli, quia ex verbis proximè relatis conſtat de contrario cum ſolùm præſeruentur conſtitutiones in fauorem Epiſcoporum, ex quibus infertur prædicta omnia multo fortius habere locum, ſi capitulum nec exemptum, aut conſuetudinem non haberet, aut ſententias, aut iuramenta, aut cōcordias.

Eadem ſeſsione vigeſimaquinta, cap. 6. de refor.

Maior autoritas in ſubditorum correctione, ſi quocunque iure Epiſcopis competat, non derogatur per præmiſſa. Hoc dicit.

CAPVT XXIII.

¶ PRÆDICTA omnia, & ſingula g in ijs Eccleſijs locum non habeant, in quibus Epiſcopi, aut eorum Vicarij ex conſti-

constitutionibus, *h* vel priuilegijs, aut consuetudinibus, siue concordijs, seu quocunque alio iure maiorem habent potestatem, autoritatem, ac iurisdictionem, quam præsenti decreto sit comprehensum: quibus sancta Synodus derogare non intendit.

SVPER CAPVT XXIII.

g ¶ *Prædicta omnia & singula.* Scilicèt, quæ habentur in tribus proximè præcedentibus capitulis.

h ¶ *Ex constitutionibus.* Declar. Cardin. Congregatio censuit, non obstare, quamuis Vicarius Archiepiscopi possit interuenire in capitulo, & in eo præsidere, si talis facultas ei ante Concilium ex constitutionibus, aut consuetudine, vel alio quocunque iure legitimè competebat iuxta decretum eiusdem Concilij in fine, præsertim si illud capitulum nullo exemptionis, aut speciali iure iuuetur aduersus omnimodam subiectionẽ: in his tamen, in quibus esset agendum in capitulo, de re spectante ad Archiepiscopum, seu suorum commodum, Congregatio æquum censuit, vt ne eius Vicarius interesset,

De pœnis.

TITVLVS VIII.

In sessione decima tertia Concil. Trid. cap. 4. de refor.

In solemni clericorum degradatione, tot Abbates, seu personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ assistant Episcopo degradanti, quot Episcopi antea ad eundem actum præsentes esse oportebat. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ CVM tam grauia nonnũ quam sint delicta, ab Ecclesiasticis cõmissa personis, vt ob eorũ attrocitatem è sacris ordinibus deponendæ, & curiæ sint tradẽdæ seculari: in quo secundùm sacros Canones *a* certus Episcoporum numerus requiritur, quos si omnes adhibere difficile esset, debita iuris executio differretur: si quando autem iuterenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit, & decreuit sancta Synodus: Episcopo per se, seu illius Vicariũ in spiritualibus generalẽ, contra clericum, in sacris etiam præsbyteratus ordinibus cõstitutum, etiam ad illius condemnationem, nec-

c ¶ *Etiam summariè cognoscat.* Cõcordat tex. in cap. super literis. c. cum dilecta. ext. de rescrip.

d ¶ *Non admittat.* Decis. Card. 4. Congregatio Concilij censuit subditum Episcopi excommunicatum ab eo & à Vicario vrbis, & delegatione Papæ absolutum, posse appellare ab ipsius Episcopi pronuntiatione, qui vigore decreti Concilij, cap. 5. sess. 13. absolutionem obtentam subreptitã, & obreptitiam declarauit.

Item sessione decima quarta, cap. 1. de reform.

Pœna suspensionis, vel interdicti sacrorum ordinum nunquam contra punientis voluntatem censetur remissa. Hoc dicit.

CAPVT III.

¶ CVM honestius, ac tutius sit subiecto, e debitam Præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deseruire, quam cum Præpositorum scandalo graduum altiorum appetere dignitatem: ei cui ascensus ad sacros ordines à suo Prælato, f ex quacunque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet etiam extra iudicialiter fuerit interdictus: aut qui à suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspẽsus: nulla contra ipsius Prælati g voluntatem concessa licentia de se promoueri faciendo, aut ad priores ordines, gradus, & dignitates, siue honores, restitutio suffragetur. h

SVPER CAPVT III.

e ¶ *Cum honestius, ac tutius sit subiecto.* Decla. Card. Congregatio Concilij censuit, per hoc decretum correctum esse c. ex tenore, & c. ad aures. de tempor. ordin. Ampliatum ita, vt comprehendat, quoque clericos seculares, & dignitates, & beneficia, quibus annexus sit ordo, obtinẽtes tã quoad facultatem prohibendi assensum ad ordines, quàm etiam suscipiendi, in ipsisque potestatem appellandi adẽptam esse, fuitque etiam dictum artatũ ad ordines suscipiendos, ex hoc decreto nõ incidere in pœnã c. licet canon. de electio. in 6. iuxta c. exrõmissa. de elect. eod. lib. ac etiã quod si adimat appellationem non recursus. Congregatio cẽsuit, hoc caput habere locum in suspensionibus, & prohibitionibus tãm tẽporanei, quàm perpetuis, & temporalem prohibitionem, & suspẽsionẽ dicit eam, vbi ex delicto occulto extraiudicialiter procedit Episcopus ad suum beneplacitum, prohibendo, vel suspendendo, quæ demum tempus suæ administrationis non excedunt.

f ¶ A

f ¶ *A suo Prælato.* Declar. Car. Siue eius Vicario, vel officiali fuerit suspensus, &c. Congregatio censuit, suspensum à ministerio altaris, vel interdictum ad se promouendum; contra voluntatem sui Ordinarij, nō posse promoueri, neque habilitari.

g ¶ *Nulla contra ipsius Prælati.* Decla. Card. Nec etiam si concedens fuerit Metropolis. Metropolis suspensum, aut inter dictū ab Ordinario absoluere non potest.

h ¶ *Restitutio suffragetur.* Decis. Card. 49. Congregatio Concilij censuit. c. 1. sess. 14. de refor. habere locum in suspensionibus, & prohibitionibus tam tēporaneis, quàm perpetuis: & temporalem prohibitionem, & suspensionem dici eam, vbi ex delicto occulto extra iudicialiter, procedit Episcopus ad suum beneplacitū prohibendi, vel suspendendi.

De sent. excommunic. suspensi. & interd.

TITVLVS IX.

¶ In sessione vigesima quinta Conc. Trident. cap. 12. de refor.

Regulares tenentur obedire Episcopis in obseruatione censurarum, & dierum festorum. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ Censuræ, & interdicta, *a* nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinarijs promulgata, mandante Episcopo, *b* à Regularib⁹ in eorū Ecclesijs publicē tur, *c* atque seruentur. Diesetiam festi *d* quos in diœcesi sua seruandos idem Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus, seruentur. *e*

De sent. excommun. suspensi. & interd.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Censuræ, & interdicta.* Decl. Card. Interdicta non solùm generalia, sed etiam particularia vnius hominis, Regulares publicare, & seruare debent. Clem. 1. de senten. excommun.

b ¶ *Mandante Episcopo.* Declar. Card Sub hoc decreto non comprehenduntur, qui sunt nullius diœcesis.

c ¶ *A Regularibus in eorum Ecclesijs publicentur.* Declar. Car. Improbatur verò, imò contra Bullam in Cœna Domini, quòd non possint publicare monitiones, sine expressa licencia Ordinarij.

d ¶ *Dies etiam festi.* Decl. Card. Dies festi, quos clerus, & populus ex more, & instituto alicuius Eccle-

Ecclesiæ obseruant Regulares, & si eorum ritu tales dies festos obseruent, ad id tamen cogendi nō sunt: licet ex obseruatione dictorum dierum festorum ritus prædictorum in suis officijs obseruādis intactus remaneret.

e ¶ *Seruentur.* Declar. Card. Eorum Regularium ritus permanēt illis diebus quoad lectiones, Epistolas, Euangelia, & similia: in sacris verò lectionibus, & concionibus, seruari debent ab ipsis illa Euangelia, & Epistolæ, quibus clerus secularis vtitur more, & instituto illius Ecclesiæ.

Eadem sessione vigesimaquinta, cap. 3. de refor.

Pro rebus deperditis à solo Episcopo ferri debet excommunicatio: & tunc non nisi ex re graui, & præmisso causæ maturo examine. Hoc dicit.

CAPVT II.

Quamuis excommunicationis gladius *f* neruus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, *g* & ad continendos in officio populos valde salutaris: sobrie tamen, *h* magnaq; circa cunspectione exercendus est, cum experientia doceat, si temere, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, & perniciem potius parere, quàm salutem. Quapropter excommunicationes illæ, quas monitionibus præmissis ad finem reuelationis, *i* vt aiunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent à nemine prorsus, *k* præterquam ab Episcopo decernantur: *l* & tunc non aliàs, quàm ex re non vulgari, causaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata, *m* quæ eius animum moueat, nec ad eas concedendas cuiusuis secularis, etiam Magistratus autoritate adducatur, sed totum hoc in eius arbitrio & conscientia sit positum: *n* quā do ipsi pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse iudicuerit.

SVPER CAPVT II.

f ¶ *Quamuis excommunicationis gladius.* Declar. Card. Episcopus in fulminandis excommunicationibus se gerere debet, vt à Concilio Tridentino statuitur, nec potest procedere, vt Apostolicæ Sedis delegatus, nisi in casibus a iure expressis.

g ¶ *Neruus sit Ecclesiasticæ disciplinæ.* Concordat tex. in cap. dilecto. eod. tit. lib. 6. c. multi. in prin. 2. q. 1. c. visis. in fin. 16. q. 2. corripiantur. 14. q. 3.

h ¶ *Sobrie tamen.* Decl. Car. Gladius excommunicationis maxi-

ma cum circũſpectione eſt exercendus. ¶ An cum Ordinarius, vel delegatus mãdat aliquid ſub pœna excõmunicationis, quod indefinitiua, vel aliàs requiri poteſt, poſsit appellari etiam quando effectum ſuſpenſiuũ, ita vt excõmunicatio poſteà lata ſit nulla? Congregatio reſpondit, debere ipſum tanquam delegatum abſtinere ab huiuſmodi præceptis cũ additione pœnæ excommunicationis, quę non niſi in ſubſidium eſt exercenda, ab ea tamen ſi qui comminetur, dari vtique appellationem.

i ¶ *Ad finem reuelationis.* Decl. Card. Excommunicationes, quę ad finem reuelationis ferri ſolẽt, concedi non poſſunt à commendatore Abbatiæ hominibus ſibi ſubiectis, quę ait eſſe nullius diœceſeos, minuſque à vicinis Epiſcopis in iuriſdictione eiuſdem Abbatiæ; cum ea verò Sedi Apoſtolicæ ſubiecta, ſit nullius diœceſeos, dicatur propterea, ſi quibus hoc remedio opus erit, confugiendum eſt eis ad ipſam Sedem Apoſtolicam, à qua huiuſmodi generis excommunicationis impetrat.

k ¶ *A nemine prorſus.* Decl. Car. Vicarius generalis, & ad id facultatem habens, ab Epiſcopo poteſt ſine præuia cognitione facta ab ipſomet Epiſcopo, excommunicationem ad finem reuelationem pro rebus deperditis decernere, dum tamen ipſe Vicarius cognitionẽ adhibeat: ſed alij dubitabant ex illis verbis, à nemine prorſus præterquam ab Epiſcopo, quia taxatiuè alios excludit. Congregatio iterum ſub die 18. Februarij 1583. primam firmauit reſolutionem.

l ¶ *Præterquam ab Epiſcopo decernantur.* Declar. Card. Cuius Vicarius generalis poteſt has excõmunicationes decernere adhibita cauſæ cognitione, & omnes Prælati etiam nullius diœceſos, Epiſcopis inferiores, qui ante Cõcilium huiuſmodi excommunicationes concedebant, vel ex iure proprio, vel ex priuilegio, vel etiam ex immemorabili conſuetudine, hodie non poſſunt, niſi tantùm Epiſcopi. Ideò qui ſunt nullius diœceſeos, qui alicui Epiſcopo nõ ſunt ſubiecti, ſed immediatè Sedi Apoſtolicæ, ipſam ſanctam Sedem eos pro his excõmunicationibus adire oportet. Stante hac declaratione quęrebatur, an eadem poteſtas competat Vicario capituli ſede vacãte? Cõgregatio die 14. Auguſti 1586. cẽ ſuit aſſirmatiuè: quia ad capitulũ trãſeũtea, quę ſunt iuriſdictionis neceſſaria, vt eſt excõmunicatio. Epiſcopus nõ poteſt concedere excommunicationes, quæ ad finẽ reuelationis, vt aiunt, fieri ſolent hominibus beneficij, quod

ſit

sit nullius diœceseos, minusque possunt concedi ab obtinente di ctũ beneficiũ, sed eis confugiendũ est ad Sedẽ Apostolicam, si quando his excommunicationibus opus habebunt. In locis exẽptis, qui subsunt immediatè Sedi Apostolicæ, cũ nullus Episcopus possit in eis facere excõmunicationem ad effectum reuelandi, quia nõ habet in eis iurisdictionem, recurrẽdum est propterea ad Sedem Apostolicã. Sic cõgregatio ex sententia Pij V. die 6. Octobris, 1569. censuit. Monitoria pro rebus deperditis ab Episcopis solis sunt decernenda; & inferiores Ordinarij etiã exẽpti, & immediatè Sedi Apostolicæ subiecti, ac nullius diœceseos ea cõcedere nõ possunt, sed ad Sedem Apostolicam pro eis est recurrendũ; cum nec Episcopis vicinioribus ea cõcedere permittatur. Vicario ex speciali mandato & non aliàs, non autem cõmendatario, neq; ab Episcopis in beneficijs cõmẽdatis, si nullius diœceseos erunt, excommunicatio pro rebus deperditis est ferenda.

m ¶ *Per Episcopum examinata.* Cõcordat text. in c. Episcopi, c. nemo Episcoporũ, c. nullus sacerdotum, 11. q. 3. c. sacro, extr. eod. tit. Conc. V. Aurel. c. 2.

n ¶ *Et conscientia sit positum.* Decis. Car. 31. An possit Episcop⁹ delegare Vicarijs foraneis facultatem concedendi literas monitoriales pro rebus deperditis, vel subtractis, non obstante decreto, c. 3. sessione 25. dum tamen expressè, & in specie huiusmodi facultas tribuatur? Congregatio sibi certò persuadet Episcopum id non posse, nisi personis circunspectis, & grauibus, quarũ mouerit prudentiam, & iudicium esse commissum. Item decis. Car. 36. Congregatio Concilij censuit, si iuxta c. 3. sessione 25. de reform. literis monitorialibus ad finem reuelationis, quæ etiam pro rebus subtractis fieri possunt, relaxatis, propalatum aliquid reuelans fuerit, posse actorem contra eos, qui aliquo indicio laborauerint, siue causa fuerit ciuilis, siue criminalis, iudicium experiri, in eoque si legitimè probauerit obtinere: & si executionem iudicari, neque realem, neque personalem habere voluerit, tunc, & non prius licere iudici spirituali gladio excommunicationis, si causæ qualitas id expostulauerit, in eos condemnatos vti. ¶ Item decis. Cardin. 213. Congregatio Concilij cẽsuit, Abbati, alijve inferiori, quamuis nullius diœceseos existat, & iurisdictionem quasi Episcopalem obtineat, post Concilium non licere excõmunicationes, quæ pro rebus deperditis, vel subtractis ferri so-

lent, decernere, ſed debere eius ſubditos ad eas obtinendas Sedē Apoſtolicam adire. Idemque eſſe obſeruandum, ſi huiuſmodi inferior intra fines alicuius diœceſeos exiſtens iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem priuatiuè ad Epiſcopum habet, ſitque priuilegio Sedis Apoſtolicę immediatè ſubiectus: nam ius huiuſmodi excōmunicationes decernēdi in eius ſubditos, neq; ad ipſum, neq; ad Epiſcopū pertinere, ſed adire Sedem Apoſtolicā oportere. Quòd ſi inferior iuriſdictionem quidē quaſi Epiſcopalem in certa parte diœceſis habuerit, ſed appellationes ab eo ad Epiſcopū deuoluātur, hanc facultatem in illius ſubditos ad Epiſcopū etiam pertinere, niſi vbi ea iuriſdictio eſſet inferiori per priuilegium quæſita, ex tenore priuilegij aliud reſultaret.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quinta, c. 3. de refor.

In cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus, vbi executio realis, vel perſonalis fieri poteſt, abſtinendum eſt à cenſuris. Hoc dicit.

CAPVT III.

In cauſis iudicialibus o mandatur omnibus iudicibus eccleſiaſticis, cuiuſcunq; dignitatis exiſtant, vt quandocunq; executio realis, vel perſonalis in quaſlibet parte iudicij propria autoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo, quā definiendo à cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu interdicto; ſed liceat eis, ſi expedire videbitur in cauſis ciuilibus ad forum Eccleſiaſticū quōmodolibet pertinentibus contra quoſcunq; etiam laicos per mulctas pecuniarias, p quæ locis piis q ibi exiſtentibus, eo ipſo quod exactæ fuerint, aſsignētur, ſeu per captionem pignorū, perſonarumq; diſtrictionē per ſuos proprios, aut alienos executores faciendam, ſiue etiam per priuationem beneficiorum, aliaque iuris remedia procedere, & cauſas definire. Quòd ſi executio realis, r vel perſonalis aduerſus reos hac ratione fieri non poterit: ſitque erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio ſuo præter alias pœnas ferire poterit. In cauſis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel perſonalis, vt ſupra fieri poterit, erit à cenſuris abſtinendum: ſed ſi dictæ executioni facilè locus eſſe non poſsit, licebit iudici hoc ſpirituali gladio, in delinquentes vti, ſi tamen delicti qualitas præcedente bina ſaltim monitione, etiam per edictum id poſtulet.

SVPER CAPVT III.

o ¶ *In cauſis iudicialibus.* Decla. Card.

Card. Excommunicatio lata à iudice excommunicato, prius quã legitimè constet de impedimento, vel perturbationibus, præter quas non potest deuenire, propria autoritate ad excommunicationem realem, vel personalem, est valida: & qui tali excommunicatione ligatus existit indiget absolutione: debent tamen Ordinarij curare, vt in excommunicationibus proferendis obseruentur decreta Concilij hoc cap.

p ¶ *Per mulctas pecuniarias.* Declar. Card. In mulctis, quæ ex ordine Concilij Tridentini sunt applicandæ locis pijs, idem Concilium Tridentinum est obseruandum.

q ¶ *Quæ locis pijs* Pœnæ fori ecclesiastici pijs locis sunt applicandæ, nec consuetudo contraria, penquam pars pœnarũm applicatur Vicario, valet; & minus cameræ Episcopali, etiam in minima parte.

r ¶ *Quod si executorialis.* Decisio Card. 254. Congratio Concilij censuit, si sunt duo insolidum obligati in forma cameræ pro eorum debito, & contra vnum tantùm possunt deueniri ad executionem realem, vel personalem non posse contra alterum, contra quem non potest fieri executio realis, vel personalis ad instantiam creditoris in subsidium relaxare censuras.

¶ Eadem sessione vigesima quinta, c. 3. de refor.

Non licet Magistratibus secularibus deferendis, seu reuocandis excommunicationibus iudicare. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Nefas sit seculari cuilibet Magistratui prohibere ecclesiastico iudici ne quẽ excomunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet sub prætextu, quòd contenta in præsenti decreto non sint obseruata, cum non ad seculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.

¶ Eadem sessione vigesima quinta, c. 3. de refor.

Contra existentem per annum in excommunicatione, tanquam contra de hæresi suspectum procedi potest. Hoc dicit.

CAPVT V.

Excõmunicatus quicunque, *s* si post legitimas monitiones non resipuerit, *t* non solum ad sacramẽta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: sed si obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum tanquã de hæresi suspectum procedi possit.

SV-

SVPER CAPVT V.

ſ ¶ *Excommunicatus quicunque.* Decia. Card. Excommunicatus tanquam contumax à contumacia, ſi coram Ordinario compareat, & ſit paratus ſtare iuri, debet per eundē abſolui. ¶ Præſuppoſito, quod duo ſint obligari in ſolidum in forma cameræ pro eodem debito, & quod contra vnū tantum poteſt deueniri ad executionem realem & perſonalē, an contra alterum, contra quem nō poteſt fieri executio realis, vel perſonalis poſsint ad inſtantiam creditoris in ſubſidiū relaxari cēſuræ? Congregatio die 12. Decēbris, 1585. cenſuit negatiuè: quia hodie remedium cenſurarum eſt ſubſidiarium ex hoc capite tertio: ideò illi non poteſt eſſe locus, quando alia via poterit eſſe conſultum per executionem realem, & cætera. ¶ An ſi iudex deficientibus cæteris remedijs velit excommunicare Canonicos ex hoc capite tertio neceſſarium ſit, vt ex actis conſtet realem, & perſonalem executionem fieri non poſſe, an verò ſufficiat hæc extraiudicium? Congregatio cēſuit debere ex actis conſtare, ſed quod ſufficiat probari per Nūcij relationē, aliàs exequi nō poſſe.

t ¶ *Non reſpuerit.* Concordat tex. in cap. rogo. cum ſequen. 11. quæſt. 3. cap. nulli. cum ſequent. cap. cum deſideres. cap. ſi conctubinæ. extra. eod. tit.

u ¶ *Procedi poſſe.* Deciſ. Car. 217. Congregatio Concilij cēnſuit, procedi non poſſe aduerſus eū, qui tribus abhinc annis ab A. C. excommunicatus ad hunc vſque diem in excommunicatione permanſit, præterquam in feſtis Paſchalibus, inquibus quolibet anno ab A. C. abſolutionem obtinet.

De appellationibus.

TITVLVS X.

In ſeſſione decima tertia Cōc. Trid. c. 1. de refor.

In cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis, & inhabilitatis, ſiue criminalibus ante definitiuā ſententiam appellari non poteſt, exceptis duobus caſibus. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ CVM rei criminum plerunque ad euitandas pœnas, & Epiſcoporum ſubterfugienda iudicia, querelas, & grauamina ſimulent, a & appellationis diffugio iudicis proceſsū impediant, ne remedio ad innocentiæ præſi-

fidium inſtituto ad iniquitatis defenſionem abutantur; vtque huiuſmodi eorum calliditati, & tergiuerſationi occurratur, ita ſtatuit, & decreuit *b* In cauſis viſitationis *c* & correctionis, *d* ſiue habilitatis, & inhabilitatis, necnõ criminalibus ab Epiſcopo, ſeu illius in ſpiritualibus Vicario generali ante definitiuam ſententiam ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine non appelletur; neque Epiſcopus, ſeu Vicarius appellationi huiuſmodi tanquam friuolæ deferre teneãtur: ſed ea, ac quacunque inhibitione ab appellationis iudice emanata, necnõ omni ſtylo, & cõſuetudine, etiam immemorabili contraria non obſtante, ad vlteriora valeat procedere, niſi grauamen *e* huiuſmodi per difinitiuam ſententiam reparari, *f* vel ab ipſa difinitiua appellari non poſsit: quibus caſibus ſacrorum, & antiquorum Canonum ſtatuta, *g* illibata perſiſtant.

De appellationibus.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Et grauamina ſimulent.* Cõcordat tex. in c. cum ſpeciali. §. porrò. ext. eod. tit.

b ¶ *I a ſtatuit & decreuit.* Concordat cap. Nihil eſt ſup. de vita & honeſt. & ca. Epiſcõpi ſup. de accuſation.

c ¶ *In cauſis viſitationis.* Deciſ. Card. 140. Congregatio Concilij cenſuit, à mandato de reſidendo in viſitatione edito non dari appellationem ad effectum ſupẽſiuum, ſed deuolutiuum tantùm.

d ¶ *Et correctionis.* Declar. Card. Appellatio à correctione non eſt admittenda per Metropolitanũ ante definitiuam ſententiam, etiam ſi Metropolitanus acta ſolùm videre vellet expenſis appellantis tranſportanda.

e ¶ *Niſi grauamen.* Declaratio Cardin. Non eſt inhibendum Epiſcopis in aliqua cauſa, quæ ſit coram eis in prima inſtantia, nec deferendum appellationibus, niſi appellatum fuerit, à definitiua, vel interlocutoria habente vim definitiuæ, cuius grauamen per appellationem à definitiua non poſsit reparari.

Poſt definitiuam ſententiam in cauſis viſitationis, & correctionis appellari poteſt, ita tamen vt appellatio non ſuſpendat executionem, niſi grauamen huiuſmodi, vt eſt infra.

Appellatio à difinitiua in cauſa correctionis non ſuſpẽdit executionem. In nonnullis caſibus veluti in materia correctionis morum, vbi Concilium expreſſe ſuſtulit appellationem, ſublatam intellige quoad effectum ſuſpenſiuum,

ſiuum, non autem deuolutiuum.
f ¶ *Per definitiuam ſententiam reparari.* Declarat. Card. 224. Congregatio Concilij cenſuit, grauamen indebitæ carcerationis eſſe ex his, quę per appellationē à definitiua reparari nequeunt; ideòque ab eo ante definitiua appellare licere ex decreto capit. 1. circa principium: & Ordinarium teneri huic appellationi deferre, & ſinere proceſſum tranferri ad iudicem appellationis: interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellationis cauſa cognita aliud iuſſerit.
g ¶ *Antiquorum Canonum ſtatuta.* Concordat. tex. in cap. vt debitus. ext. eod. tit. cum ſimilibus.

Eadem ſeſſione decima tertia, cap. 2. de reform.

Appellationis cauſa in criminalibus, vel Metropolitano, vel vni ex vicinioribus Epiſcopis, ſeu eorum Vicarijs committi debet. Hoc dicit.

CAPVT II.

A ſententia Epiſcopi, vel ipſius in ſpiritualibus Vicarij generalis, in criminalibus appellationis cauſa, vbi appellationi locus fuerit, ſi Apoſtolica autoritate in partibus eam committi contigerit Metropolitano, ſeu illius etiã Vicario *h* in ſpiritualibus generali, aut ſi ille aliqua de cauſa ſuſpectus foret, vel vltra duas legales dietas diſtet, ſeu ab ipſo appellatum fuerit, vni ex vicinioribus Epiſcopis, *i* ſeu illorum Vicarijs, non autem inferioribus iudicibus committatur.

SVPER CAPVT II.

h ¶ *Metropolitano, ſeu illius etiam Vicario.* Declarat. Card. Fuit dubitatum, an Legati, ſeu Nuncij Apoſtolici, poſſint committere iſtas cauſas ſuis Auditoribus, vt illas videant tanquam iudices Delegati? Et fuit reſolutum die 6. Octobris. 1588. non poſſe. Et fuit allegatum c. 1. ſeſſ. 25. de ref.
i ¶ *Vni ex vicinioribus Epiſcopis,* Declarat. Cardin. An ſi à decretis & ſententijs Ordinarij, qui etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus ex decreto Concilij proceſſit interponenda appellatio coram Ordinario, vel potiùs ad Sedem Apoſtolicam appellãdum? Et fuit reſolutum appellãdum eſſe ad Metropolitanum: quia Concilium videtur coadiuuare, non autem denouo dare.
k ¶ *Non autem inferioribus iudicibus committatur.* Declar. Card. die 24. Maij. 1599. Congregatio cenſuit, ſentẽtias latas ab Auditorib⁹ Nunciorum Sanctiſsimi in cauſis appellationum in criminalibus nul

nullas esse: nec propter vtilitatem publicam, & communem partiũ errorem sustineri.

Eadem sessione decima tertia, cap. 3 de refor.

Coram iudice appellationis produci debent acta primæ instantiæ; quæ is, à quo appellatum est, tenetur gratis exhibere. Hoc dicit.

CAPVT III.

Reus, ab Episcopo, aut eius Vicario in spiritualibus generali, in criminali causa appellans, coram iudice, ad quem appellauit, acta primæ instantiæ *l* omnino producat; & iudex, nisi illis visis, ad eius absolutionẽ minimè procedat. Is autem à quo appellatum fuerit, intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat: *m* alioqui absque illis causa appellationis *n* huiusmodi, prout iustitia sua sit, terminetur.

SVPER CAPVT III.

l ¶ *Acta primæ instantiæ.* Decl. Card. Constito de contumacia iudicis, à quo, recusantis exhibere acta, partes erunt iudices, ad quẽ appellatum est, absoluere partem appellantem à molestationibus, & pronuntiare acta, & sententiã iudicis à quo, si vnquam reperiũtur, cassa esse, & vana.

m ¶ *Gratis exhibeat.* Decl. Car. Gratis exhibẽda sunt acta in causa criminali confecta per Chancellarium Episcopis, secus si per Notarium, cui soluenda est merces iuxtã cap. 20. sess. 24. Hic non loquitur de Notario, sed de iudice, aut fortè eius Chancellario, qui non sit Notarius actuarius, quia Notario actuario debetur merces, iuxta c. 20. sess. 24.

n ¶ *Causa appellationis.* Decl. Card. Congregatio censuit, Episcopum, ad quem appellatum fuerit, excommunicatum coram se comparentem ad cautelam posse absoluere, visis tamen actis, quibus iurisdictio sua fundetur, quãuis aliàs de causæ meritis nõ cognoscat diffinitiuè, tamen nisi visis omnibus actis primæ instãtiæ, non posse iuxta hoc caput sentẽtiam ferre.

Item sessione vigesima secunda, cap. 7 de reform.

In admittendis appellationibus, & in earũ progressu seruari debet forma iuris antiqui, præsertim cap. Romana de appellationibus, lib. 6. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

Legati, & Nuncij Apostolici, o Patriarchæ, Primates, & Metropolitani in appellationibus ad eos interpositis, in qui-

quibuſuis cauſis, tam in admittēdis appellationibus, quam inconcedendis inhibitionibus poſt appellationem, ſeruare teneantur formam, & tenorem ſacrorūconſtitutionum, p & preſertim Innocētij Quarti, q quæ incipit, *Romana*, quacunque conſuetudine, etiam immemorabili, aut ſtylo, vel priuilegio in contrarium nō obſtātibus: aliter inhibitiones, & proceſſus, & inde ſequuta quęcūque ſint ipſo iure nulla.

SVPER CAPVT IIII.

o ¶ *Legati, & Nuncij Apoſtolici.* Decl. Card. Per hoc decretum non comprehenduntur ſentētiæ ab inferioribus Ordinarijs latæ, vt earum appellationes deuoluātur ad Epiſcopum diœceſis, ad quem ceſſante exēptione deuoluerentur. Cap. Romana de appel lat. in 6. ſeruari debet etiam in appellationibus ad Sedem Apoſtolicam interpoſitis.

p ¶ *Sacrarum conſtitutionum.* Deciſ. Card. 214. Congregatio Cōcilij cenſuit, vnicam ſententiam, quæ tranſitū fecerit in rem iudicatam, ad effectum deciſionis Cōgregationis Concilij tribus æqui pollere.

q ¶ *Præſertim Innocentiij Quarti.* Hæc conſtitutio refertur in c. Romana eod. tit. lib. 6. cuius tenor talis eſt. *Romana Eccleſia & infra. Cum ſuffraganeorum Rhemē. Eccleſiæ, ſuorumq; official. ū, qui generaliter de cauſis ad ipſorū forū pertinentibus eorum vices ſupplendo cognoſcunt, vnum & idem conſiſtoriū ſiue auditorium ſit cenſendum, ab ipſis officialibus non ad dictos ſuffraganeos (ne ab eiſdem ad ſe ipſos interponi appellatio videatur) ſed de iure ad Rhemenſ. eſt Curiam appellandum.*

§. AB ARCHIDIACONIS.

A B Archidiaconis verō, alijſq; inferioribus Prælatis ſuffraganeis ſubiectis eiſdem, & eorum officialibus ad ſuffraganeos ipſos debet, & nō ad eādem Curiā omiſſis dictis ſuffraganeis appellari, niſi aliud Rhemāſ. Eccleſiæ de conſuetudine competat in hac parte.

§. CVM AVTEM.

C V M autem ad præfatam Curiam ab eorundem ſuffraganeorum, vel ſuorum officialium audientiam fuerit appellatū: Rhemēſ. Archiepiſcopus, qui pro tēpore fuerit, vel officialis ipſius nulla tenus in appellationis cauſa interpoſitæ ante definitinam ſententiam citent partes, nec etiam alijs illam committant appellationis eiuſdem cauſa probabili, ſeu legitima non expreſſa.

§. S I

§. SI VERO VOCATIS.

Si verò vocatis partibus, vel nullatenus, aut non infra decem dies post interlocutoriam, vel definitiuam sententiam appellatum fuisse, seu aliquid aliud simile, sicque non esse per appellationem ad eundem Archiepiscopum, vel eius officialem deuolutum negotium proponatur: ijdem nisi prius ipsis constiterit, causam ipsam ad eos totaliter fuisse delatam prohibere ne in ea, vel ne ad executionem procedatur sententiæ, non præsumant.

§. QVOD SI OBIICIATVR.

Quod si obijciatur ex iniusta causa, seu minus legitima ante sententiã appellationem interpositam extitisse, & ex eo non esse appellationem huiusmodi admittendam, nequeunt prædicti Archiepiscopus, vel eius officialis prohibere: ne procedatur in causa, nisi prius appellatione recepta, velut emissa ex causa probabili cognoscere incipiant de causa huiusmodi, an sit vera.

§. SI AVTEM.

Si autem post sententiam in casibus â iure prohibitis, vt potè âsententia super manifesto, & notorio crimine, vel de quo quis in iure confessus extitit promulgata, vel consimilibus appellatum fuisse dicatur, possunt, ne sententia executioni mãdetur, post quam cognoscere cœperint, vtrũ sit recipienda, vel non, appellatio ab eo interposita, inhibere.

§. INALIVM.

In alium quoque, qui circa rem, de qua inter appellantem, & appellatum controuersia vertitur, aliquid post eorum inhibitionem attentat, nõ valet occasione huiusmodi iurisdictionem aliquam vendicare.

§. CVM VERO.

Cùm verò is, qui ad Rhemen. Curiam super aliquam causam vocem appellationis emittit, nihilominus in causis alijs Ordinarij sui iurisdictioni subijciatur, Rhemens. Archiepiscopus, vel officialis ipsius, nequaquam iurisdictionem ipsam in alijs impediant, vt ab eiusdem Ordinarij potestate totaliter eximant taliter appellantem.

§. DEBET AVTEM.

Debet autem ad eos ab Episcopis præfatæ Prouinciæ super causis, in quibus temporalem iurisdictionem exercent (nisi fortè de consuetudine, aut priuilegio, siue iure alio speciali sit appellandum ad alium) appellari.

§.SENTENTIAS.

Sentẽtias quoque interdicti, vel ſuſpenſionis, ſeu excommunicationis in appellantem ab eo, à quo appellatum propoſitur promulgatas, nullatenus (niſi vocatis partibus, & de appellatione legitime cognitio) renocent, aut denuncient eſſe nullas.

§.CVM AVTEM.

CVM autem ad Rhemen. Archiepiſcopum ab audientia ſuffraganei ſui ſuper aliqua cauſa fuerit ante ſententiam appellatum, idem Archiepiſcopus poſtquam de appellatione cognito conſtiterit, eam minus rationabilem extitiſſe, cauſam ad eundem ſuffraganeum remittere nõ poſtponat.

Item ſeſsione vigeſima quarta, cap. 20. de reform.

Appellans tenetur expenſis ſuis acta omnia antea geſta ad iudicem appellationis transferre, quorum copiam intra menſem exhibere debet Notarius. Si verò in hoc Notarius, vel iudex fraudem fecerint, ad dupli pœnam tenentur. Hoc dicit.

CAPVT V.

Si quis in caſibus à iure permiſſis appellauerit, aut de aliquo grauamine cõqueſtus fuerit, ſeu alias ob lapſum biennij, de quo ſuprà, ad aliũ iudicẽ recurrerit; teneatur actũ omnia coràm Epiſcopo geſta ad iudicẽ appellationis expenſis ſuis trãsferre: eodem tamẽ Epiſcopo prius admonito, vt ſi quid ei pro cauſæ inſtructione videbitur, poſsit iudici appellationis ſignificare. Quod ſi appellatus cõpareat, cogatur tunc is quoque actorum, quæ tranſacta ſunt, expenſas proportione ſua, ſi illis vti voluerit, ſubire, niſi aliter ex loci cõſuetudine ſeruetur: vt ſcilicèt appellantem integrum hoc onus pertineat. Porrò ipſam actorum copiam teneatur Notarius, congrua mercede accepta, appellanti quanto citius, & ad minus intra menſem exhibere. Qui Notarius ſi in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officij adminiſtratione arbitrio Ordinarij ſuſpendatur; & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit inter appellantem, & pauperes loci diſtribuendam compellatur. Iudex verò, ſi & ipſe impedimenti huius conſcius, particeſpve fuerit, aliterve obſtiterit, ne appellanti integrè acta intra tempus traderentur. Ad eandem dupli pœnam prout ſuprà teneatur: non obſtantibus quoad omnia ſuprà dicta priuilegijs, ſindultis, concordijs, quæ ſuos tantũ teneant autores, & alijs quibuſcunque conſuetudinibus.

SVPER CAPVT V.

r ¶ *Expenſis ſuis transferre.* Decl. Card.

Card. Non contrariatur cap. 3. ſupra. ſeſ. 13. nam ibi non loquitur de Notario: hic verbo, Notario. ſ ¶ *Priuilegijs*. Dec. Car. Nota Cõciliũ dumtaxat priuilegijs, & conſuetudinibus Eccleſiarum, derogare voluiſſe: ne illarum prætextu excludatur Epiſcopus volens viſitare, corrigere, & emendare facultatem Epiſcopo conceſsiſſe priuatiuè quoad alios inferiores Ordinarios. De quorum excluſione non conſtet.

De peccato actuali, vel originali.

TITVLVS XI.

In ſeſsione quinta Conc. Trid. in decr. de pecca. orig.

Adam per offenſam prævaricationis ſanctitatem amiſit, & irã Dei ac alia plurima damna incurrit. Hoc dicit.

CAPVT I.

Vt fides noſtra Catholica, ſine qua impoſsibile eſt placere Deo, purgatis erroribus in ſua ſyncerit tate integra, & illibata permaneat & ne populus Chriſtianus omni vento doctrinæ circunferatur; cũ ſerpens ille antiquus humani generis perpetuus hoſtis inter plurima mala, quibus Eccleſiæ Dei his noſtris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali, eiuſque remedio, non ſolum noua, ſed vetera etiam diſsidia excitauerit, Sacroſancta œcumenica, & Generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitimè cõgregata, præſidentibus in ea eiſdẽ tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis iam ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens ſacrarum Scripturarum, & Sanctorũ Patrum, ac probatiſsimorum Conciliorum teſtimonia, & ipſius Eccleſiæ iudiciũ, & conſenſum ſequuta hæc de ipſo peccato originali ſtatuit, fatetur ac declarat. ¶ Si quis non confitetur primum hominem Adam cum mandatum Dei in paradiſo fuiſſet traſgreſſus, ſtatim ſanctitatem, & iuſtitiã, in qua conſtitutus fuerat amiſiſſe, incurriſſeque per offenſam prævaricationis huiuſmodi iram & indignationẽ Dei, atque adeò mortem, quam antea illi commi natus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem ſub eius poteſtate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc eſt, diaboli; totumque Adam per illam prævaricationis offenſam ſecundũ corpus, & animam in deterius commutatum fuiſſe, anathema ſit.

Eadem sessione quinta, in decre. de peccato originali.

Peccatum Adæ omni eius propagini nocuit; in quam peccatum originale transfusum est. Hoc dicit.

CAPVT II.

SI quis Adæ prævaricationē sibi soli, & non eius propagini *a* asserit nocuisse, & acceptā à Deo sanctitatem, & iustitiam, quā perdidit, sibi soli, & non nobis etiam eum perdidisse, aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum mortem, & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem, & peccatum, quod mors est animæ: anathema sit: cum contradicat Apostolo dicenti: *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.*

De peccato actuali, vel originali.

SVPER CAPVT II.

a ¶ *Sibi soli, & non eius propagini.* Concordat Concil. II. Arausic. c. 1. & cap. placuit. cap. regenerante, cap. quæris. in fin. de consecrat. distinct. 4. & illud ad Roma. 5. n. 12. *In omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerūt* & illud 1. Corint. 15. num. 22. *In Adam omnes moriuntur.*

Eadem sessione quinta, in decreto de pecca. origin.

Innouantur Constitutiones Sixti IIII. quæ præscribunt modum definiendi illud commune problema, Vtrùm Beatissima Virgo contraxerit peccatum originale, nec ne? Hoc dicit.

CAPVT III.

Declarat sancta Synodus *b* nō esse suæ mentis comprehendere in decreto, vbi de peccato originali agitur Beatam, & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem, sed obseruandas esse cō stitutiones fœlic. rec. Sixti Papæ IIII. *c* sub pœnis in eis constitutionibus contentis, quas innouat.

SVPER CAPVT III.

b ¶ *Declarat sancta Synodus.* Declaratio Card. Nemo cuiuscunque ordinis, gradus, vel dignitatis existāt in popularibus concionibus, vel vbicunque promiscua virorum, & mulierū multitudo conuenire solet, de huius controuersia immaculatæ, scilicet, Conceptionis Dominæ nostræ ex alterū-

terutra parte disputare rationibus, vel Doctorum autoritate, alteram sententiam asserendo: & contrariam repellendo, aut impugnando: vel de hac ipsa quæstione cuiusuis pietatis, aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere, vel dictare præsumat. Qui contra fecerit suspensionis pœnam à diuinis absque noua declaratione ipso facto incurrat; si modo fuit in sacris constitutus; & quocunque præterea gradu, siue dignitate fungatur, illis omnibus sit ipso iure priuatus, & adea, vel similia muneraobtinenda, vel obeunda perpetuæ inhabilitatis censurę ipso etiam facto sit obnoxius. Super quib⁹ nisi à Romano Pontifice pro tempore existente dispensari, siue absolui nõ possit: & nihilominus alijs pœnis, si opus fuerit, à proprio Prælato, pro delicti mensura infligendis, subijciatur. Ita Pius Quintus in extrauag quæ incipit, *Superspeculam* ¶ Quandiu er vo'to licã Sedem altera pars definita nõ fuerit, oppositaque sententia condemnata, liceat viris doctis in publicis Academiæ disputationibus, siue Generalium, siue Prouincialium Capitulorum, vbi aliàs intersint, qui rem capere possint, nec scandali vlla subest occasio, de illa quæstione differere, & argumentis vtranlibet partem, vel asserere, vel impugnare; dum tamen neutra velut erronea præindicetur, seruenturque illa omnia, quæ à Sixto IIII: prædecessore nostro monstrata sunt. Idem Pius pœnas à Sixto IIII. contra aliter facientes statutas ibidem innouat.

c ¶ *Sixti Papæ Quarti.* Hæc constitutio refertur in extraug. Grauanimis. de Reliq. & vener. Sãct. cuius tenor talis est.

Graue nimis gerimus, & molestum, cum sinistra nobis de quibusdam Ecclesiasticis personis referuntur: sed in eorum, qui ad Euangelizandum verbum Dei sunt deputati excessibus prædicando commissis: eô grauius prouocamur, quô illi periculosius remanent incorrecti, cum facilè deleri nequeant, qui multorum cordibus sic publicæ prædicando diffusius, & damnabilius imprimuntur errores. Sanè cum sancta Romana Ecclesia de intemeratæ, semperque Virginis Mariæ Conceptione publicè festum solemniter celebret, & speciale, ac proprium super hoc officium ordinauerit, nonnulli (vt accepimus) diuersorum ordinum Prædicatores in suis sermonibus ad populum publicè per diuersas ciuitates, & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non cessant omnes illos, qui tenent, aut asserunt eandem gloriosam & immaculatam Dei genitricem absq; originalis peccati macula fuis-

se conceptam, mortaliter peccare, vel esse hæreticos, eiusdem immaculatæ conceptionis officium celebrantes, audientesque sermones illorum, qui eam sine huiusmodi macula concepta esse affirmant, peccare graviter. Sed & præfatis prædicationibus non contentis confectos super his suis assertionibus libros in publicum ediderunt, ex quorum assertionibus, & prædicationibus non levia scandala in mentibus fidelium exorta sunt, & maiora meritò exoriri formidantur in dies. Nos igitur huiusmodi temerariis ausibus, ac pervers assertionibus, ac scandalosis, quæ exinde in Dei Ecclesia exoriri possunt (quantum nobis ex alto conceditur) obviare volentes motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & certa scientia huiusmodi assertiones Prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent eos, qui crederent, aut tenerent, eandem Dei genitricem ab originalis peccati macula in sua conceptione præservatam fuisse, propterea alicuius hæresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut huiusmodi officium conceptionis celebrantes, seu huiusmodi sermones audientes alicuius peccati reatum incurrere, utpotè falsas, & erroneas, & à veritate penitus alienas, editosque desuper libros prædictos in continentes, quoad hoc auctoritate Apostolica tenore præsentium reprobamus, & damnamus. Ac motu, scientia, & auctoritate prædictis statuimus, & ordinamus, quod Prædicatores verbi Dei, & quicunque alij cuiuscunque status, gradus, aut ordinis, ac conditionis fuerint, qui de cætero ausu temerario præsumpserint eorum sermonibus ad populum, seu aliàs quomodolibet affirmare huiusmodi sic per nos improbatas, & damnatas, assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, postquam de præsentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant: à qua ab alio quàm à Romano Pontifice (nisi in mortis articulo) nequeant absolutionis beneficium obtinere. ¶ Item motu, scientia, & auctoritate similibus simile pœnæ, ac censuræ subijcientes eos, qui ausi fuerint asserere, contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale: cum nondum sit à Romana Ecclesia, & Apostolica Sede decisum. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque, quibus communiter, vel divisim à Sede Apostolica indultum existat, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possit per literas Apostolicas non facientes plenam, ac expressam, ac de verbo ad verbum de

de indulto huiusmodi mentionem. Et ne de præmissis aliquando valeant ignorantiam allegare, volumus, quod locorum Ordinarij requisiti præsentes literas in Ecclesijs consistētibus in eorū ciuitatibus, & suarū diœcesiū, & locis insignibus, dū maior sibi multitudo populi ad diuina cōuenerit sermonibus ad populū mādēt, & facīāt publicari. Præterea quia difficile foret præsētes literas ad singula loca, in quibus expediēs fuerit, deferre, etiam volumus, & dicta autoritate decernimus, quod earundem literarum trāssumpto manu publici Notarij confecto, & authentico alicuius Prælati Ecclesiastici sigillo munito, vbique stetur, prout staretur eisdē originalibus literis, si forent exhibitæ, vel ostensæ. ¶ Nulli ergô omninô hominum liceat hanc paginam nostræ reprobationis, damnationis, statuti, ordinationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Datū Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, M. CCCC. LXXXIII. pridie nonas Septembris, Pontificatus nostri anno decimotertio.

De simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur.

TITVLVS XII.

¶ In sessione vigesimaprima, Conc. Trid. c. 1. de refor.

Vt in ordinum collatione omnis absit simoniæ suspicio, præcipitur, vt nec pro ordinibus ipsis, nec pro literis dimissoris, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia de causa, possit quisquam aliquid accipere, excepto casu hic expresso. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶ QVONIAM ab Ecclesiastico ordine omnis auaritiæ suspitio abesse debet, *a* nihil pro collatione, *b* quorumcunque ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro literis dimissorijs, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacunque de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alij ordinum collatores, aut eorum ministri, *c* quouis prætextu accipiant. Notarij verò in ijs tantùm locis, in quibus nō viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis literis dimissorias, aut testimonialibus, decimam tantùm vnius aurei partē accipere possint, dummodò eis

nullum ſalarium ſit conſtitutum pro officio exercendo: nec Epiſcopo ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eidem ordinum collationibus, directè, vel indirectè prouenire poſsit: tunc enim gratis operam ſuam eos præſtare omninò teneri ſancta Synodus decernit: contrarias taxas, ac ſtatuta, & conſuetudines, etiam immemorabiles, quorumcunque locorum, quæ potiùs abuſus, & corruptulæ ſimoniacæ prauitati fauentes, nuncupari poſſunt, penitùs caſſando, & intercedendo. Et qui ſecus fecerint, tam dantes, quàm accipientes, vltra diuinam vltionem, pœnas à iure inflictas *a* ipſo facto incurrant.

De ſimonia, & ne aliquid, &c.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Omnis auaritiæ ſuſpicio.* Concordat Concil. Lateran. ſub Innocē. III. c. 63. Chalced. acti. 25. c. 2. Cōc. II. Brachar. c. 2. Conci. II. Aurel. c. 3. Conc. VIII. Tol. c. 3. tex. in c. ſicut, 1. q. 2. c. 1. c. ſicut pro certo, ext. eod. tit.

b ¶ *Nihil pro collatione.* Declar. Car. Conſuetudo percipiendi ab ordinatis ad primā tonſurā forcipes, pectines, & mappas, præter ſicultas; pariterque presbyteris, intelligitur perinde, ac corrupte la reuocata, nullaque eo nomine oblatio initiatur Pontificali Romano permittēte cōſueuit offerre. Pro collatione, & inſtitutione Eccleſiarum curatarum, vel pro depuratione Vicariorum in illis, Chancellarius poteſt in ſingulas accipere mercedē ſuo labori cōuenientē, quæ tamen ſcriptura, ſi gillo, & cæteris omnibus cōputatis, vnū aureū nō excedat, & dūmodò ipſi Chācellario ſalarium nullū pro officio ſuo exercendo præſtitum ſit, & ex pecunia, quā accipit, nihil prorſus emolumēti collatores, aut inſtitutores vllo modo directè, vel indirectè percipiant. Item declarauit S. D. N. Gregorius XIII. hoc decretum vendicare etiā ſibi locū in collatione beneficiorū, præſertim curatorū, neque pro ſigillo aliquid accipere poſſe, nō obſtāte quacūque etiā immemorabili cōſuetudine. Ordinarius in collatione beneficiorū pro ſigillo nihil poteſt accipere, etiamſi ab immemorabili tēpore fuerit obſeruatum, vt certū quid recipiat, licet cōtrariū ſenſit glo. mag. in c. eum olim, de maio. & obe. Et ita cēſuit Cōgregatio in vna Rauennat. Officiales Ordinarij, ac Ordinarius ipſe pro diſpenſationibus ad eum remiſsis nihil poſſunt accipere, nō obſtante contraria conſuetudine, etiam immemorabili.

c ¶ *Ant*

c ¶ *Aut eorum ministri.* Decisio Card. 82. Congregatio Concilij censuit, non posse Chancellarios pro expeditione literarum collationis, vel institutionis quorumcunque beneficiorum, vel pro deputatione Vicariorum in illis accipere, nisi mercedem suo labori conuenientem, vt suprà.

d ¶ *Pœnas à iure inflictas.* Concordat Concil. II. Bracharen. c. 3. & tex. in c. placuit, 1. q. 1.

Item sessione vigesima quarta, c. 14. de refor.

Præcipitur sub pœnis contra simoniacos editis, ne pro ingressu Ecclesiæ, siue admissione ad possessionem alicuius præbendæ quicquam, quod in pios vsus non conuertitur, accipiatur. Hoc dicit.

CAPVT II.

¶ In pluribus Ecclesijs, tam Cathedralibus, quàm Collegiatit, & parochialibus, ex earum cõstitutionibus, aut ex pratia consuetudine obseruari intelligitur, vt in electione præsentatione, *e* nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione, siue admissione ad possessionem *f* alicuius Cathedralis Ecclesiæ, vel beneficij, canonicatuum, aut præbendarũm, vel partem prouentuum, seu ad distributiones quotidianas certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, *g* solutiones, *h* promissiones, compensationesve illicitæ, aut etiam, quæ in aliquibus Ecclesijs dicuntur Turnorum lucra, interponantur: hæc cum sancta Synodus detestetur, mandat Episcopis, vt quæcunque huiusmodi in vsus pios non conuertuntur, atque ingressus eos, qui simoniacæ labis, aut sordidæ auaritiæ suspicionẽ habent, fieri nõ permittant. ipsique diligenter de eorum constitutionibus, siue cõsuetudinibus super prædictis cognoscant: & illis tantum, quas vt laudabiles probauerint, exceptis, reliquas, vt prauas, ac scandalosas reijciant, & aboleant. Eos verò, qui aduersus hæc in præsenti decreto cõprehẽsa, quauis ratione cõmiserint, pœnis cõtra simoniacos editis, & sacris Canonibus, & variis Sũmorum Põtificũ cõstitutionibus, quas omnes innouat, teneri decernit: nõ obstantibus quibuscũque statutis, cõstitutionibus, & cõsuetudinibus, etiã immemorabilibus, etiã Apostolica autoritate cõfirmatis: de quarũ subreptione, & obreptione, & intentionis defectu, Episcopus tãquam Apostolicæ Sedis Delegatus, cognoscere possit.

SVPER CAPVT II.

e ¶ *In electione præsentatione.* Declar. Card. Episcopus etiam cum

consensu Capituli statuere non potest, vt aliquid minimum soluatur in ingressu Canonicorum. Et hoc etiam est prohibitum per Bullam Pij Quinti.

f ¶ *Sine admissione ad possessionem*. Decl. Car. An Episcopus vbi aliàs vigebat consuetudo, vt quiuis Canonicus pro introitu ad possessionē amitteret omnes fructus suæ præbendæ per trienniū pro vsu, & fabricæ Ecclesiæ seruitio seu sacristiæ Cathedralis Ecclesiæ, possit cum consensu capituli, & Canonicorum statuere, vt quilibet Canonicus prouisus à Papa incapienda possessione, vice supra dictorum fructuum soluat eidem frabricæ, seu sacristiæ scuta quinque: prouisus verò ab Ordinario scuta decem? Congregatio censuit, non posse. An constitutio facta per Episcopum, & Capitulum post Concilium Tridentinum ad soluendam certam quantitatem ratione nouę possessionis Episcopatus, Canonicatuū, & Dignitatum distribuendā in fabricā, salarium Notarij, Cursoris, campanarij, & aliorum ministrorum Ecclesiæ, quibus iam sunt aliàs constituta salaria, sit valida, necne? S. D. N. ex sententia Congregationis respondit huiusmodi constitutionem seruandam, nihil ex pecunia Notarijs, Cursoribus, Campanarijs, aliisve Ecclesię ministris attribuendum, sed integram summam in vsum fabricæ conuertendam. Proimmissione in possessionem præposituræ non potest Capitulum collegiatum quicquam exigere ab eo, cuius nomine adepta fuit possessio, nisi ex aliqua lege, vel consuetudine id in aliquos pios vsus ērogandum esset, & si quid abeodem exactum esset, debet eidem ab eo dē Capitulo restitui, nisi fortè id exactum itidem ex aliquo instituto, aut consuetudine in vsus pios conuersum est.

g ¶ *Deductiones ex fructibus*. Declar. Card Per hoc decretum etiā prohibentur illi fructus primi anni, qui aliquibus in locis soluebantur de omnibus beneficijs suarū diœcesum, Episcopus nō potest primi anni fructus, alicuius beneficij sibi retinere, vel attribuere pro datione possessionis, de qua legitime prouisus est.

h ¶ *Solutionis*. Declar. Cardin. Dultiora multa intelliguntur esse de genere prohibitorum à Concilio Tridentino, hoc cap. ab aliquo Capitulo exigēdorum, pro admissione in possessionē alicuius noui Canonici beneficij. Cuiusuis prætextu statuti, etiā ex vrgēti causa facti pro bono Ecclesię nō potest cogi nou⁹ Canonic⁹ aliquid soluere, pro debitis antiquis Ecclesiæ suæ, & iā factis pro reparatione & melioratione bonorū, & hoc attēta Bulla Pij Quinti, & de-

declaratione huius decreti. Antistes in receptione alicuius in Canonicum dultiora, aut similia exigens, tandiu à Pontificalis officij exercitio maneat suspensus, donec satisfactione præuia per Sedem Apostolicam illi suspensio relaxetur. Capitula verò, & Collegia, quæcunque Ecclesiæ subiacent interdicto, & seculares personæ in excommunicationis incurrunt sententiam Pontifici reseruatam, solo mortis articulo excepto. Iuramenta de dulcioribus præstanda, esse irrita, ipsos iurantes in excommunicationem iam dictam incidere Pius Quintus statuit in Bulla, quæ incipit *Duorũ nimis*, publicata die Kal. Iunij 1570. Consuetudinem Ecclesiæ Melphitensis autoritate Apostolica Leonis Decimi confirmatam, vt presbyteri, & Canonici ad participationem massæ communis ipsius Ecclesiæ non admittantur, nisi prius in Acolytatu, Subdiaconato, & Diaconatu, videlicet in quolibet ex dictis ordinibus per triennium, & in sacerdotio per annum dictæ Ecclesiæ inseruierit sublatam non esse per Concilium hic, & per Bullam Pij Quinti super hac eadem re edita, comprehenduntur statuta Ecclesiarum deseruiendi per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendi interim de massa grossa, nisi peracto dicto integro seruitio, id que post obitum debere hæredibus cum potius differre, quàm inferre. Comprehenditur etiã quic quid soluitur pro Missis nouis declarandis in Ecclesijs receptiuis, & admittatur ad portionem sacerdotalẽ, & si tales solutiones cederent in ipsos vsus, non enim sunt beneficia, sed potius spectat ad auaritiam, vt sess. 22. c. de obseruandis, & euitãdis in celebratione Missarum, suprà.

i ¶ *Pœnis contra simoniacos editis.* Concordat totus fere titulus extra eodem, & primaquæstione prima. ferè per totam. cap. cum semper. de confessio.

De homicidio voluntario, vel casuali.

TITVLVS XIII.

In sessione decima quarta. Cõcil. Trident. cap. 6. de reform.

Homicida voluntarius, etiam occultus inhabilis est, non solùm ad sacros ordines, verum etiam, vt illi conferri possit aliquod beneficium Ecclesiasticum. Hoc dicit.

CAPVT I.

¶CVM qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari auellidebeat

a quia sua voluntate *b* homicidium perpetrauerit, etiam si crimen id, nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicũ, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit: nec illi aliqua ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeat animarum, cõferre liceat, sed omni ordine, ac beneficio, *c* & officio Ecclesiastico perpetuò careat.

De homicidio voluntario, &c.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Ab altari euelli debeat.* Concordat tex. in cap. 1. ext. eod. c. inquisitionis. ext. de accus. c. cum non ab homine. ext. de iud. & illud Exo 21. num. 14. *Si quis per industriam occiderit proximum suũ, & per insidias, ab altari meo euelles eum.*

b ¶ *Quia sua voluntate.* Decl. Card. Mandans homicidium cõmitti in personam vnius si committatur in personam alterius, an dicatur incurrisse irregularitatem adeo, vt super ea nec dispensari debeat iuxta hoc decretum, nec Episcopus possit, ex c. 6. sess. 24. quamuis homicidium sit occultum, Congregatio Concilij censuit, non incidisse in irregularitatẽ, quæ cõtrahitur ex homicidio voluntario, ita responsum fuit anno 1587. à Cardinale Garaffa, Hieracensi Episcopo.

c ¶ *Omni ordine, ac beneficio.* Decla. Card. Hoc decretũ quod loquitur de incapacitate beneficiorum in qua sunt homicidæ, non extenditur ad pensiones.

Eadem sessione decima quarta, cap. 6. de reform.

Quando in causa homicidij dispensatio concedi debet, committenda est Ordinario loci, vel alteri, qui non nisi causa cognita dispensare possit Hoc decrevit.

CAPVT II.

SI homicidium *d* non ex proposito, sed casu, e vel vivim repellendo, vt quis se à morte defenderet, fuisse, commissum narraretur, quam ob causam, etiam ad sacrorum ordinum, & altaris ministerium, & beneficia quæcunque ac dignitates iure quodammodò dispensatio debeatur: committatur loci Ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Episcopo, qui non nisi causa cognita, & probatis processibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit.

SV-

SVPER CAPVT II.

d ¶ *Si homicidium.* Declar. Card. An is, qui omni diligentia, prout poterat adhibita, dum operam rei licitæ daret solo casu fortuito homicidium commisit, irregularitatem incurrat, adeò vt ordines susc ipere, & beneficia obtinere absque dispensatione non valeat, stante hoc decreto? Congregatio censuit, non incidisse. ¶ Fuit dictum, quod illud caput non inducebat nouam irregularitatem, & ideo ille, qui dabat operam rei licitæ, & omnem adhibuit diligentiam ne sequatur homicidium, si deinde sequatur nõ incurrit irregularitatem, cap. dilectus. cap. ex literis, & in cap. final. Et fuit resolutum sub die 1. Septembris, 1588. quod Concilium loquatur de eo, qui fuisset in aliqua culpa, & indigeret dispensatione.

e ¶ *Non ex proposito, sed casu.* Declar. Cardin. Quærebatur, annis, qui mandauit aliquem baculo verberari, eo expresso ne occideretur, si mandatarius armis percusserit, & occiderit, intelligatur incidisse in hoc decretum Concilij, adeò vt omni ordine, atque beneficio, & officio ecclesiastico absque spe dispensationis perpetuò carere debeat. Congregatio censuit negatiuè, & hanc opinionem confirmat Nauar. in Manu. cap. 27. n. 240. Concilium enim requirit homicidium per insidias per insidias, & ex proposito. ¶ Item Decis. Card. 243. Cõgregatio Concilij censuit, ex homicidio merè casuali, cum nulla penitus fuerit admissa culpa, & in quo non dabatur, opera rei illicitæ, nullam oriri irregularitatẽ.

Item sessione vigesima quinta. cap. 19. de reform.

Concedentes locum ad duellũ excommunicãtur ipso facto, & alijs pœnis afficiuntur. Hoc dicit.

CAPVT III.

De testabilis duellorum vsus, fabricante diabolo, introductus. vt cruenta corporum morte, animarũm etiã perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur, Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine, Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint eo ipso sint excommunicati, ac iurisdictione, & dominio ciuitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinẽt, priuati intelligantur: & si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur.

¶ Et

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quinta, cap. 19. de reform.

Decernitur vt cõmittentes duellum, & eorum patrini excommunicationem, & alias pœnas incurrant. Hoc dicit.

CAPVT IIII.

¶ Qui pugnam g duelli commiſerint, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant: & vt homicidæ, *h* iuxta ſacros Canones, puniri debeant. Et ſi in ipſo cõflictu deceſſerint perpetuò careant Eccleſiaſtica ſepultura.

SVPER CAPVT IIII.

g ¶ *Qui pugnam.* Declar. Cardin. Hoc etiam locum habet in priuatis duellis, quæ fiunt ſine alicuius Principis autoritate, vel conſenſu, & ſine patrinis. ¶ Qui ex condicto ſtatuto tempore, & in loco conſueto commiſerit duellum, etiamſi nulli patrini ſocijve ad id vocati fuerint, vel loci ſecuritas habita, nullæve prouocatoriæ literæ, aut denunciationis, chartulæque præceſſerint, cenſuris, & pœnis à Cõcilio Tridentino impoſitis perinde tenentur, ac ſi publico, & conſueto abuſu ſingulare certamen iniuiſſent. Vide Bullam Gregorij XIII. incipiẽtem, *Ad tollendam deteſtabilem duelloꝝ*, publicatã 9. Decembris, 1582.

h ¶ *Et vt homicidæ.* Contordat tex. in c. 2. extr. de cler. pugn. & extr. de torneam. per totum, & toto tit. ext. eod.

¶ Eadem ſeſsione vigeſima quinta, cap. 19. de refor.

Dantes conſilium in cauſa duelli, & illius ſpectatores, excommunicationis, ac maledictionis vinculo teneri ſtatuitur. Hoc dicit.

CAPVT V.

Illi, qui conſiliũ *i* in cauſa duelli, tam in iure, quàm facto dederint, aut aliq; quacunque ratione ad id quemquam ſuaſerint, necnon ſpectatores excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obſtãte quocunque priuilegio, ſeu prana conſuetudine, etiam immemorabili.

SVPER CAPVT V.

i ¶ *Illi, qui conſiliũ.* Decla. Card. Locorũ domini, ſi certamẽ huiuſmodi ex cõdicto huiuſmodi permiſerint, aut quãtũ in ſe fuerit, nõ prohibuerint omneſque illud fieri mandãtes, inſtigantes, auxiliũ, conſi-

consilium, & fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia subsidia scientes subministrãtes, aut ex proposito spectatores, vel socios quouismodo se præbentes, eisdẽ pœnis subiaceant, etiãsi illi, qui ad locum destinatum pugnaturi accesserunt, impediti pugnam non commiserunt, si per ipsos non stetit, quominus illa cõmitteretur. Ita Gregorius XIII. in eadem iam dicta Bulla. Item S. D. N. Gregorius XIII. audita relatione respondit, hoc decretum in duellis solẽnibus, & publicis, non autem in priuatis habere locum. Nouissimè in hac materia videnda est Bulla S.D.N. Clemẽtis Octaui, edita Kalen. Septembris, 1592. quæ incipit, *Detestabilis duellorũ vsus.*

De adulterijs, & concubinatu.

TITVLVS XIIII.

In sessione vigesima quarta, Conc. Trid. c. 8. de refor. matri.

Concubinarij, si ter, ab Ordinario admoniti concub. nas nõ eiecerint excommunicentur: & si excommunicati per annum insorduerint, seuerius contra eos procedatur. Hoc dicit.

CAPVT I.

Graue peccatum est, *a* homines solutos concubinas habere, grauissimum verò, & in magni sacramẽti matrimonij singularem contemptum admissum, vxoratos quoque in hoc damnationis statu viuere, ac audere eas, quandoque domi, etiam cum vxoribus alere, & retinere; quare, vt huic tanto malo sancta Synodus opportunis remedijs prouideat statuit huiusmodi concubinarios, tam solutos, quàm vxoratos cuiuscunque status, dignitatis, & conditionis existant, si postquam ab Ordinario, etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, cõcubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non seiunxerint excommunicatione feriẽ dos esse, *b* à qua non absoluantur, donec re ipsa admonitioni factæ paruerint. Quod si in concubinatu per annum *c* censuris neglectis, permãserint, cõtra eos ab Ordinario seuerè *d* pro qualitate criminis procedatur.

De adulterijs, & concubinatu.

SVPER CAPVT I.

a ¶ *Graue peccatũ est.* Decl. Card. Per hoc decretum non tollun-

tur

tur aliæ pœnæ à iure communi, vel statutis Synodalibus contra concubinarios inflictæ, nec alius modus procedendi contra eosdem, nisi vellet ordinarius illos excommunicare, & tunc forma hic præscripta seruanda esset.

b ¶ *Excommunicationę feriendos esse.* Concordat Concilium Primum Toletanum, c. decimo sexto, cap. his qui 43. distinct.

c ¶ *Quod si in eo concubinatu per annum.* Declar. Card. etiam cum diuersis concubinis.

d ¶ *Ab ordinario seuerè.* Declar. Card. An Archiepiscopus Mediolanensium, qui adulterum cõdemnauit ad scuta quinquaginta, quæ pijs locis applicata fuere, non tamen factis monitionibus, seruata forma Concilij hoc cap. contrauenit statuto Concilij? Cõgregatio die 3. Nouembris 1587. censuit, Concilium non sustulisse alias pœnas contra adulteros, & sic quòd non malè gesserit.

Eadem sessione vigesima quarta, cap. 8. de reform. matrim.

Concubinæ si ter admonitæ non paruerint, extra oppidum, vel diœcesim eijciantur adhibitis etiam aliis pœnis contra adulteros, & concubinarios constitutis. Hoc dicit.

CAPVT II.

Mulieres siue coniugatæ, e siue solutę, quę cũ adulteris, seu cõcubinarijs publicè viuunt, si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinarijs locorum, nullo etiam requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum *f* vel diœcesim, si ideisdem Ordinarijs videbitur inuocato, si opus fuerit, brachio seculari, eijciantur: aliis pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis in suo robore permanẽtibus. g

SVPER CAPVT II.

e ¶ *Mulieres siue coniugatæ.* Cõcordat Concil. II. Arelat. c. 3. c. fraternitatis, 34. dist. c. si concubinæ, de sent. excom. c. 2. in fin. de cohabit. clerico.

f ¶ *Extra oppidum.* Decl. Card. An mulieres, quæ cum adulteris, & concubinis publicè viuũt possint vltra exilium alijs etiam pœnis contra adulteros inflictis cumulatim puniri ex hoc cap? Congregatio Concilij censuit, posse: quia Concilium non tollit pœnas impositas à iure communi, vt in fin. c. patet.

g ¶ *In suo robore permanentibus.* Declar. Card. Non tolluntur priuilegia concessa Religionibus de habilitandis illigitimis ad dignitates, & gradus illarum. Trina monitio tunc necessaria est inter cõcubinarios, quando in eos vult ferri

ferri ſententiam excommunicationis: ſi verò pœnis pecuniarijs, vel alijs mulctare eos velit iudex, nõ requiruntur iſtę ſolemnitates.

De cohabitatione clericorum, & mulierum.

TITVLVS XV.

In ſeſsione vigeſima quinta, Conc. Trid. c. 14. de refor.

Præſcribitur forma procedendi ab Ordinarijs contra clericum impudicum. Hoc dicit.

CAPVT I.

Quam turpe ac clericorũ nomine, *a* qui ſe diuino cultui addixerint, ſit indigum, impudicitiæ ſordibus, immundoque concubinatu verſari, ſatis res ipſa communi fidelium omnium offenſione ſummoque clericalis militiæ dedecore, teſtatur. Vt igitur ad eam quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem, miniſtri Eccleſię reuocẽtur; populuſque hinc eos magis diſcat reuereri, quò illos vita honeſtiores cognouerit; prohibet ſancta Synodus quibuſcũque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus poſsit haberi ſuſpicio in domo, vel extra, detinere, aut cum ijs vllam conſuetudinem habere audeant, alioquin pœnis à ſacris Canonibus, veſtatutis Eccleſiarum impoſitis puniãtur. Quod ſi à ſuperioribus moniti, *d* ab ijs ſe nõ abſtinuerint, *e* tertia parte fructuum, *f* obuentionum, ac prouentuum beneficiorum ſuorum quorumcunque, & penſionum ipſo facto ſint priuati, quæ fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi applicetur. Sin verò in delicto eodẽ cum eadem, vel alia fœmina per ſeuerantes, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantũ fructus omnes, ac prouentus ſuorum beneficiorum, & penſiones eo ipſo ammittant, qui prædictis locis applicentur, ſed etiam à beneficiorum ipſorũ adminiſtratione, quoad Ordinarius, etiam vti Sedis Apoſtolicæ Delegatus, arbitrabitur ſuſpendantur. Et ſi ita ſuſpenſi, nihilominus eas nõ expellant, aut cum ijs etiam verſentur, tunc beneficijs, portionibus, ac officijs, & penſionibus quibuſcunque Eccleſiaſticis perpetuò priuentur, atque inhabiles, ac indigni, quibuſcunque honoribus, dignitatib⁹, beneficijs, ac officijs, in poſterum reddantur: donec poſt manifeſtam vitæ emendationem ab eorũ ſuperioribus cũ ijs ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum. Sed ſi ſemel poſtquam eas ſemel dimiſerint, intermiſſumeõ ſortium repetere, aut alias huiuſmo-

ſpeciali monitione ſecundò delinquit, priuatus eſt tertia parte fructuum, non tamen diſtributionibus quotidianis ratione canonicatus, vel dignitatis intereſſendo percipit præter fructus præbendæ diſtinctæ. Eadem pœna cēſetur repetita in verſ. ſi vero inde licto eodem: ſi autem ſecūdę monitioni non paruerit, ſuſpendendus eſt ab adminiſtratione beneficiorum, & cum non poſsit, intereſſe clero, amittit etiam diſtributiones quotidianas.

e ¶ *Ab his ſe non abſtinuerint.* Declar. Card. Tertia intellige, ſi ſecundo deliquerit. Epiſcopus procedere poteſt per denuntiationē ex officio, vel quo alio ſibi videbitur modo.

f ¶ *Tertia parte fructuum.* Decl. Card. Si reſignatio parochialis verè fuit Romæ expedita, antequam Ordinarius reſignantem titulo, ac beneficio dictæ parochialis priuaret eadem dicta reſignatio ſuum effectum ſortiri debet, nec eam poteſt Ordinarius intringere, nec aliquam Eccleſiæ penſionem imponere. Pœna hęc non tranſit ad ſucceſſorem in beneficio ſi priuatus reſignat.

g ¶ *Prædictam executionem impediat* Declar. Card. Prædictam executionem exceptio, aut appoſitio, ante, vel poſt diffinitiuā ſententiam ſuſpendere non poteſt.

b ¶ *Ad Archidiaconos.* Dar. Car. Congregatio cenſuit, hoc nō intelligi in immemorabili.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta, cap. 14. de reform.

Clericus impudicus non habens in are, luat in corpore. Hoc dicit.

CAPVT II.

Clerici impudici, *i* beneficia Eccleſiaſtica, aut penſiones non habentes, iuxta delicti, & contumaciæ perſeuerantiam, & qualitatem ab ipſo Epiſcopo carceris pœna, ſuſpenſione ab ordine, ac inhabilitatione ad beneficia obtinenda, alijſve modis, iuxta ſacros Canones puniantur.

SVPER CAPVT II.

i ¶ *Clerici impudici.* Decl. Car. Si clerici concubinarij notorij ſunt etiā hodie ipſo iure à diuinis ſuſpenſi, prout in veteri iure ſunt.

Eadem ſeſsione vigeſima quinta, cap. 14. de ref.

Epiſcopi impudici qualiter corrigi debeant. Hoc dicit.

CAPVT III.

Epiſcopi (quod abſit) ſi ab impudicitiæ crimine non abſtinuerint,

rint, & à Synodo Prouinciali admoniti, se non emendauerint, ipso facto sint suspensi: k & si perseuerent, etiam ad Sactissimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferatur: qui pro qualitate culpæ, etiã per priuationem, si opus erit, in eos animaduertat.

SVPER CAPVT III.

k ¶ *Ipso facto sint suspensi.* Concordat tex. in cap. quorundã. 34. distinctio. Concil. V. Aurel. c. 3.

De raptoribus.

TITVLVS XVI.

In sessione vigesima quarta Cõcil. Trid. c. 6. de refor. matr.

Rapta non potest nubere raptori quandiu est in sua potestate: benè tamen si sit ab eo separata. Hoc dicit.

CAPVT I.

Decernit sancta Synodus inter raptorem, & raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit nullum posse consistere matrimonium. Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat.

Eadem sessione vigesima quarta, c. 6. de refor. matri.

Raptor, ac auxilium illi præbentes, excommunicantur, & a' ijs pœnis afficiuntur. Hoc dicit.

CAPVT II.

Raptor, ac omnes illi consiliũ, auxilium, & fauorem, præbentes sint ipso iure excommunicati, a ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint de proprio gradu decidant.

De raptoribus.

SVPER CAPVT II.

a ¶ *Sint ipso iure excommunicati.* Decl. Card. An quarumlibet mulierum raptores, qui non ideircò rapiant, vt eas in vxores ducant, sed ob aliam causam, sint ipso iure excõmunicati per hoc c. visum fuit multis ex illustrissimis non cõprehendi nisi eos, qui rapiũt, vt in vxores ducant, contra Nauar. c. 27. n. 150. Quomodocũque sit fuit decisum per sacram Congregationem die 23. Ianuarij. 1586. Raptores ob aliam causam, quàm vt in vxores ducant, non cõprehendi à Concilio, propter eandem, vel maiorẽ rationẽ, & cõstitutio

tutio etiam pœnalis extenditur talicasu.

Eadem sessione vigesima quarta, c. 6. de refor. matri.

CAPVT III.

¶ Teneatur raptor mulierem raptam, siue eam in vxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.

De furtis.

TITVLVS XVII.

In sessione vigesima secunda, Concil. Triden. c. 11. de refor.

Vsurpantes bona, seu iura cuiuslibet pij loci, ac huiusmodi vsurpationi quomodolibet consentientes excommunicantur, cum reseruatione absolutionis ad Romanum Pontificem: ac præterea alijs pœnis obnoxij declarantur. Hoc dicit.

CAPVT VNICVM.

¶ Si quem clericorum, aut laicorum, quacumque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat in tantum malorum omnium radix, cupiditas occupauerit, vt alicuius Ecclesiæ, seu cuiuscuis secularis, vel regularis beneficij, montium pietatis, aliorumque piorum locorum iurisdictiones, bona, census, ac iura, etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumēta, seu quascunque obuentiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debent, per se, vel per alios vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas, clericorum, aut laicorum, seu quacunque arte, aut quocunque quæsito colore, in proprios vsus conuertere, illosque vsurpare præsumpserit, *b* seu impedire, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur, is anathemati tandiu subiaceat, quandiu iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, & redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocūque etiam ex donatione suppositæ personæ, peruenerint Ecclesiæ, eiusque administratori, siue beneficiato integrè restituerit, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si eiusdem Ecclesiæ patronatus fuerit, c etiam iure patronatus, vltra prædictas pœnas, eo ipso priuat' existat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & vsurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subiaceat: necnon quibuscunque beneficijs priuatus sit, & ad quæcūque alia beneficia inhabilis efficiatur, & à suorum ordinum

executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui Ordinarij arbitrio suspendatur.

De furtis.

SVPER C. VNICVM

a ¶ *Malorum omnium radix cupiditas.* Concordat Concil. Tribur. cap. 7. Concil. III. Aurel. cap. 22. Concil. I. Parisien. cap. 1. Concil. II. Turon. cap. 18. Concil. V. Aurel. cap. 15. Concil. Magunt. cap. 6. & 11. Concil. Vvorma. cap. 75. Concil. Aquisgran. cap. 88. Concil. Later. sub Leo. X. sessione 9. & 10. cap. prædia cum sequentib. 12. quæst. 2. & illud ad Timot. 6. num. *Radix omnium malorum est cupiditas.*

b ¶ *Vsurpare præsumpserit.* Decl. Card. Dispositio huius cap. non habet locum quando dominus beneficij cædit arbores frugiferas, & illas ad proprium commodum conuertit, sed sibi vendicat locum in hoc casu cædentium arbores frugiferas, quando sunt extranei, qui hoc committunt, licet cum iniuria hoc non faciant, sed solum animo furandi.

c ¶ *Quod si eiusdem Eccl siæ patronus fuerit.* Declar. Cardi. Nullus laicus absque speciali facultate Sedis Apostolicæ Ecclesias, seu Ecclesiastica bona possidere potest, & si essent iuris patronatus proprij non obstante etiam quacunque possessione. ¶ Qui bona Ecclesiarum absque sanctæ Sedis Apostolicæ assensu post publicationē Concilij in perpetuum scienter annuo censu locauerunt, conduxerunt, permutarunt, aut aliàs alienarunt, & alienata receperunt, subiacent pœnis præsentis decreti, non impetrato dicto assensu. ¶ Occupans hospitale, in quo fuit præsentatus à prætenso patrono, non obtenta licentia, & institutione ab Episcopo, non incidit in pœnas huius decreti. Postquam Sedes Apostolica Placentiam in fœudum concessit, non potuerunt vendi, nec emi bona Ecclesiastica, domus, ædificia, vel iura Ecclesijs attributa, vigore breuis Apostolici ibi registrata, vt in cap. 11. sess. 25. ¶ Rectores piorum locorum cædentes arbores fructiferas non incidunt in hunc canonem, nisi in proprios vsus conuerterent.

De verborum significat.

TITVLVS XVIII.

¶ In sessione vigesima quarta Conc. Trid. c. 21. de refor.

Non

Non intendit sancta Synodus ex verbis, cap. placet, 4. sup. de constit. solitam formam tractandi negotia in general. Concilijs vlla ex parte immutare. Hoc dicit.

CAPVT VNICVM.

¶ Cupiens sancta Synodus, vt ex decretis ab ea editis nulla vnquam futuris temporibus dubitandi occasio oriatur, verba illa posita in decreto, publicato sessione prima, [a] sub beatissimo Domino nostro Pio Quarto videlicet: Quæ proponentibus Legatis, ac præsidentibus, ad horum temporum leuandas calamitates, sedandas de religione controuersias, coercendas linguas dolosas, de prauatorum morum abusus corrigendos, Ecclesiæ veram, & Christianam pacem conciliandã apta, & idonea ipsi sanctæ Synodo videbuntur explicando declarat mentis suæ non fuisse, vt ex prædictis verbis solita ratio tractandi negotia in generalibus Concilijs vlla ex parte immutaretur: neque noui quidquam, præter id, quòd à sacris Canonibus, vel generali Synodorum forma hactenus statutũ est, cuiquam adderetur, vel detraheretur.

De verborum significat.

SVPER C. VNICVM.

[a] ¶ *In decreto publicato sessione prima.* Videlicet in cap. placet, in 2. sup. de constitution.

Expliciunt decreta sacrosancti Concilij Tridentini.

LAVS DEO.

INDEX



INDEX TITVLORVM COPI-lationis Concilij Tridentini ordine alphabetico digestus.

A

Accusationibus, inquisitionibus, & denuntiationibus, lib. 4. tit. 7.
Adulterijs, & concubinatu, lib. 4. tit. 14.
Ætate & qualitate, & ordine præficiendorum, lib. 1. tit. 2.
Appellationibus, lib. 4. tit. 10.

B

Baptismo, & eius effectu, lib. 3. tit. 4.

C

Canonicis scripturis, & earum vsu, & interpretatione, lib. 2. tit. 1.
Celebratione Missarum, & diuinis officijs, lib. 3. tit. 8.
Clandestina desponsatione, lib. 3. tit. 15.
Clericis coniugatis, lib. 1. tit. 7.
Clericis peregrinis, lib. 1. tit. 8.
Clericis non residentibus in Ecclesia, vel præbenda, lib. 1. tit. 9.
Clerico per saltum promoto, lib. 1. tit. 10.
Cognatione spirituali, lib. 3. tit. 16.
Cohabitatione clericorum, & mulierum, lib. 4. tit. 15.
Communione sub vtraque specie, lib. 3. tit. 7.
Concessione præbendæ, vel Ecclesiæ non vacantis, lib. 2. tit. 9.
Consanguinitate, & affinitate, lib. 3. tit. 17.
Constitutionibus â Concilijs edendis, lib. 2. tit. 2.

D

Decimis, primitijs, & oblationibus, lib. 2. tit. 12.

E

Ecclesijs ædificandis, & reparandis, lib. 2. tit. 9.
Extrema vnctione, lib. 3. tit. 11.

F

Filijs presbyterorum, lib. 1. tit. 11.
Foro competenti, lib. 4. tit. 6.
Furtis, lib. 4. tit. 17.

H

Homicidio voluntario, vel casuali, lib. 3. tit. 13.

I

Indulgentijs, & suffragijs mortuorum, lib. 3. tit. 10.

Immunitate Eccleſiarum, cœmeterij, & rerum ad eas pertinentium, libro 2. tit. 15.
Indicijs, lib. 4. tit. 5.
Iure patronatus, lib. 1. tit. 13.
Iuſtificatione, lib. 3. tit. 1.

L

Locato & conducto, lib. 4. tit. 4.

M

Magiſtris, & Scholaribus, lib. 1. tit. 5.
Maioritate, & obedientia, lib. 4. tit. 1.
Merito bonorum operum, lib. 3. tit. 2.

N

Ne ſede vacante aliquid innouetur, lib. 4. tit. 2.

O

Obſeruatione ieiuniorum, & eleemoſynis, lib. 4 tit. 2.
Officio & poteſtate iudicis Delegati, lib. 1. tit. 3.
Omnibus ad Concilium inuitandis, ſub fide publica, vel ſalno conductu, libro 2. tit. 3.

P

Pœnis, lib. 4 tit. 8.
Pœnitentijs, & remiſſionibus. lib. 3. tit. 9.
Parochijs, & alienis parochianis, lib. 2. tit. 13.
Peccato actuali, vel originali, lib. 4. tit. 11.
Pluralitate beneficiorum, lib. 2. tit. 11.
Præbendis, & dignitatibus, lib. 2. tit. 8.

R

Raptoribus, lib. 4. tit. 16.
Religioſis domibus, vt Epiſcopo ſint ſubiectæ, lib. 2. tit. 6.
Reliquijs, & veneratione Sanctorum, lib. 2. tit. 4.

S

Sacramentis in genere, lib. 3. tit. 3.
Sacramento confirmationis, lib. 3. tit. 5.
Sacramento Ordinis, lib. 3. tit. 12.
Sententia excommunicationis, lib. 4. tit. 9.
Simonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel prom. lib. 4. tit. 12.
Sponſalibus, & matrimonijs, lib. 3. tit. 14.
Statu Regularium, lib. 1. tit. 12.
Summa Trinitate, & Fide Catholica.

Index remiſsionum.

T

Teſtamentis, & vltimis voluntatibus, lib. 2. tit. 15.
Temporibus ordinationum, & qualitatibus ordinandorum, lib. 3. tit. 13.

V

Venerabili Euchariſtiæ Sacramento, lib. 3. tit. 6.
Verbi Dei concionatoribus, lib. 1. tit. 4.
Verborum ſignificatione, lib. 4. tit. 18.
Vita, & honeſtate clericorum, lib. 1. tit. 6.
Vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, lib. 2. tit. 10.

INDEX REMISSIONVM AD hoc vt ea omnia, quæ in Concilio Tridentino continentur facilè inueniri valeant in hac noua decretorum diſpoſitione.

Seſſionis primæ.

Decretum de inchoando Concilio, habes lib. 2. tit. 2. cap. 1.

Seſſionis ſecundæ.

Decretum de modo viuendi, & alijs in Concilio ſeruandis, habes lib. 2. tit. 2. cap. 2. & à §. Et quoniam oportet, habes libro 1. titul. 6. c. 1. & à §. Ad hæc, cum huius, habes lib. 2. titul. 2. cap. 3. & à §. in ſententijs verò dicendis, habes lib. 1. titul. 6. c. 2. & à §. Inſuper ipſa, habes lib. 4. tit. 1. c. 1.

Seſſionis tertiæ.

Decretum de ſymbolo Fidei, habes lib. 1. tit. 1. c. 1. & à §. Quæ ſymbolum, habes ibid. c. 2.

Seſſionis quartæ.

Decretũ de Canonicis ſcripturis, & traditionibus Eccleſiaſticis, habes in lib. 2. tit. 1. c. 1. & à §. ſacrorum verò librorum, habes ibid. c. 2.

Decretum de editione, & vſu ſacrorum librorum, habes ibi. c. 3. & à §. Preterea ad coercenda, hab. ibi. c. 4. & à §. Sed & impreſſoribus, habes ibi. c. 5. & à §. Poſt hæc temeritatem, habes ibi. c. 6.

Index remiſsionum.

Seſsionis quintæ.

Decretum de peccato originali habes lib.4.tit.11.cap.1. & à §.Si quis Adæ peccatum,habes ibid.cap.2.& à § Si quis hoc Adæ, habes lib.3.tit.4.c.1.& à §.ſi quis paruulos, habes ibidē c.2. & à §. Si quis per Ieſu Chriſti,habes ibid.cap.3.& à §.manere autem,habes ibid.c. 4.& à §.declarat tamen,habes lib.4.tit.11.cap.3.

Decreti de reformatione.

Cap.1.habes lib.1.tit.5.cap.1.& à §.de cætero verò, habes ibid.c. 2.& à §.in Eccleſijs autem,habes ibid.c.3.& à §.Eccleſijs verò, habes ibid.cap.4.& à §.in Monaſterijs,habes ibid.cap.5.& à §. Ingymnaſijs,habes ibid.cap.6.& à §.docentes verò,habes ibid.cap.7.

Cap.quia verò.2 habes lib.1,tit.4.cap.1.& à §.Archipresbyteri,habes ibid.cap.2.& à §. Regulares verò,habes ibid. cap.3.& à §. Si verò quod abſit,habes ibid.cap.4.& à §.Caueant præterea,habes ibi. cap.5.& à §.Quæſtores,habes ibid.cap.6.

Seſsionis ſextæ.

Proœmium cum cap.1.& can.1.& 5.habes lib.3 tit.1.cap.1.

Cap.quo factum eſt 2. habes ibid.cap.2.

Cap.verum etſi.3,habes ibidem,cap.3.& à §. pro hoc.habes ibidem.cap.4.

Cap.quibus verbis.4.habes,ibid.d.cap.4.& à §. Quæ quidem habes.lib.3.tit 4.cap.5.

Cap.declarat.5.habes lib.3.tit.1.cap,5.vna cum can.1.3.4.& 6.

Cap.diſponuntur,6.habes ibid.c.6.vna cum can. 9.

Cap.hanc diſpoſitionem.7.habes ibid.c.7.& à §. Huius iuſtificationis.habes ibid.cap.8.vna cum can.10.& 11.& à §.Vnde in ipſa iuſtificatione, habes ibid.c.9,vna cum can.12.

Cap.cum verò.8.habes ibi.cap.10.

Cap.quamuis.9.habes ibid.cap.11.vna cum can.13.& 14.

Cap.Sic ergò iuſtificati.10.habes ibi.ca.12.vna cum can.24.

Cap.Nemo autem.11.habes ibid.cap.13.vna cum can.20.& 21. & à §.Nemo habes.ibid.cap.14.vna cum can.18.& à §. Licèt enim. habes ibid.cap.5.vna cum.can.23.& à §.Quo ſit.habes ibid.c.16.& à §.Itaque nemo,habes ibid.cap.17.vna cum can.19.& à §.vnde conſtat.habes ibi.cap.18.vna cum can.25.& à §.Atque etiam eos,habes ibi:

ibidem,capite 19.vna cum canone vigeſimo ſexto,& trigeſimo primo.

Cap.Nemo quoque,12.habes ibidem cap.20.vna cum conone 15.& 17.

Cap.Similiter,13.habes ibid.c.20.vna cum can.16.& 22.

Cap.qui verò 14.lib.3.tit.9.c.1.vna cum can.29.& à §.vnde dotē dum,habes ibid.c.2.vna cum can.30.

Cap.A duerſus.15.habes lib.3.tit.1.cap.22.vna cum canone 27. & 28.

Cap.Hac igitur.16.habes li.3.tit.2.c.1.vna cum can.32.& à §.Neque verò,habes ibid.c.2.vna cum can.33.

Can.7.& 8.habes lib.3.tit.9.c.13.

Decreti de reformatione.

Cap.1.habes lib.1.tit.2.& à §.confidens habes ibid.c.2.& à §.Omnes Patriarchalibus,habes lib.1.tit.6.cap.3.& à §.Implere autem.habes lib.1.tit.9.cap.1.& à §.Ac nihilominus.habes ibid.cap.2.

Cap.Epiſcopis.2.habes ibid.cap.3.

Cap.Eccleſiarum Prælati.3.habes lib.4 tit.7.cap.1.

Cap.Capitula4.habes ibid.cap.2.

Cap.Nulli Epiſcopo.5.habes lib.2.tit.13.cap.1.

Seſsionis ſeptimæ.

Proœmium habes lib.3.tit.3.c.1.vna cum tredecim canonibusde Sacramentis in genere.

De baptiſmo quantuordecim canones.habes lib.3.tit.4.c.5.

De Confirmatione tres canones.habes lib.3.tit.5.

Decreti de reformatione

Cap.1.habes lib.1.tit.2.cap.3.

Cap.Nemo.2.habes lib.2.tit.11.cap.1.

Cap.Inferiora.3.habes lib.2.tit.8.cap.1.

Cap.Quicunque.4.habes lib.2.tit.11.cap.2.

Cap.Ordinarij.5.habes ibid.cap.3.

Cap.Vniones.6.habes lib.2.tit.8.cap.2.

Cap.beneficia,7.habes lib.4.tit.7.c.3.

Cap.Locorum.8.habes ibid.cap.4.

Cap.ad maiores.9.habes lib.1.tit.2.cap.4.
Cap.Non liceat.10.habes lib.4.tit.3.cap.1.
Cap.Facultates.11.habes lib 2.tit.13 cap.2.
Cap.Facultates.12.habes lib 2.tit.14 cap.1.
Cap.præſentati.13 habes lib.2.tit 8.cap.3.
Cap.In exemptorum.14.habes lib.2.tit.14.cap.2.
Cap.curent Ordinarij 15 habes lib, 2.tit 6.cap.1.

Seſsionis tertiæ decimæ.

Decretum de ſanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento, habes libr.3. tit.6.cap.1.
Cap.1.habes ibid.cap.2.vna cum can.1.
Cap.Ergo Saluator.2.habes ibid cap.3.vna,cum can.5.
Cap.commune.3.habes ibid.c.4 vna cum can.4.& §. quapropter habes ibid.c.5.vna cum can.3.
Cap Quoniam.4.habes ibid.cap.6.vna cum can.2.
Cap.Nullus.5 habes ibidē. c.7.vna cū can.6.& à § declarat,habes ibid cap.8.vna cum can 6.
Cap.Conſuetudo 6.habes ibid.c.9.vna cum can.7.
Cap.ſi non decet ſeptimo,habes ibi.c.10 vnacum can.vndecimo.
Cap.Quod vſum 8.habes ibid.cap.11.vna cum can.8.& à §.in ſacramentali.habes ibid.c.12.vna cum can.10.& à §.demum autem, habes ibid c.13.vnacum can 9.

Decreti de reformatione.

Cap.1.habes lib.4.tit 7.c.5.& à §.ſin autē.habes ibid c.6.& à §. cum igitur.habes lib.4 tit.10.ca.1.
Cap.A ſententia.2.habes ibid cap.2.
Cap Reus.3.habes ibid.cap.3.
Cap.cum verò.4.habes lib 4 tit.8.cap.1.
Cap.Et quoniam.5.habes ibid.cap.2.
Cap.Quoniam.6.babes lib.4 tit.15.cap.1.
Cap.Teſtes.7.habes ibid.cap.2.
